A 8107
P5

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

---

55 Ley

EX RECENSIONE

GEORGII GOETZ ET FRIDERICI SCHOELL

FASCICVLVS IV

MENAECHMOS MERCATOREM MILITEM GLORIOSVM COMPLECTENS

BOSTON COLLEGE LIBRARY
CHESTNUT HILL, MASS.

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCXCV

PA
6104
.P5
1892
[2]

161578

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

PRAEFATIO

Etsi non omnia ex prioribus praefationibus repetere volumus, tamen sunt quae eis qui singulos fasciculos adhibeant iterum dicenda esse videantur, quibus adiungimus quae ad hunc solum spectant.

Atque *A* codicis Ambrosiani rescripti (cuius scripturae litteris capitalibus insigniuntur, adpunctis vel seiunctis incertioribus) locos dubios ex Menaechmis Schoellius nuper retractavit: de codicum vero Palatino-Vaticani *B* et Vaticani Vrsiniani *D* lectione saepius ex Studemundi aliorumque quae praesto erat collatione dubitationes moverat Seyffertus, perpetuus strenuusque huius editionis adiutor: quas in Milite plerasque Gundermannus, in Mercatore nonnullas Tschiedelius solvit: nonnumquam aut ex probabilitate iudicavimus aut discrepantiam notavimus aut abiecimus quae abici propter rei levitatem poterant. Ex *BD* et Palatino Decurtato *C* missis minutiis rebusque singularibus quae nullius momenti essent recensionis Palatinae (*P*) lectiones effecimus: codicis vero Veteris alteram manum B^2 cum in prioribus octo fabulis alterius codicis instar esse saepius monitum sit, quo clarius appareat longe aliter comparatam esse in reliquis fabulis, per Menaechmos eius interpolationes plenas exscripsimus, cum deinceps eas tantum scripturas afferamus, quibus aut re vera emendaverit contextum aut memorabiliter saltem correxerit.

Praeterea usi sumus his notis:

| ad denotandos hiatus non legitimos.

† ad corruptelam sive verborum sive metri indicandam.

* ad lacunas signandas (nisi moras deficientes per ◡ et ‒ apposuimus).

[ ] ad delendas litteras syllabas voces personas perperam traditas maioresve interpolationes.

( ) ad secludendos versus ex dittographia vel retractatione scaenica ortos.

⟨ ⟩ ad insigniendas litteras syllabas voces personas contra libros suppletas.

ad adumbrandum (personae) spatium in librorum scriptura.

Scripturis a contextu discrepantibus vel signis in contextu ad mutationem indicandam adhibitis ubi nihil additum est, ad Italos redire mutationem sciendum est (ubi praeter D^3 et codicem Lipsiensem *F* et editionem principem *Z* interdum aliorum editorum testimonia de codicibus interpolatis respicienda erant). Ceteroqui librorum scripturis per colon (:) discretis in adnotatione vel per signa supra posita conspicuis per voces*) *corr(exit), trai(ecit), add(idit), suppl(evit), del(evit), secl(usit), lac(unam) sign(avit), dist(inxit), discr(ipsit), inv(ertit)* adiunximus nomina correctorum. Ex quibus haec per compendia exhibuimus: *Ac(idalius), Bent(leius), Bo(thius), Ca(merarius), [Dan(ielis)], Fl(eckeisenus), Goe(tzius), Gru(terus), Gul(ielmius), Guy(etus), Herm(annus), Lachm(annus), Lamb(inus), (C. F. W.) Mue(llerus), Palm(erius), Ri(tschelius), Salm(asius), Sarac(enus), Scal(iger), Schoe(llius), Scu(tarius), Sey(ffertus), Stu(demundus), Vss(ingius).*

Orthographica etsi permulta abicimus, tamen in prioribus fabulis rariora exempla *ei* pro *i* servati accuratius significavimus: quae cum in Menaechmis et

---

*) Vt haec compendia (saepius etiam per *corr[ectum] inv[erso]* sim. solvenda), sic reliqua non egent explicatione, velut *om(isit), praem(isit), vid(etur), contr(ahunt), marg(ine), ras(ura), litt(erarum), pers(onam* vel *-onas), fort(asse)* sim.

Mercatore multo frequentiora sint, iam noluimus his apparatum onerare, sed hoc loco monemus nos *ei* nusquam tacite exhibuisse, nisi ubi aut *A* aut *P* (vel *B* saltem) aut *AP* exhibeant. Nam de obscurioribus 'indiciis' tenemus, quae olim Schoellius praef. Trucul. p. XXXIII sq. exposuit: quae et in Plauto et in aliis scriptoribus saepe neglexerunt negleguntque critici (velut nuper in oratoriis ad Herennium libris luculente recensendis Marxius abusus est falsis vestigiis *ei* diphthongi restituendae). Memorabile exemplum ut commemoremus Mil. v. 162. 179 Bergkius Goetziusque ex *scimiam* scriptura efficere *seimiam* voluerunt: at *scimia* hodieque forma est Itala: neque magis ex *scis* pro *sis* tradito (similibusque) de *seis* cogitandum esse docet *sio* pro *scio* non minus saepe comparens (similiaque).

MENAECHMI. 75. *Quod* MODO(isa)G(it)AT *non improbabilem videri lectionem Studemundus adnotavit, de* G *quo loco dubitanter legit, nullo modo cogitari potest.* Modo hic habitat *sane, de qua emendatione recipienda vix dubitamus, ex A firmari nequit.* — 76 sq. L *vocis* (HARIO)L(US) *non minus clare apparet quam in versu sequenti (sub* [P]ARAS[ITUS]) *litterae* ELIS *praecedente hasta* \, *ut mirum sit nihil hoc loco vidisse Studemundum. Quod vero Schoellius dubitanter huc traxit fragmentum quoddam adiacens ex trium versuum spatio abscissum, nullo modo huc quadrare nuper vidit.* — 98 sq. -UCAT *et* -IT *s. f. v. clarissime apparent.* — 120[b]. *Post* LAN(am) *in fragmento certissime huc pertinente apparere* L *(ad* LINUM, *ut vid., adhibendum) denuo vidit Schoellius idemque Goetzio visum, quamvis tenuis sit* L *litterae species.* — 124 *Ante* DICAM *litterae* Q—Q *clarissime ita apparent, ut certum sit iudicium de collocatione verborum.* — 165. *Inter* C *et* O *utrum* U *an* IT *an* IE *fuerint, dubium. Potuit esse* CIEORESNASUTTUS, *post quae* CONIEC *sequi coniecisse potius quam legisse videtur Studemundus. Mox v.* 168 *fallax est litterae* G *umbra a Loewio notatae.* — 171. *Fuit fortasse* FUAT-

(ITA)AEQ-. — 175. *Ad* (POT)AUI(MUS) *nullo modo quadrant ductus neque de* I *inscripto in* U *recte cogitabat Studemundus: immo* (POT)ERI(MUS) *fere certa videtur scriptura. Quae cum in proecdosi servata sit distinguendo cum aposiopesi, Seyffertus dubitationem movit et de* potérimus *accentu s. f. v. et de interiectione sine synaloepha praeter consuetudinem s. f. v. addita. Neque tamen licet aut cum Ritschelio* Eu *extra v. ponere aut cum Brixio* Eú, expedite *admittere, quod et a prosodia suspectum est et tollit concinnitatem, cum itidem in v. antecedenti* Eu *s. f. exstet (quod nesciebant illi, sciebat qui post illos perperam locum constituit). Quare cum etiam* potabimu'. # Eu *pronuntiationem reiciamus*) (quam hic locus in quo A a P discrepat probabilem reddere nequit), Schoellius iam cogitat de* poteria — *(scil. iubebo apparari).* # Eu. — 179 sqq. *Erravit Studemundus neglecto* F *initiali notatisque* UID *litteris quo loco minime respondent rei: idem valet de* CANI *litteris (ubi de* N *cogitari nequit) ubi* CA(*vel* PA)EXIT(OSO)LEMUIDE(*vel* UIDE[S]) *notandum erat. Denique duos versus inscriptioni tribuit non modo contra constantem in hac fabula usum, verum etiam neglectis vestigiis quamvis tenuibus* PORISCANDORIBUS (N *quo loco* S *notat As minime quadrans).* — 190. *Non dubium est quin* INDUTUSSIES *fuerit.* — 205. *Post* QUATT *nihil hodie superest, item v.* 221 *inter* N *et* INES, *item v.* 515 *initium* (TUMEIN) *nunc abscissum et v.* 1036 sqq. *laciniae nunc magis etiam lacerae aliaque huius generis in dies magis evanescunt.* — 220. ADFER *etiam A.* — 224. cura. # eilicet *Stowasserus 'Zschr. f. ö. Gymn.' a. 1890 p. 301 adn.,* cura, i. # licet *Seyffertus duce A: ubi* i, cura

---

*) Quod Seyffertus et Skutschius hanc pronuntiationem ab aliis quoque probatam a nobis addubitatam putarunt fulciri ex Ciceronis orat. § 153, neglexerunt ibidem § 161 dici 'litteram (*s*) detrahebant, nisi vocalis insequebatur'. Etiam Mil. gl. 1193, ubi proceleusmaticum intolerabilem sane toleravimus, de *protinam* potius quam *protinu*' cogitabis.

potius exspectantes noluimus a P recedere nimiumque tribuere formae vitio in A nequaquam inaudito. — 244. SUMMAM (*non* SUMMAM *neque* SUMMAM) *certum teste etiam Goetzio itemque v.* 259 MAXUMEI (*non* MAXUME) *apparente* I *extremae capite.* — 258. *Post* in Epidamnieis (*et v.* 1158 *post* omnia) *cum Birtio distinguit Appuhnius Quaest. Pl. ed. Marp. a. 1893 p. 73.* — 282. *Certum est* TE *quo loco* # *notabat Studemundus, idem* R *notavit ex fallaci specie: omni modo* #OECERTE *quadrat (in v.* 284 *de unaquaque fere littera notata dubitandum).* — 295. *De* L (*infra* OS *versus antecedentis*) *constat, quamvis neglexerit Studemundus.* — 368. *Hermannianam mensuram a Spengelio Schoellioque expressam Seyffertus monuit ferri non posse, sed cum Muellero faciendum esse, cum in versibus anapaesticis nusquam sic ut olim admisimus corripiatur vox iambica (etsi* licet *dubitari potest num vox vere iambica fuerit olim).* — 416. *Lacuna hoc loco magis etiam quam v.* 432 *indicatur v.* 419*: certe non exspectavit erus, donec qui molestus erat servus sua sponte recederet: quem si evitare potuit propius ad meretricem accedendo, item dudum accessisset.* — 466. *Quod restituimus ex As non modo libro melius convenit quam Loewii lectio, verum etiam linguae magis respondet quam vulgata vel post Studemundi apographum temere recocta.* — 479. pallam *a* B^2 *additum videri Studemundus adnotabat.* — 495. insciens *iam non separavimus: quia Seyffertus monuit coll. Aul. 64. Asin. 863. Rud. 655. Truc. 184 eadem ratione explicari posse nominativum, qua pro vocativo acceperat Schoellius.* — *Inter v.* 543 *et* 549 *duos tantum in A exstitisse certum est, post v.* 549 *(ubi nil notavit Studemundus) insecutum esse v.* 550 *ex* UIT *litteris vocis* operuit *nuper apparuit, item inter novum v.* — *in quo* IDAM *s. f. apparuit* (DAM *As*) — *et v.* 552 *exitus v.* 551 *quamvis tenuiter dilucet.* — 572[b]. *Vel* L *litterae species, a qua profectus esse videtur Studemundus, fortasse fallax est.* — 575. clueat (*non* ducat) *B*

quoque habet teste Studemundo. — 592. PIUS *certum* (PLUS *As*). — 593. p̄dem *vel saltem* p̄de *habuit* B^1 *secundum Studemundum.* — 599. *Pro* Vbi prímum licitumst *(sic cum Guyeto plerique) possis etiam* Vbi lícitum primumst *(cf. Cist. 137), sed vix* Vbí primumst licitum. — 614. quin (*pro* qui *vulgatae*) *restituimus suasore Seyfferto* (*qui etiam de* quin . . . pernegat? *cogitari posse addidit*) *itemque v.* 635 diuorti *pro* deuorti *vulg., quia* abs te *cum hoc, non cum illo recte coniungitur.* — 763. *Sic distinximus, non quia omni ex parte satisfaciat distinctio, sed quia hac una ratione recte servari videntur tradita verba, cum neque* facit. quid uolt? quid me accersit? *neque* facit, quid uelit, quid me accersat. *mutationes placeant.* — 771. uigil (*non* uigis) B^1 *teste Studemundo.* — 773 sq. Ánte aedis et éius tristem uírum uideo: id est quod súspicabar *admittit Seyffertus.* — 804. *De* ornamenta a me ad *cogitat idem.* — 836. Eubi (*non* Euhi) *etiam D teste Studemundo.* — 849. *Cf. Seyffertus 'Berl. philol. Wschr.' a. 1890 p. 214, recte Schoellium refutans.* — 854. patre — *distinguit Seyffertus* (*ut v.* 858)*: bene, etsi hoc loco propter lacunam apertam in v. antecedenti dubia res est.* — 876. *Non esse quod scaena hoc loco tradita deleatur, etsi magis etiam nova post v.* 881 *exigatur monuit Seyffertus.* — 912 sq. SE. (*pro* MED.) Ecquid sentis? MED. (*pro* ME.) Quidni sentiam? [MED.] Non potest *praefert Goetzius.* — 922. *Pro* Alia (*quod vulgo traiciunt ante personam et cum* percontabor *coniungunt*) *de* Heiia *cogitat Schoellius.* — 937. tustic (*non* tuistic) *D teste Studemundo.* — 947. quid facias optimumst *cum* B^2 *et Muellerus probavit Annal. philol. t. LXXXI p. 267 et Seyffertus: quod in exitu sane versus locum habeat* (*ceteroqui* sit *exspectaveris*), *cum inaudita esse videatur locutio* quid facias optumum. — 965. usce *formam coll. 'aece' defendit Seyffertus (ubi tamen particulam aegrius ferri immutatam putamus) itemque v.* 980 exsecor *noluit obscurari (ubi tamen verba ipsa*

permutari facile potuerunt). — 982. *De* id *dubitat idem (quod* = 'de ea re' *esse potest) itemque v.* 987 *de* Ita, *pro quo* Iam *proponit.* — 997. negoti, quod *pro* negoti? quid *Bachius in Studem. Stud. t. II p. 197: recte, ut vid.* — 1007. AD (= ME.) *a rubricatore insertum esse in B testatur Studemundus et v.* 1047 secius (*vel* setius), *non* sedus, *B*[1] *habuisse.* — 1052. *Post* Q *non magis* UM *quadrat quam* UOM *vel* UIA, *sed* UITE (*vix* UIFE). — 1065. *Ante* Q(uis)Q- *etiam prius* Q *ita apparet, ut de contextu paululum discrepante in A cogitandum esse videatur.* — 1069. ME. ⟨M⟩ea domus et patriast ibi *Schoellius: cf. Merc. 653, unde* domus et patriast *certe vindicatur, de quo omnes adhuc dubitavimus.* — 1070. *In B* mihi *ante rasuram exstitisse testatur Studemundus: unde de* erus est mihi *cogitat Seyffertus: possis etiam* erust mihi meus, *nisi probabilius sit* mihi *ex v. 1068 sq. exitu repetitum fuisse in B.* — 1083. *De* et patrem et patriam *cogitant Schoellius Seyffertusque* (*unde Seyffertus* quae fuerint *cum B praeferat, aliter* qui fuerit *fere exspectans*). — 1088. ⟨ullum⟩ alterum *Langius Annal. philol. t. CXLIX p. 283 sq.* — 1117. *De* umquam ⟨usquam⟩ postilla *cogitat Seyffertus.* — 1120. gemine iambo *in B fuisse ante rasuram, non* gemino iambo, *adnotabat Studemundus.* — 1141. ME-ABDUXIT *habuit etiam A, ubi nullo modo de* Q *initiali cogitandum (ut nonnumquam visum Studemundo) neque* MET *vel* MED *potius locum habet ante* (abd)UX-. — 1154. Eamus intro. ME. II. Frater, fiat *praeferunt Schoellius Seyffertusque.* — 1161. T *vocis* tota *in fragmento ita exstat, ut* auctione tota *habuisse videatur A.*

MERCATOR. *Numeri maioris editionis, quae propter transpositiones Ritschelianas saepius maximopere discrepant ab ordine librorum, in hac editione sine graviore molestia retineri non magis poterant quam in scaena conclamata Menaechmorum v. 604 sqq.: ac ne praefationem quidem collatione numerorum onerare voluimus. Mox Ribbeckium ubi commemoravimus respiciendum erat*

eius Emendationum Merc. Pl. spicilegium ed. a. 1883. — *Arg.* I 1. Missús mercatum ⟨Rhódum⟩ ab suo *Schoellius.* — 17. Dare meúm (*vel* Meum dáre) conatus sum [u]ós sumque inde[e]x ílico *idem.* — 25. furga *in B esse recte Ritschelius adnotaverat.* — 29. *Cf. fasc. III p. IV sq. adn.* — 31. [hoc] id eo fit *Marxius Ind. lect. Gryph. a. 1892 p. IX.* — 34. *Pro Leone (Mus. Rhen. XXXVIII p. 16) Vssingius nominandus fuit, ante illum recte distinguens.* — 41. meust *B.* — 45. quoque ut *B*: ut *praeeunte Camerario sollicitare non ausi sumus.* — 52. tenerent (*i. e.* '*abstinerent*') *tutatur Seyffertus coll. Curc. v. 180.* — 55. *De* domu *cogitat idem coll. Mil. Gl. v. 126.* — 65. Rustico se *etiam CD.* — 76 sq. atque eisse mercis *Seyffertus cum Forchhammero apud Vssingium.* — 81. odio esse [m]e⟨i⟩ quoi *Ribbeckius p. 24.* — 88. Patranaui *B.* — 90. *Cf. Abraham Stud. Pl. p. 226.* — 130. assto *D.* — 131. *Ad distinctionem cf. v. 128.* — 138. ramites *recte tutati sunt Caesar Rebliniusque.* — 156. Ha *B.* Ach *C.* Ah *D.* — 174. Ornamenta *B.* — 195. a tuis (*pro* saeuis *vel* subt'atuis) *Vahlenus Herm. t. XVII p. 597.* a tantis *Ribbeckius p. 25.* — 201. Occucurri *B teste Hinckio:* Occuccuri *teste Studemundo.* — 218. *Cf. Vahlenus l. s. s. p. 596 et Abraham l. s. s. p. 227.* — 225. *Alterius actus significatio casu intercidit in editione maiore.* — *Ad v.* 239 : 259 *cf. Schoellius* '*N. Heidelb. Jahrb.*' *t. II p. 44* (*item ad v.* 312 : 331 *et* 319 : 337 sq.). — 260. exumia D^1. eximia D^2. — 282. ⟨a⟩dicere *Schoellius.* — 313. em *propter mensuram* ĭllic est *sub finem v. inauditam notat Seyffertus:* em íllic *cum crasi potius metiendum esse censet.* — 330. hominem *del. Bentleius, de* mihi *in proximum v. post* potis sim, *reiciendo cogitat Schoellius.* — 347. Scio: tántus cum cúra meóst e. a. *metitur Seyffertus. De distinctione cf. Ribbeckius p. 29.* — 372. *Post* Magis opinor *orationem interrumpi vult Seyffertus* (*propter* Magis *conferens Epid. 453. Bacch. 130*): *ubi tamen propter* Id est *quod sequitur etiam nunc Schoellius* Maceo, opinor *praefert. Ceterum cf. Seyffertus*

'*Jahresber.*' *t. XLVII p. 99.* — 379. *Sub finem A habuisse* SEGREGAT *Schoellius conicit.* — 393. Míquidem ⟨item⟩ edepol uísast, quom illam uídi. *Seyffertus.* — 395. CHA. Qui uero? DE. ⟨Qui?⟩ quia *idem: cf. Schoellius l. s. s. p. 45* (*item ad v.* 412). *Possis etiam* CHA. ⟨Hem,⟩ qui uero? DE. Quia. — 398. *Hunc v. ante v.* 397 *collocat Schoellius: ubi et* Quae habeat *melius habet* (*de quo cf. Thielmannus in Woelfflini Archio t. II p. 394*) *et* uapulet *claudit enumerationem* (*cf. v. 416*). — 399. illa numquam quicquam *Langius Annal. philol. t. CXLIX p. 277 sq.* (*cf. ibid. p. 281 de v.* 281). — 401 sq. aduenisse *pro* aduexisse *operarum error est in apparatu editionis maioris.* — 411. Lenocinum *C.* — 437. Etiam nunc *libri omnes* (*non* Etiam mihi)*: qua scriptura reposita Charinum putamus fingere etiam suum adulescentem eodem loco sibi adnuere* (*aliter Ribbeckius p. 20 aliique*). — 497. Meliust sanus ut sis *Seyffertus.* — 522. *Vt hoc loco, ita saepius B* qm *habet, ubi* quom (*non* quoniam) *in ceteris recte exhibetur: quod semel monuisse satis habemus.* — 527. *Pro* habetur *quod in A est* habetor *dubitanter conicit Schoellius.* — 536 sq. nisi cúm illo aut ille mécum, Neutér stupri causa *e. q. s. Goetzius.* — 552. sim *etiam D.* — 563. DE. Me dícit. [LY.] Quid ais? ⟨LY. Quíd uis?⟩ DE. Est muliér domi? *Schoellius.* — 568. *Cf. Abraham Stud. Pl. p. 228.* — 608. *De* ratio *pro* oratio *cogitat Seyffertus: ubi velut* Odiost sane, mortuo *e. q. s. Schoellius temptat.* — 619. *Cf. Seyffertus* '*philol. Anz.*' *t. XIII p. 531 et* '*Jahresber.*' *t. XLVII p. 100.* — diuidiaest, quam mihi hodie ⟨aegre⟩ fuit *Schoellius l. s. s. p. 45 coll. Cas. 179 sqq.* (*ubi* ⟨odio⟩ *Abraham l. s. s. p. 228*). — 624. *Orationem imperfectam esse non indicavimus, cum de loco parallelo agatur, qui quam sedem olim habuerit incertum est.* — 628. *Ad* Quia (Quin *cum Pistori plerique*) tibi in manust quod credas *cf. Asin. 202, Truc. 901, Mil. 1005, al.* — 638. ⟨Istuc⟩ feci *Seyffertus.* Feci ⟨ego istuc⟩ *Schoellius.* — 676 sq. Hanc quí uicini nóstri aram augeam.

SY. ⟨Éligas. DO.⟩ Da sáne hanc uirgam lauri. *Schoellius.* — 683. quid boas, obsecro? *idem.* — 692. *Cf. Blasius in Dissert. Argent. t. X p. 107 et Commentat. in hon. Studem. p. 49.* — 699. Sed hinc quínam *trai. Schoellius.* — 745. Vidére, amplecti, ⟨de⟩aúsculari, an⟨im⟩o ⟨óbse⟩qui *idem coll. Plat. Phaedr. p. 255 D:* ὁρᾶν, ἅπτεσθαι, φιλεῖν, συγκατακεῖσθαι. — 768. Nisi metuis tu istanc. *dist. Seyffertus coll. Men. 788.* — 773 sq. abimus? setius Siquíd tibi e. *Schoellius.* — 809. alumn⟨ul⟩e *pro* alumne ⟨mi⟩ *Schoellius itemque Seyffertus.* — 824. *Versum sic sanum esse negat Seyffertus.* — 833. internectust *Vsenerus Annal. philol. t. CVII p. 178. Cf. Buechelerus 'Osk. Bleitafel' p. 5.* — 842. s⟨u⟩peratrix *post Ribbeckium p. 28 etiam Baierus 'Philol. Abh. M. Hertz dargebr.' p. 272.* seruatrix *Seyffertus* (*propter* hominibus, *pro quo fortasse* omnibus *reponendum cum Ribbeckio*). *Mox ad* speratam *quod v.* 843 *reposuimus cf. Ritschelius Opusc. philol. t. III p. 390.* — 845 sq. has res (?) sodali repperi: Vitam *e. q. s. Langenus Stud. Pl. p. 165,* sic sodali repperi Vitam *e. q. s. Goetzius: quo reposito lacuna paullo post supervacanea fit.* — 850. conueniumdi *B teste Studemundo.* — 886 sq. quod gaúdeas Ést: amico amícus ⟨adsum,⟩ aduénio multum béneuolens *Schoellius.* — 890. Quíd sist animus flúctuans? *Seyffertus.* — 892. Óbsecro te, lóquere: ⟨dic,⟩ ubí sit *Schoellius.* — 896. muttis *pro* metuis *etiam Ribbeckius, sed Charino continuatum* (*cf. Seyffertus 'Jahresber.' t. XLVII p. 97*). *Adde Mil. 566* (muttiuero: metuero). — 900. ut ob⟨litus fui⟩ *Ribbeckius p. 31 itemque Seyffertus 'philol. Anz.' XIII p. 31.* — 904. ⟨I,⟩ inique rogas *Nencinius 'Stud. ital. di filol. cl.' III p. 99 sq. coll. Bacch. 123, neglegens quod in editione minore ibi adnotatum est.* — 906. Quid, ama⟨bo⟩, refert *idem neglecto Seyfferto Stud. Pl. p. 1: quamquam cf. Asin. 707, Phorm. I 2, 4* (*Ciceronis epist. passim*). Quid ⟨en⟩im ⟨tu⟩a refert *Ribbeckius p. 27.* Quid id tua r. *Schoellius.* Quid mea r. *Seyffertus, Charino as-*

signans. — 912. *Cf. Seyffertus 'Jahresber.' t. XLVII p. 101 adn.* — 928. Erras: ⟨uís⟩ me decipere: haúd potest *Seyffertus.* — 966. nullam ⟨amanti⟩ nuntio *Prausius 'de ΠΡΙΝ partic.' (ed. Hal. a. 1876) sent. contr.* — 968. LY. ⟨ET DE.⟩ *Seyffertus.* — 980. *Cf. E. Hoffmannus 'Zeitpart.' p. 195.* — reduxi ⟨uix⟩ domum *quidam 'philol. Anz.' t. VII p. 11.* — 982 sqq. *Personis sic distribuimus profecti ab indiciis quae sunt v. 978* (oneremus ambo) *et 988* (uobis)*: pro corrupto v.* 983[b] *talem exspectamus:* Téd uociuom esse ístac aetate ístis decet ab nóxiis (*neque enim recte in* noxiis *plurali, generali scilicet, haesit Abraham Stud. Pl. p. 184, quaedam recte monens* [*adde Bachium in Studem. Stud. t. II p. 275*]). — 990. copiae *reposuimus, ut Bacch. 422 et Cas. 810 (ex A): quod etsi sunt qui improbarint, tamen optime defendi putamus collata locutione 'operae est' (sic etiam Blomquistius de genet. apud Pl. ed. Helsingf. a. 1892 p. 165 sq., hunc locum neglegens).* — 1005 sq. *Lysimacho haec tribuit Ribbeckius p. 18.* — 1006. arbitri ubi sunt *Seyffertus 'Jahresber.' t. XXXI p. 92.* — 1013. LY. Vide. EV. Mea fide (*et* Sat habeo, sed *cum Ritschelio*) *Ribbeckius p. 29 itemque Seyffertus 'philol. Anz.' XIII p. 533.* — 1015. legem censeo *Guyeti esse ex maiore editione non potest intellegi.* — 1017. *Γ* (= LY.) *ante* Annos *in B exstare in maiore editione errore non adnotatum est.*

MILES GLORIOSVS. *Arg.* I 6. ciam B^1. — I 11 sq. quando celsenis (*dubio* ce) *B ante ras.* — II 4. Deportate pessum *B ante ras.* — II 7. epessum B^1. — II 15. uabulat *C et D ante corr.* — *v.* 36. quoe B^1. quod B^2. — 38. stilium B^1 *ante ras.* — 43. sycho *ex* insycho *in B m. rec.* (*non* B^2). — 45. quos tu ⟨hoc *scil. gladio*⟩ occidisti uno die *Schoellius.* — 50. tale *etiam* B^1 (talẽ B^2). — 57. Virtutẽ *etiam* B^1. — 59. Quistam *B.* — 62. inuit B^1CD. — 66. que me ambe B^1 (quę me ambę B^2). — 77. Regi *admisimus ex uno D: quod verum esse sententia persuadet. Quamquam dubitat Seyffertus,* in hunc diem *pro* hunc diem *exspectans.* —

78. *Post* satellitis *erasum* palestrio *in B.* — 105 sq. amicam eri: ⟨ilico⟩ Occepit *e. q. s. Schoellius.* — 113. aduenit B^1CD^1 (aduehit B^2D^3). — 115. quantum possum nauos mihi nauem p. *Nencinius l. s. s.* — 143. hic *etiam* B^1. — 149. fatiem' *B.* — 154. senẽ *etiam B ante corr.* — 156. defrigerit ista lospost B^1. defregerit istalos post D^1 (defregeritis talos post B^2D^2). — 162. scimiã B^1 (c *exp.* B^1 *vel* B^2). — 165. taliis B^1 (talis B^2). — 171. quam ueniret (*non* conueniret) *etiam C.* — quantẽ auellet B^1. — 175. philocomaziuatq' B^1 (ũ B^2). — 176. qui sis (*non* quinis) erit B^1. — 178. ãquid (d *ex* t *corr* m^1 *vel* m^2) *B.* — 179. scimiam B^1 (in *ras. ex* im, *quod restituit* B^2). — 180. nihil olestia B^1. nihili bestiã B^2. — 181. qm B^1. — 189ª. pfidia B^1 (ã B^2). — audatia *etiam* D^1. — 199. it (id B^2) uisum (s *ex* d) B^1. — 207. quo *etiam B.* — 208. coctu B^1 (ũ B^2). — 216. agitarẽ auis uarius B^1 (^{m}auis uarias B^2). — 217. an heri *quod est in libris etsi nemo adhuc servavit fere efflagitatur verbis* lucet hoc inquam *v. 218: quo relicto quod restat* atusuestis *totidem fere litteris est* atuiuistis *h. e.* adbibisti[s]. — 231. At mae B^1 (a *exp. rubr.*, Ad *corr.* B^2). — et egom impetrarẽ B^1. *Ceterum* Ad me — petis *Palaestrioni,* At te — commentu's *Periplecomeno continuat Appuhnius Quaest. Pl. ed. Marp. a. 1893 p. 74.* — 236. aegomi stuescio B^1. egomet istuc scio B^2. — 239. amatorẽ *etiam B ante ras.* — 243 sq. osculari, eam Arguam *recepimus suasu Seyfferti.* — 250. trecentẽ *etiam* B^1 (ę B^2). — 255. muliere *D teste Lorenzio.* — 256. hec B^1 (ę B^2). — 270. uocẽ B^1 *teste Lorenzio.* — 274. ⟨rem⟩ *latet in* loque[re] *v.* 275, *ut* est *v.* 277 *deficiens excurrit v.* 279 *in B* [*item* et *v.* 1161 *supplendum superat v.* 1162 *et* tu *v.* 1270 *in B excurrens spectat ad* (ob)ui(etur) *ibidem v.* 1271 *pro* (ob)tu(etur) *traditum et v.* 1419 adest *pro* est *cohaeret cum* euocatus *pro* aduocatus *antea tradito. Fortasse etiam* rei *v.* 764 *pertinet ad* h⟨u⟩ic ⟨rei⟩ *v.* 765 *et v.* 1201 *simpliciter seri-*

bendum est Quidnam intus fuisse te dicam diu *deleto* tam, *utpote quod ad proximi versus vitium* (mittam) *spectet. Denique v.* 1252 hic *in v. antecedente delendum adhibeas ad* ⟨hic⟩ clémenti a. i. *corrigendum*]. — 281. nat' hic B^1 *teste Lorenzio.* — 293. edia mentẽ erea ut ollas B^1. — 303. Facere certumst *cum Seyfferto Fleckeisenoque traiciendum esse elucet ex eis, quae hic Annal. philol. t. CXLIII p. 662 adn. docuit.* — 308. illa⟨e⟩c [h]ec su⟨ó se h⟩ospitio edít foras *Schoellius duce Lipsio.* — 315. nusquam hic uides *tutatur Seyffertus.* — 317. Quid negotiist *ex* Quit genegotust D^3. — 322. lasciuiosus B^1. — 333. obsitã *B ante ras.* — 351. Néc quoïquam quam ílli *Seyffertus.* — 359. *Duplicem scripturam in P agnoscit idem* tibi esse eundum áctutum e. p. *et* tibi eundum actútumst e. p. — 389. uisu sedeti^s B^1. — 444. auir& B^1. — 450. homhist B^1 *teste Lorenzio.* — 454. sino miser& B^1 *teste Luchsio.* — 456. Muliebri [f]egisti fide *Seyffertus.* — 465 sq. *De* múlieres ‖ Fáciunt. ut utrobíque oratiónem docte ‿ ⏑ ‿ *cogitat idem* (*ubi* Vt ubique B^1). — 469. Heius *B.* — 479. *In apparatu corrigas:* APUDHUNCERO: apud hunc (*vel* hanc)*: nam* ero *deest in BCDFZ, id quod in editione maiore obscuratum erat.* — 483. ulla B^1 *teste Lorenzio.* — 489. Qua B^1. — 503. diutinum ⟨us⟩que a mani ad u. *Redslobius 'N. philol. Rundsch.' a. 1892 p. 5.* — 508. *Cf. Skutschius 'Forsch.' I p. 153.* — 517. Mea B^1 (a *exp.* B^2). — 554. uiderit *etiam* B^1 *teste Lorenzio.* — 581. capiam B^1 *teste Mauio,* captam *teste Lorenzio.* — 583. leuiunt B^1 (*corr* B^2) *teste Luchsio.* — 584. *Cf. Palmerus Hermath. t. XX p. 64 et post eum Leo Arch. t. IX p. 165.* — 595. fortito (to *ex* tu) *D.* — 613. *De lacuna nobiscum sentit Seyffertus.* PA. Immo ⟨optumumst⟩ *Schoellius.* — 614. *Ad* Quodne *cf. Skutschius l. s. s., hunc locum neglegens.* — 620. Aetate (Ae *per ligat.*) *iam* B^1 *teste Luchsio.* — 630. pernix sum, manibus pedibus mobilis *dist. Seyffertus. Sed cf. Woelfflinus Arch. t. VIII p. 453 neque neglegendum est* sum pedes

pro pedibus *in CD traditum* (*iuxta* pernix sum): *quo firmatur Guyeti traiectio* (*nisi quod* pernix sum *per enclisin defenditur*). — 644. *De* commodo *pro* quomodo *restituto propter significationem dubitans* commodos *cum aliis commendat Seyffertus. Cogitari potest etiam de* abstinere me, apud conuiuas quom ⏑ ‿ (*vix* quóm obeo), Commemini. — 653. Ego neque umquam *trai. Schoellius.* — 657. *De* uocas (*vel* regis) *pro* uacet (*vel* uicet) *cogitat Seyffertus.* — 658. contramtum *et* 661 adulescente *etiam* B^1 *teste Luchsio.* — 663. tris furacundo *etiam* B^1D^1 (tristi iracundo D^2). — 672. PE. *praem. etiam D teste Luchsio.* — 675. Et quem in dinis rebus sumas, sumptus s. l. *Leo: ubi neque* quem — sumptus *mutatum neque* sumas (*iuxta* sapienti) *servatum ferri potest. Ceterum* sumas *et* sumptu⟨mst⟩ *pro duplici scriptura Seyffertus habet cum aliis.* — 676. est comitas *non prorsus abiciendum esse censet Seyffertus.* — 679. uirtutem *etiam* B^1 *testibus Luchsio et Lorenzio.* — 681. *Noli* ducier *duce A: ubi* ducere *pro* mittere *ex v. 680 repetitum est.* — 687. *Cf. Skutschius l. s. s. p. 72. 74 sq.* — 690. qui (*pro* quae) me e somno suscitet, Dicat *Schoellius.* — 693. conlectrici *etiam* B^1. — 699. Haec et quae sunt similia *Schoellius* (et quae *pro* atque *et* sunt *pro* huius *ex proximo v. repetito*). — 701. herde *etiam C.* — 706. ei *etiam* B^1 *testibus Luchsio et Lorenzio* (*corr.* B^2) *et v.* 709 ŭt *B ante ras.* — 722. defrigisset B^1 (defregisset B^2). — 732. scaeles hisus *etiam B ante ras. teste Luchsio.* — 747. *De hyperbato dubitamus cum Seyfferto aliisque: neque tamen in hac editione aut delere voluimus* id *aut* Si íd illis aegrest *traicere.* — 754. Quíd ⟨, opsecro,⟩ opus fuit *vel* gratia ⟨, opsecro⟩ *temptat Schoellius.* — 774. (rationem) institui *defendit Seyffertus coll. Mil. 237. Epid. 363. Most. 779. Poen. 925* (*alias* institi). — 777. Quin *Schoellius pro* Itaque *ex proximo v. repetito.* — 798. rĕí *reliquimus, etsi* ⟨ei⟩ rei *praestat.* — 799ᵃ. uerberauit *B.* uerberat uit *CD.* — 805. ausculta pleusicles *B.* — 824. nardini *nimis incertum: de* amaracini

cogitat Schoellius. — 860. sciuit *C.* — 862. Huic ne dixeritis, obsecro *trai. Schoellius duce Kellerhoffio.* — 881. At meliust ⟨con⟩monerier *idem* (c̄ *post* τ *addito*). — 905. nouom *CD*[1]. — 913. militi ⟨meo ero⟩ darem *Schoellius coll. v. 922.* — 926. potiueriin *C.* potiuerun *D: ubi* E⟨h⟩o, potin erum lepi⟨de⟩ duis politum? *temptat Schoellius.* — 969. PY. Prox, amo *idem.* — 1005. quam illum oculis tuis ⟨tuitu's⟩ *et v.* 1009 sq. quoius causá ⟨modo⟩ Fóras sum egressa *et v.* 1022 ⟨Nisi das⟩ properando (*scil. operam*), excrucior *et v.* 1049 (*ubi non est quod cum ceteris duobus locis defectum statuamus*) detuli hic ⟨ád te detulit⟩ pórro *suppl. idem.* — 1019. S, (*i. e.* Set), *non* Si *B.* — 1028. omnem mat⟨er⟩iem, tibi ut dudum [iam] demonstraui *Seyffertus.* — 1065. *Sub* ethnamons *latebit nomen aut personae aut terrae argentosae.* — 1066 sq. PA. [Vt ludo. MI.] quid ego, ut sublecto? MI. Scite. ‖ [MI.] Sed amabo *e. q. s. Goetzius* (Vt ludo *ex v. 1073 repetens*). PA. Vt ludo? MI. Quid ego ut sublecto? ‖ PA. Scite. MI. Sed amabo (*et* mitte [me] actutum. PA. Quin tu huic responde[s] aliquid) *Schoellius: ubi* PA. Scite *ex versu quodam deperdito relictum esse conicit Seyffertus.* — 1104. quid-(tuscis) *C quoque.* — 1111. fortis — *dist. Schoellius* (*scil.* 'uisust?' *dicturus erat*). — 1148. DONASE (*non* DONOASE) *A etiam Loewio teste.* — 1157 sq. expugnari ⟨oppi⟩do[lis] *Schoellius. Cf. Appuhnius Qu. Pl. p. 45 sq.* (*ibid. p. 73 cf. de v.* 1044). — 1207. Propediem *Seyffertus.* — 1221. Placide, ipsae (*vel* ipsi) dum l. m. *defendit Appuhnius p. 37.* — 1227. inclytus *potius quam* indytus *C.* — 1231. *Cf. Skutschius l. s. s. p. 139 sq.* — 1236. ⟨modo⟩ bonum animum habe *Seyffertus.* — 1248. an tu illu⟨n⟩c euoca[tu]s f., m. M.? *idem.* — 1255. Scio de olfactu *Goetzius: cf. Annal. phil. t. CXLV p. 214 sq.* — 1259. quam oculís. PA. caeca⟨ta am⟩órest *Schoellius.* — 1261. defít ⟨mi⟩. MI. militem *idem.* — 1263. *Ad distinctionem cf. Schoellius ad Mostell.*[2] *346 sq.* (*in archetypo fuisse vid.* me[a] si per[te]). — 1271. interim *om. CD.* — 1272. Viden

servat Seyffertus, duo hemistichia inter uideo *et* Viden *intercidisse coniciens.* — 1276. *In A cum inter* SME *et* DAT *spatio* PREHEN *non minus conveniat quam* PESSUM (*sic Studemundus*) *ducibus ACD cogitandum erit de* ⟨ut⟩ uír eius me (*melius* uir eíus ⟨ut⟩ me) prehendat, *nisi* uir éius med ut préndat *praeferas cum Goetzio, etsi A sic non habuerit.* — 1282. lana (*vel* scutula) in uoltust profecto. PA. *Schoellius.* — 1319. facio: o[mni] (*cf. ad v. 1324*) Pietas, pio te (*cf. Asin. 506*). PL. Oh, ut (*vel* Aha, ut) sapis *idem.* — 1324. *Ex* (uideo)mnia *scriptura* — *quam* (uide)om *pro* (uide)o *vitium frequens procreasse sumimus* (*cf. ad v. 1319*) — *de interiectione quadam inserenda cogitat Seyffertus.* — 1330. Oh mihi oculi⟨tus care⟩, o mi anime *idem.* — 1335. labra (labrã *etiam* D^1) a labellis ⟨au⟩fer aut age ⟨i⟩ in malum *Schoellius* (*cui* aut ace *in archetypo fuisse videtur* fer in malum). — 1336. spirarent (*scil. labra*) *defendit Seyffertus.* — 1344. PL. *habet B.* — 1356. Et si sic sententia esset *Schoellius.* — 1358 sq. ⟨Qui⟩ habeam (*scil. bonum animum*), quom — stratiotici? *idem.* — 1362 sq. memineris, si f. l. f. o. — Mittam n. ad te —, ne me deseras *dist. Seyffertus.* — 1370. esse fidum neminem *Schoellius.* — 1377. meos. ⟨s⟩éd ⟨qui⟩s uenit hinc? *idem.* meós. ⟨s⟩ed st: hinc *Goetzius.* — 1379. Ego ⟨adue⟩nam conueniam illum *Schoellius.* — 1381. illi⟨n⟩c ⟨est⟩: ibo huic *Seyffertus.* — 1395. *Post* discindite *intercidisse velut* ei sagum *conicit Schoellius.* — 1409. Loquere. nondum, donec factumst (*i. e. nondum dispennite* [*cf. v. 1407*], *donec locutus sit miles*) *idem* (nili *in B ex interpolatione repetens*). — *Ad locum ex Fulgentio subscriptum cf. Leo de Vidul. p. 17.*

Ienae et Heidelbergae m. Ianuario.

G. G. F. S.

T. MACCI PLAVTI

MENAECHMI

PERSONAE

PENICVLVS PARASITVS
MENAECHMVS I } ADVLESCENTES
MENAECHMVS II (SOSICLES) } ADVLESCENTES
EROTIVM MERETRIX
CYLINDRVS COQVOS
MESSENIO SERVOS
ANCILLA
MATRONA
SENEX
MEDICVS

ARGVMENTVM

Mercátor Siculus, quoí erant gemini fílii,
Eí surrupto | áltero mors óptigit.
Nomén surrupti | ílli | indit quí domist
Auós paternus: fácit Menaech⟨m⟩um e Sósicle.
Et ís germanum, póstquam adoleuit, quaéritat 5
Circum ómnis oras. póst Epidamnum déuenit:
Hic fúerat alitus ílle surreptícius.
Menaéchmum | omnes cíuem credunt áduenam
Eúmque appellant méretrix, uxor ét socer.
I[i] sé cognoscunt frátres postremo ínuicem. 10

2. altero mor soptigit *vel* alię rumor soptigii ‖ 3. surrepit *vel* surrepiti ‖ 4. paternos ‖ 6. *solus habet B* ‖ 7. auitus | surrepticius *vel* subrepticus ‖ 10. *del Osannus* | se *vel* si ‖

PROLOGVS

Salútem primum iam á principio própitiam
Mihi átque uobis, spéctatores, núntio.
Appórto uobis Plaútum — lingua, nón manu:
Quaeso út benignis áccipiatis aúribus.
Nunc árgumentum accípite atque animum aduórtite: 5
Quam pótero in uerba cónferam paucíssuma.

(Atque hóc poetae fáciunt in comoédiis:
Omnís res gestas ésse Athenis aútumant,
Quo | íllud uobis graécum uideatúr magis.
Ego núsquam dicam, nísi ubi factum dícitur. 10
Atque ádeo hoc arguméntum graecissát: tamen
Non átticissat, †uérum sicilicíssitat.
Huic árgumento antélogium hoc fuit ⟨ínterim⟩:
Nunc árgumentum uóbis demensúm dabo,
Non módio neque trimódio, uerum ipso hórreo: 15
Tantum ád narrandum argúmentum adest benígnitas.)

Mercátor quidam fuít Syracusís senex.
Eí sunt natei fílii gemineí duo,
Ita fórma simili púerei|, ut matér sua
Non ínternosse pósset quae mammám dabat, 20
Neque ádeo mater ípsa quae illos pépererat: —

7—16. *secl Osannus* ‖ 12. sed sicilissat *Festus Pauli* ‖ 13. ante elogium (*vel* elongium): *corr ex Ausonio* | *suppl Schoe ex Ausonio* ‖ 14. demensum *vel* demensus ‖ 21. Neque *vel* Noque | pepererat (*sic Nonius*) *vel* peperat ‖

Vt quídem ille dixit míhi qui pueros uíderat:
Ego illós non uidi, néquis uostrum cénseat. —
Postquám iam pueri séptuennes súnt, pater
Oneráuit nauim mágnam multis mércibus. 25
Inpónit geminum | álterum in nauém pater,
Taréntum auexit sécum ad mercatúm simul:
Illúm reliquit álterum apud matrém domi.
Tarénti ludei fórte erant, quom illúc uenit:
Mortáles multi, ut ád ludos, conuénerant: 30
Puer ínter homines †aberrauit á patre.
Epidámniensis quídam ibi mercatór fuit:
Is púerum tollit áuehitque Epidámn⟨um⟩ eum.
Pater éius autem póstquam puerum pérdidit,
Animúm despondit: eáqu⟨e⟩ is aegritúdine 35
Paucís diebus póst Tarenti emórtuost.
Postquám Syracusas de eá re rediit núntius
Ad auóm puerorum, púerum surruptum álterum
Patrémque pueri †Tarenti esse emórtuom,
Immútat nomen áuos huic gemino álteri. 40
Ita illúm dilexit quí subruptust álterum:
Illíus nomen índit illi quí domist,
Menaéchmo, idem quod álteri nomén fuit.
Et ípsus eodemst áuos uocatus nómine.
Proptérea illius nómen memini fácilius, 45
Quia illúm clamore uídi flagitárier.
Ne móx erretis, iám nunc praedicó prius:
Idémst ambobus nómen geminis frátribus.
Nunc ín Epidamnum pédibus redeundúmst mihi,
Vt hánc rem uobis éxamussim dísputem. 50
Siquís quid uostrum Epidámni curarí sibi
Velít, audacter ímperato et dícito:
Sed ita út det, unde cúrari id possít sibi.

---

22. dixit mihi *vel* mihi dixit ‖ 23. *solus habet B* ‖ 25. nauim *vel* nauem ‖ 26. geminum *vel* gemitum ‖ 29. ludei *vel* iudei ‖ 33. epidamnium: *corr Sey* ‖ 34. perdidit *vel* pedidit ‖ 35. despondit *vel* disponit ‖ 37. rediit *vel* redit ‖ 43. Mena (*vel* Mane) hecmo ‖ 51. epidamnum ‖ 52. uelit *v. 51 adhaeret* ‖ 53. ut deinde B^2 ‖

Nam nísi qui [non] arg[um]entum déderit, nugas égerit:
[Nam nisi] Qui déderit, magis maióres nugas égerit. 55
Verum ílluc redeo unde ábii atque uno adsto ín loco.
Epidámniensis ílle, quem dudum díxeram,
Geminum íllum puerum quí surrupuit álterum,
Ei líberorum, nísi diuitiae, níl erat.
Adóptat illum púerum surruptícium 60
Sibi fílium eique uxórem dotatám dedit
Eúmque heredem fécit, quom ipse obiít diem.
Nam rús ut ibat fórte, ut multum plúerat,
Ingréssus fluuium rápidum ab urbe haud lóngule,
Rapidús raptori púeri subduxít pedes, 65
Apstráxitque hominem in máxumam malám crucem:
Illí diuitiae | éuenerunt máxumae.
Is íllic habitat géminus surruptícius.
Nunc ílle geminus quí Syracus[s]ís habet
Hodie ín Epidamnum uénit cum seruó suo 70
Hunc quaéritatum géminum germanúm suom.
Haec úrbs Epidamnus ést, dum haec agitur fábula:
Quando ália agetur, áliud fiet óppidum.
Sicút familiae quóque solent mutári⟨er⟩:
Modo †nicaditat leno, módo adulescens, módo senex, 75
Paupér, mendicus, réx, parasitus, hárioluS. 76[a]
* * * * * elis * * * * * 76[b]

---

54. *del Beroaldus* ‖ 55. *del Py* ‖ 56. redeunde: *corr* B^2 ‖ 58. alteram *vel* alterum ‖ 59. diuiliae ‖ 62. quam: *corr Pius* (qua — die B^2) ‖ 64. rapidum burbe: *corr* B^2D^2 ‖ 65. fides: *corr Py* ‖ 68. Istilic: *corr* B^2 (*cum A, ut vid*) ‖ 69. habitat *vel* habet ‖ 70. seruo suo *vel* suo seruo ‖ 74. *add Ca* ‖ 76[b]. *solus habet A* ‖

ACTVS I

PENICVLVS
PARASITVS

Iuuéntus nomen fécit Peniculó mihi,
Ideó quia mensam, quándo edo, detérgeo.
* * * * * * * * * * * *
Hominés captiuos quí catenis uínciunt
Et qui fugitiuis séruis indunt cómpedes, 80
Nimis stúlte faciunt meá quidem senténtia.
Nam ⟨hoc⟩ hómini misero si ád malum accedít malum,
Maiór libidost fúgere et facere néquiter.
Nam se éx catenis éximunt aliquó modo,
†Tum cómpediti | ánum lima praéterunt 85
Aut lápice excutiunt cláuom: nugae súnt eae.
Quem tu ídseruare récte ne aufugiát uoles,
Esca átque potióne uincirí decet:
Apud ménam plenam | hómini rostrum déliges.
Dum tu íll quod edit ét quod potet praébeas 90
Suo árbitrau ⟨usque⟩ ád fatim cottídie,
Numquam hércle effugiet, tam étsi capital fécerit.
Facile ádserubis, dúm eo uinclo uíncies.
Ita istaéc nimis lenta uíncla sunt escária:
Quam mágis extendas, tánto adstringunt ártius. 95
Nam ego ád Menaechmum | húnc eo, quo iám diu
Sum iúdicatus: áltro eo, ut me uínciat.
Nam | íllic hom homines nón alit, uerum éducat

---

78. *lac sign* A ‖ 82. *add Mue* | accedit *vel* accidit ‖ 85. anum praeterunt (*sic Nonius*) *vel* ianum praetereunt (proterunt B^2) ‖ 88. dece *vel* debet ‖ 89. hominis rostrum deligis *Nonius* ‖ 90. edit *vel* eat ‖ 91. Suo *vel* Su | *add Ri* (*fort cum A*) ‖ 92. hercle effugiet tam *Nonius*: edepol te fugiet iam (*vel* tiam: etiam B^2): *de A non luet* | capitale B^2 ‖ 93. uinclo *vel* uinculo ‖ 94. Ea enim fere enta *Nonius* | scaria *idem* ‖ 96 sq. *dist Langenus* ‖ 98. alit *vel* ai (aut *Nonius*) ‖

Recreátque: nullus mélius medicinám facit.
Itást adulescens: ípsus escae máxumae, 100
Ceriális cenas dát: ita mensas éxtruit,
Tantás struices cóncinnat patinárias:
Standúmst in lecto, síquid de summó petas.
Sed míhi interuallum iam hós dies multós fuit:
Domi †domitus sum usque cum careís meis: 105
Nam néque edo neque emo nísi quod est caríssumum.
Id quóque iam cari qui ínstruontur déserunt.
Nunc ád eum inuiso. séd aperitur óstium:
Menaéchmum eccum ipsum uídeo: progreditúr foras.

MENAECHMVS I. **PENICVLVS**
ADVLESCENS PARASITVS

ME. Ni mala, ni stulta sis, ni indomita imposque nimi, 110
Quód uiro esse odió uideas, túte tibi odio hábeas.
Praéterhac sí mihi tále post húnc dien
Fáxis, faxó foris uídua uisás patrem.
Nám quotiéns foras íre uoló, mé retinés, reuocás, rogitás:
Quó ego eam, quám rem agam, quíd negotí gram, 115
Quíd petam, quíd feram, quíd fori égerim.
Pórtitorém domum dúxi: ita omnem mihi
Rém necesse éloquist, quícquid ei átque ago.
Nímium ego te habui délicatam. núnc deo, ut factúrus, dicam.

---

100. *dist Weisius* ‖ 101. Certalis (Cete talis B^2) *et* mensam: *corr ex Festo* ‖ 103. summa *Donati, ut vid* ‖ 105. Domi *vel* Domo | sum usque *vel* summusque ‖ 106. neque (*sic A*) *vel* que ‖ 107. instruntur *vel* instruuntur ‖ 110. *ictus omisimus ubi metra incertiora* ‖ 114. ROGAS ‖ 116. deta (dedam B^2): *corr Ca* | egerim *B ras* (*fort cum A*): legerim ‖ 117 sq. dixit ita mihi necesse *Nonius* | loqui est: est eloqui *Nonius* ‖

Quando égo tibi ancillás penum, 120
Lanam, aúrum, uestem, púrpuram
Bene praébeo nec quícquam eges, 121
Maló cauebis, sí sapis:
Virum óbseruare désines. 122
Átque adeo, ne mé nequiquam sérues, ob eam indústriam
Hódie ducam scórtum atque aliquo ad cénam condicám foras.
PE. Íllic homo se uxóri simulat mále loqui, loquitúr mihi: 125
Nám si foris cenát, profecto me, haúd uxorem, ulcíscitur.
ME. Eúax, iurgio hércle tandem uxórem abegi ab iánua.
Vbi súnt amatorés mariti? dóna quid cessánt mihi
Conférre omnes congrátulantes, quía pugnaui fórtiter?
Hánc modo uxori íntus pallam súrrupui: ad scortúm fero. 130
Sic hóc decet, darí facete uérba custodí catae:
Hoc fácinus pulcrumst, hóc probumst, hoc lépidumst, hoc factú⟨m⟩st fabre:
Meó malo a mala ábstuli, hoc ad dámnum deferétur.
Auórti praedam ab hóstibus nostrúm salute sócium.
PE. Heús adulescens, écqua in istac párs inest prae⟨dá⟩ mihi? 135
ME. Périi, in insidiás deueni. PE. Immo ín praesidium: né time.

---

120 sqq. *discr Geppertus* (*v.* 120ª *dispescunt A B* [Ancillas], *dein duo v. sunt in B* [Malo], *tres in A*) | Linum lanam praebeo neque quicquam *Servius* (LAN[am]L[inum?]— *A, ut vid*) ‖ 123. nequicquam *vel* quicquam: *corr* B^2 ‖ 124. ad cenam atque aliquo (*item A*): *trai Ac* ‖ 127. iurgio tandem *Varro* ‖ 129. quia *vel* qui | fortiter *vel* foriter ‖ 131. Sic *vel* Si | *dist Geppertus* ‖ 134. Auerti (*sic Priscianus*) *vel* Aduorti ‖ 135. et qua: *corr* B^2 | *add Ca* ‖ 136. deuenit: *corr B ras* ‖

ME. Quís homost? PE. Ego sum. ME. O[h] méa Commoditas, ó mea O⟨p⟩portúnitas,
Sálue. PE. Salue. ME. Quíd agis? PE. Teneo déxt⟨e⟩ra geniúm meum.
ME. Nón potuisti mágis per tempus míhi aduenire quam áduenis.
PE. Íta ego soleo: cómmoditatis ómnis articulós scio. 140
ME. Vín tu facinus lúculentum inspícere? PE. Quis id coxít coquos?
Iám sciam, siquíd titubatumst, úbi reliquias uídero.
ME. Díc mihi, enumquam tú uidisti tábulam pictam in páriete,
Vbi aquila Catameítum raperet, aút ubi Venus Adóneum?
PE. Saépe. sed quid istaé picturae ad me ádtinent? ME. Age me áspice. 145
Écquid adsimuló similiter? PE. Qui ístic est ornatús tuos?
ME. Díc hominem lepidíssumum esse mé. PE. Vbi essurí sumus?
ME. Díc modo hoc quod égo te iubeo. PE. Díco: homo lepidíssume.
ME. Écquid audes dé tuo istuc áddere? ⟨PE.⟩ Atque hilaríssume.
ME. Pérge – ⏑. PE. Nón pergo hercle, nísi scio qua grátia. 150
Lítigium tibíst cum uxore: [ME.] ⟨e⟩o míhi abs te caueo caútius.
ME. Clam uxorem †ubi sepulcrum habeamus atque húnc conburamús diem. 152.153
PE. Áge sane igitur, quándo aequom oras, quám mox incendó rogum?

---

138. quid *vel* qui | *add Ca* ‖ 139. quam *vel* quem ‖ 141. quocus ‖ 142. titubatumst *vel* titubatust ‖ 143. numquam *vel* numqua: *corr ex Ausonio* ‖ 144. catamitum *et* adonem B^2 ‖ 146. Ecquid *vel* Equid ‖ 148. quod *vel* quo | dico *vel* dic ‖ 149. Ecquid *vel* Et quid | atqui ‖ 151. Litidium *vel* Litutium: *corr* B^2 | *del Ac* | o *vel* oh: *corr Ri* ‖ 152 sq. clam uxorem est *Charisius* | conburnaus *vel* combura/////us (*corr* B^2) ‖ 154. incendo rogum *om* B^1 ‖

Díes quidem iam ad úmbilicum est dímidiatus mórtuos. 155
⟨ME.⟩ Té morare, míhi quom obloquere. ⟨PE.⟩ Óculum ecfodito pér solum
Míhi, Menaechme, si úllum uerbum fáxo, nisi quod iússeris.
ME. Cóncede huc a fóribus. PE. Fiat. ME. Étiam concede húc. ⟨PE.⟩ Licet.
ME. Étiam nunc concéde audacter áb leoninó cauo.
PE. Eú edepol ne tu, út ego opinor, ésses agitatór probus. 160
⟨ME.⟩ Quídum? PE. Ne te uxór sequatur, réspectas idéntidem.
ME. Séd quid ais? PE. Egone? íd enim quod tu uís, id aio atque íd nego.
ME. Écquid tu de odóre possis, síquid forte olféceris,
Fácere coiectúram cu * *? ⟨PE.⟩ * * * * * *
C * o * s * asu * * * cáptum sit collégium. 165
⟨ME.⟩ Ágedum, odorare hánc quam ego habeo pállam: quid olet? ápstines?
PE. Súmmum | olfactáre oportet uéstimentum múliebre:
Nam éx istoc locó spurcatur násum odore †inlucido.
ME. Ólfacta igitur hínc, Penicule: lépide ut fastidís. ⟨PE.⟩ Decet.
⟨ME.⟩ Quíd igitur? quid olét? responde. PE. Fúrtum, scortum, prándium. 170

---

155. iam dum bilicum: *corr* B^2 *cum Gellio* | dimidiatus mortuus est *Gellius* ‖ 156. Nemorare B^2 | quam (quin B^2) | oculum ecfodito *vel* occulum hec fodito | psolũ *om* B^1 ‖ 157. Mi *vel* Mihi | iusseris *vel* ius eris ‖ 158. etiam ME. *vel* ME. etiam ‖ 161. #NE: ne ‖ 162. QUIDAISEGON—: quid (*vel* quis) agis PE. Egone | ato *vel* dato: *corr B* | nega: *corr* B^2 ‖ 163. ECQUID: Hec quid (*corr B*) ‖ 164 sq. FACERECOIECTURAMCUMI———— *et* CUOI*S*ASUTTUS———: Facere coniecturam (*vel* coniecturum) captum sit collegium | *add Lipsius* ‖ 166. quid *vel* quod ‖ 168. Nam ex (*sic A*) *vel* Nam: Nec *Nonius* | isto *idem* | modori: *corr* B^2 *cum Nonio* | inlutibili *Nonius* ‖ 169. OIFACTA: Difacta | *add Sarac* ‖ 170. *add Scu* | quid *vel* quod ‖

ME. Tíbi fua * * qu * * * * * * * * * * *
Élocutus: nam * * * * * * * * * *
Núnc ad amicam déferetur hánc meretricem Erótium.
Míhi, tibi atque illí iubebo iam ádparari prándium.
⟨PE.⟩ Eu.
⟨ME.⟩ Índe usque ad diúrnam stellam crástinam †poterimus. ⟨PE.⟩ Eu. 175
Éxpedite fábulatu's. iám foris ferió? ME. Feri.
Vél mane etiam. ⟨PE.⟩ Mílle passum cómmoratu's cántharum.
⟨ME.⟩ Plácide pulta. PE. Métuis credo, né fores Samiaé sient
F * * * * * * * * * * * * * * * *
ME. Máne mane, obsecro hércle: ⟨e⟩apse ecca⟨m⟩ éxit: oh, solém uides, 180
Sátin ut occaecátus⟨t⟩ prae huius córporis candóribus?

EROTIVM. PENICVLVS. MENAECHMVS I
MERETRIX PARASITVS ADVLESCENS

ER. Ánime mei, Menaéchme, salue. PE. Quíd ego? ER. Extra numerum és mihi. 182
PE. Ídem istuc aliis ádscriptiuis fíeri ad legioném solet. 184
ME. Égo istic mihi hodie ádparari iússi apud te proélium.
⟨ER.⟩ Hódie id fiet. ⟨ME.⟩ Ín eo uterque proélio potábimus.

---

171 sq. *solus habet A* | FUAN—(*vel* FUAT—)AEQU ——— || 174. iubebo (*sic A*) *vel* iubeo | (PRANDI)UMEU: prandium | *add Loewius* || 175. DIURNAM: diurnum | POTERIMUSEU: potabimus: *add Ri* || 176. fabulatus: *corr Lamb* | fores ferio: FERIOFORIS || 177. *add Ac* | commoratus: *corr Pistoris* || 178. SIENT: scient (*corr B*²) || 179. *solus habet A* || 180. ab se: *corr Ac* | —CA(*vel* PA)EXIT(OSO)LEMUIDE(S?) | *add Bo* | oh *vel* PE. oh || 181. Satin *vel* Santin | *add Py* || 184. ad legionem fieri: *trai ex Varrone et A* || 186. *add Gru* | flet: *corr Gru* | proilio: *corr Scal* ||

Ýter ibi meliór bellator érit inuentus cántharo,
†Tuest legio adiúdicato †cum utro hanc noctém sies.
Ýt ego uxorem, méa uoluptas, úbi te aspicio, odí male.
⟨PE.⟩ Ínterim nequís quin eius áliquid indutús sies. 190
ER. Quíd hoc est? ME. Induuiaé tuae atque uxóris exuuiaé, rosa.
ER. Súperas facile, ut súperior sis mĩhi quam quisquam qui ímpetrant.
PE. Méretrix tantispér blanditur, dúm illud quod rapiát uidet: 193
Nám si amabas, iám oportebat násum abreptum mórdicus. 195
ME. Sústine hoc, Penícule: exuuias fácere quas [s]uouí uolo.
⟨PE.⟩ Cédo. sed obsecro hércle, salta síc cum palla póstea.
⟨ME.⟩ Égo saltabo? sánus hercle nón es. ⟨PE.⟩ Egone an tú magis?
Exue igitur, sí non saltas. ME. Nímio ego hanc perículo
Súrrupui hodie. ⟨PE.⟩ Meó quidem animo ab ⟨H⟩íp⟨p⟩olyta subcíngulum 200
Hércules haud aéque magno umquam ábstulit perículo.
ME. Cápe tibi hanc: quando úna uiuis mieís morigera móribus.
PE. Hóc animo decét animatos ésse amatorés probos,
Quí quidem ad mendícitatem próperent se detrúdere.

---

187. Vtrobi B^2 ‖ 188. SIES: scies (*corr B*) ‖ 189. uxorem meam *vel* uxore mea ‖ 190. *add Vss* | saliquid: *corr B* | INDUTUSSIES: indutus (*vel* intuta) sis ‖ 195. iam dudum oportuit nasum adeptum *Nonius* | nasum *vel* nassum | mordicus *vel* modicus ‖ 196. *del Ca* ‖ 197—199. *pers add Ac* ‖ 199. Si non saltas exuigitur (exue igitur B^2): *trai ex A* ‖ 200. PE. *add Schoe* | subgingulum: *corr* B^2 *cum Festo* ‖ 201. HAUDHERCULES: Haud hercles *vel* Aud hercules: *trai Lamb* (*fort cum Festo*) ‖ 202. CAPEITIBI | meis B^2 ‖ 204. mendicitatem (*sic A*) *vel* medicitatem | PROPERENTSE: se proderent (proderint B^2) ‖

ME. Quáttuor minís ego emi ístam anno uxorí meae.
PE. Quáttuor minaé perierunt pláne, ut ratio rédditur.
ME. Scín quid uolo ego te áccurare? ER. Scío: curabo quaé uoles.
ME. Iúbe igitur tribus nóbis apud te prándium accurárier,
Átque aliquid scitámentorum dé foro opsonárier:
Glándionidám, suillam, láridum, pernónidam
Aút sincipitaménta porcina aút aliquid ad eúm modum,
Mádida quae mihi adpósita in mensam míluinam súggerant.
Átque actutum. ER. Lícet ecastor. ME. Nós prodimus ád forum:
Iam híc nos erimus. dúm quoquetur, ínterim potábimus.
ER. Quándo uis, uení: parata rés erit. ⟨ME.⟩ Properá modo.
Séquere tu. PE. Ego hércle uero te ét seruabo et té sequar,
Néque hodie, ut te pérdam, meream deórum diuitiás mihi.
ER. Éuocate intús Cylindrum míhi quoquom actutúm foras.

---

205. ego mi: *corr* B^2 (*cum As, ut vid*) | (IST)AM: stanc (istanc B^2) ‖ 206. Quattuor (*sic A*) *vel* Quotuor | redditur (*sic A*) *vel* reditur ‖ 207. uolo ego: UOLO | curabo (*sic A*) *vel* curaro ‖ 209. SCITAMENTORUM: sit amentorum (omentorum *corr B*) ‖ 210. SUILLAM: sullam: *corr B* | lardum B^2 | pernonidem: AUT-PERNONIDAM ‖ 211. sinciput omenta B^2 | porcina *om* B^1 ‖ 212. in mensam (*sic A*) *vel* ////mensam | MULUI(*vel* LUEI)NAM-SUGGERÃ ‖ 213. #LICETECASTOR#: licet ecastor ‖ 214. quoquitur: *corr Bent* (*fort cum A*) ‖ 216. et te (*vel* ti): TE ‖ 217. meream (*sic A*) *vel* merear ‖ 218. mihi cocum cilyndrum *Charisius* ‖

EROTIVM. CYLINDRVS
MERETRIX COQVOS

ER. Spórtulam cape átque argentum: éccos treis nummós habes.
CY. Hábeo. ER. Abi atque obsónium adfer. tríbus uide quod sít satis: 220
Néque defiat néque supersit. CY. Quoíusmodi hic hominés erunt?
ER. Égo et Menaechmus ét parasitus éius. CY. Iam isti súnt decem:
Nám parasitus ócto | hominum múnus facile fúngitur.
ER. Élocuta súm comuiuas: céterum curá. ⟨CY.⟩ Licet.
[CY.] Cócta sunt: iube íre accubitum. ER. Rédi cito.
CY. Iam ego híc ero. 225

ACTVS II

MENAECHMVS II. MESSENIO
ADVLESCENS SERVOS

ME. Volúptas nullast náuitis, Messénio,
Maiór meo animo, quám quando ex altó procul
Terrám conspiciunt. ⟨MES.⟩ Máior, non dicám dolo,
[~~Quam~~] Si aduéniens terram uídeas, quae fuerít tua.
Sed quaésso, quamobrem núnc Epidamnum uénimus? 230

---

219. ECCOSTREIS: hec costris (*corr* B^2) ‖ 220. Habeo (*sic A*) *vel* Abeo ‖ 221. HICHOMINES: hi omines (hom. B^2) ‖ 222. menaechmus (*sic A*) *vel* mendechmus ‖ 223. munus: NUNC ‖ 224. curaticet (licet B^2): CURARILICET | *add Ca* ‖ 225. Cocta (*sic A*) *vel* Coacta | IUBEIRE: iubire (*corr* B^2) | #REDICITO#: redi cito ‖ 226. UOLUPTASNULLAEST (*item Placidus*): Nullast uoluptas ‖ 227. QUAMQUOMEX: quam qum (*vel* quin *vel* quam) ex: *corr ex Placido* ‖ 228. prospiciunt maior est *Placidus* | dolor B^2 ‖ 229. *del Ac* | conspicias *Placidus* ‖ 230. epidamnum *vel* in epidamnum ‖

An quási mare omneis círcumimus ínsulas?
⟨ME.⟩ Fratrém quaesitum géminum germanúm meum.
⟨MES.⟩ Nam quíd modi futúrumst illum quaérere?
Hic ánnus sextust, póstquam ⟨e⟩i re[h]i operám damus.
Histrós, Hispanos, Mássiliensis, Hílurios, 235
Maré superum omne Graéciamque exóticam
Orásque Italicas ómneis, qua adgreditúr mare,
Sumus círcumuecti. seí acum, credo, quaéreres,
Acum ínuenisses, sei áppareret, iám diu.
Hominem ínter uiuos quaéritamus mórtuom: 240
Nam inuénissemus iám diu, sei uíueret.
⟨ME.⟩ Ergo ístuc quaero cértum qui faciát mihi,
Quei sése deicat scíre eum esse emórtuom:
Operám praeterea númquam sumam quaérere.
Verum áliter uiuos númquam desistam éxsequi: 245
Ego illúm scio quam cárus sit cordí meo.
MES. In scírpo nodum quaéris. quin nos hínc domum
Redímus, nisi si históriam scripturí sumus?
⟨ME.⟩ Dictúm †fac cessas datum edis caueás malo:
Moléstus ne sis: nón tuo hoc fiét modo. MES.
⟨H⟩em, 250
Illóc enim uerbo ésse me seruóm scio:
Non pótuit paucis plúra plane próloquei.
Verúm tamen nequeo cóntineri quín loquar.
Audín, Menaechme? quom ínspicio marsúppium,
Viáticati hercle ádmodum aestiué sumus. 255
Ne tu hércle, opinor, nísi domum reuórtereis,
Vbi níl habebis, géminum dum quaerís, gemes.

---

234. sextus est: SEXTUS | ire hi (hinc B^2): *add Gru* ‖ 236. superum (*sic A*) *vel* supremum ‖ 239. tam diu: *corr Gul* ‖ 242. istunc B^2 | qui *vel* quid: QUIDID ‖ 243. emortuum (*sic A*) *vel* mortuum ‖ 244. SUMMAM ‖ 246. CARUSSITCORDI: cordi sit carus ‖ 249. fac cessas *vel* facessas | —TDISCAUEASMALO ‖ 250. Molestus *vel* Melestus | FIAT *vel* FEIET (*vix* FUIT) ‖ 252. PROLOQUEI: proloqui *vel* proliqui ‖ 253. CONTINERI: continere ‖ 254. Audin *vel* Adi//// (Audi B^2) ‖ 255. aestiuae: AESTIUI ‖ 256. ERCLE ‖ 257. QUAERES ‖

Nam itást haec hominum nátio: in Epidámnieis
Voluptárii atque pótatores máxumei:
Tum sýcophantae et pálpatores plúrumei 260
In úrbe hac habitant: túm meretrices múlieres
Nusquám perhibentur blándiores géntium.
Proptérea huic urbei nómen Epidamno índitu⟨m⟩st,
Quia némo ferme síne damno huc deuórtitur.
ME. Ego istúc cauebo. cédo dum huc mihi mar-
súppium. 265
MES. Quid eó ueis? ME. Iam aps te métuo de
uerbís tuis.
MES. Quid métuis? ME. Ne mihi dámnum in Epi-
damnó du⟨i⟩s.
Tu mágis amator múlierum es, Messénio,
Ego aútem homo iracúndus, animi pérditi:
Id utrúmque, argentum quándo habe⟨b⟩o, cáuero, 270
Ne tú delinquas néu⟨e⟩ ego irascár tibi.
MES. Cape átque serua: mé lubente féceris.

— — — —

CYLINDRVS. MENAECHMVS II. MESSENIO
COQVOS ADVLESCENS SERVOS

CY. Bene ópsonaui atque éx mea senténtia:
Bonum ánteponam prándium pransóribus.
Sed eccúm Menaechmum uídeo. uae tergó meo: 275
Prius iám conuiuae | ámbulant ante óstium,
Quam ego ópsonatu rédeo. adibo atque ádloquar.
Menaéchme, salue. ME. Dí te amabunt, quísquis ⟨es.⟩
⟨CY.⟩ Qu * qu * * * * * * * * ⟨quís⟩ ego sim?

258. natio epidamnia Nam ita est haec hominum: *trai et corr ex A* ‖ 260. PLURUMEI: pluri ‖ 264. QUA | SINEDAMNOHUC: huc sine damno ‖ 265. cauebo cedo (*sic A*) *vel* cauebo MES. cedo | HUCMIHI: mihi huc ‖ 267. *add Beroaldus* (dias B^2) ‖ 268. MAGIS: magnus ‖ 269. iracundis ‖ 270. *add Py* ‖ 272. iubente ‖ 275. nae: *corr Gru* ‖ 278 sq. amabunt quisquis ego sim: *ubi novum v. habet A* (QUISQUISD———) | *suppl Bent et Ri* ‖

ME. Non hércle uero. ⟨CY.⟩ Vbí conuiuae céteri? 280
ME. Quos tú conuiuas quaéris? CY. Parasitúm tuom.
ME. Meúm parasitum? CY. Oe, cérte hic insanúst homo.
MES. Dixín tibi esse hic sýcophantas plúrumos?
⟨CY.⟩ * * * * r * * m * * u * * * *
ME. Quem tú parasitum quaéris, adulescéns, meum? 285
CY. Penículum. ⟨MES.⟩ Eccum in uídulo saluóm fero.
⟨CY.⟩ Menaéchme, numero huc áduenis ad prándium:
Nunc ópsonatu rédeo. ⟨ME.⟩ Respondé mihi,
Aduléscens: quibus hic prétieis porci uéneunt
Sacrés sinceri? CY. Númmeis. ME. Nummum a me áccipe: 290
Iube té piari dé mea pecúnia.
Nam | équidem insanum | ésse te certó scio,
Qui míhi molestu's hómini ignoto, quísquis es.
CY. Cylíndrus ego sum: nón nosti nomén meum?
ME. Sei tú Cylindrus seú †Coriendrus, périeris. 295
Ego té non noui néque nouisse adeó uolo.
CY. Est tíbi Menaechmo nómen. ME. Tantum quód sciam.
Pro sáno loqueris, quóm me appellas nómine.
Sed úbi ⟨tu⟩ me nouísti? CY. Vbi ego te nóuerim,
Qui amícam habes erám meam hanc Erótium? 300
ME. Neque hércle ego habeo néque te qui homo sís scio.

---

280. CY. *vel* MES.: *corr Sonnenburgius* | ercle (*sic A*) *vel* hercle | *add Ri* ‖ 282. #OECERTE: ME. Certe *vel* certe ‖ 284. *solus A habet* (———RINCU*SM*N——TU——) | *add Schoe* ‖ 285. parasitum *vel* para | adulescens (*sic A*) *vel* adules | MEUS ‖ 287. Mena hec menum ero *vel* Menaechmum (*lac*) ero ‖ 288. opsonatu redeo *vel* ipso nature deo | *add Ca* (# *A, ut vid*) ‖ 289. (PRET)IEIS: pretii | UENEUNT (*item Festus*): ueniunt | quanti hic porci sunt *Varro* ‖ 290. Sacris inceri: *corr ex Festo* | #NUMMEIS#NUMMUM: nummis///// *vel* nummis (nummos B^2) ‖ 293. molestus: *corr Lamb* | ES: esci (*corr B*) ‖ 295. ME. *vel* MES. | Seu tu: *corr Mue* | coriendrus: ——L—— ‖ 297. mena hec mo: ——HMO | #TANTUM: tantum ‖ 298. Pro *vel* ME. Pro ‖ 299. *add Py* (*fort. cum A*) | CY. *vel* MES. ‖ 300. HABES: habeas ‖ 301. HERCLEEGO: hercle | QUI: quis ‖

⟨CY.⟩ Non scís quis ego sim, quí tibi saepíssume
Cyathísso apud nos, quándo potas? MES. Eí mihi,
Quom níl est qui illi⟨c⟩ hómini dimminuám caput.
⟨ME.⟩ Tun cyathissare míhi soles, qui ante húnc diem 305
Epidámnum numquam uídi neque uení? CY. Negas?
⟨ME.⟩ Nego hércle uero. CY. Nón tu in illisce aédibus
Habes? ME. Dí illos homines qui íllic habitant pérduint.
CY. Insánit hic[e]quidem, qui ípse male dicít sibi.
Audín, Menaechme? ME. Quíd uis? CY. Si me cón-
sulas, 310
Nummum íllum, quem mihi dúdum pollicitú's dare —
Nam tú quidem hercle cérto non sanú's satis,
Menaéchme, qui nunc ípsus male dicás tibi —,
Iubeás, si sapias, pórculum adferrí tibi. 314
⟨ME.⟩ †Tu hercle hominem múltum et odiosúm mihi. 316
⟨CY.⟩ Solét iocari saépe mecum illóc modo.
Quam uís ridiculus ést, ubi uxor nón adest.
Qui⟨d⟩ aís tu? ⟨ME.⟩ Quid uis? †inquam ⟨CY.⟩
Satin hoc quód uides
Tribus uóbis opsonátu⟨m⟩st an opsono ámplius, 320
Tibi ét parasito et múlieri? ME. Quas [tu] múlieres,
Quos tú parasitos lóquere? MES. Quod te urgét scelus,
Qui huic sís molestus? CY. Quíd tibi mecúmst rei?
Ego té non noui: cum hóc quem noui fábulor.
MES. Non édepol tu homo sánus es, certó scio. 325
CY. Iam ergo haéc madebunt fáxo: nil morábitur.
Proin tú nequo [h]abeas lóngius ab aédibus.

---

302. MES. D^2 | SCIS: sis (*corr* B^2) ‖ 303. totas: *corr* B^2 ‖ 304. *add Ri* | dimminuam *vel* diminuam ‖ 305. Tunc: *corr B* | cyatissare *vel* cratissare ‖ 306. ME. *vel* MES. ‖ 307. *add* D^2 ‖ 308. Habitas: *corr Sey* | que: *corr* B^2D^2 | perdunt: *corr* B^2 ‖ 309. CY. *vel* MES. | *del Bent* | id se ‖ 310. Aut in: *corr* B^2D^2 | mena hec me ‖ 311 sq. pollicitus *et* sanus: *corr Lamb* ‖ 316. *add Ri* ‖ 317. locari | illoc *vel* illo ‖ 319. tu quid *vel* tu qui: *corr Bo* | inquam satin ‖ 320. uobis *vel* nobis | *add Ca* ‖ 321. ME. *vel* CY. | *del Py* ‖ 322. paratitos: *corr* D^2 ‖ 324. Ego *et* cum *vel* ME. CY. Ego *et* MES. cum ‖ 325. Non *vel* ME. CY. Non ‖ 326. Iam *vel* MES. Iam ‖ 327. logius *vel* longius ‖

Numquíd uis? ME. Vt eas máxumam malám crucem.
CY. Ire hércle meliust te — ínterim atque accúmbere,
Dum e[r]go haéc appono ad Vólcani uioléntiam. 330
Ibo íntro et dicam te híc adstare Erótio,
Vt te hínc abducat pótius, quam hic adstés foris.
ME. Iamne ábiit? ⟨abiit.⟩ édepol haud mendácia
Tua uérba experior ésse. ⟨MES.⟩ Obseruató modo:
Nam istíc meretricem crédo habitare múlierem, 335
Vt quídem ille insanus díxit qui hinc abiít modo.
ME. Sed míror, qui ille nóuerit nomén meum.
MES. Minume hércle mirum: mórem hunc meretricés habent:
Ad pórtum mittunt séruolos, ancíllulas:
Siqua⟨é⟩ peregrina náuis in portum áduenit, 340
Rogitánt quoiatis sít, quid ei nomén siet:
Postílla extemplo se ádplicant, adglútinant:
Si péllexerunt, pérditum amittúnt domum.
Nunc ín istoc portu stát nauis praedatória,
Aps quá cauendum nóbis sane cénseo. 345
ME. Monés quidem hercle récte. MES. Tum demúm sciam
Recté monuisse, sí tu recte cáueris.
ME. Tace dúm parumper: nám concrepuit óstium.
Videámus qui hinc egréditur. ⟨MES.⟩ Hoc ponam ínterim.
Adséruatote haec súltis, naualés pedes. 350

---

328. Numquid *vel* ME. Numquid | in maximam B^2 || 329. CY. *vel* MES. | *distinximus* || 330. ergo: *corr D* || 333. MES. Iamne *vel* Iamne | habit *vel* abit (*corr* B^2) | *suppl Gru* | aut: *corr* B^2 || 334. Sua B^2 | exteriores se obseruato: *corr Lipsius* || 339. Ad *vel* A | seruolos *vel* seruolus || 340. Sed (Si B^2) qua (*vel* quia): *corr Bent* || 341. Rogitant (*sic etiam Priscianus*) *vel* Rogant | siet *vel* sciet || 342. Post ille: *corr Gul* | acglutinant *vel* ac glutinat || 347. Recte *vel* Rete || 348. dum *vel* tum || 349. creditur: *corr B* | *add Py* || 350. si uoltis: *corr Py* ||

EROTIVM. MENAECHMVS II. MESSENIO
MERETRIX ADVLESCENS SERVOS

ER. Sine fóres sic, abi: nolo óperiri.
Intús para, curá, uide:
Quod opúst, fiat. sterníte lectos,
Incéndite odores: múnditia
Inlécebra animost amántum. 355
Amánti amoenitás malost, nobís lucrost.
Séd ubi illest, quem cóquos ante aedis ésse ait? atque éccum uideo,
Quí mihist úsui et plúrumum pródest.
Ítem hinc ultro fit, út meret potíssumus nostraé domi ut sit.
Nunc éum adibo: adloquar últro. 360
Animúle mei, mihi mirá uidentur
Te hic stáre foris, fores quoí pateant
Magis quám domus tua, domus quom haéc tua sit.
Omné paratu⟨m⟩st, * * * ro
Vt iússisti atque ut uóluisti: 365
Neque tíbist ulla mora intús.
Prandíum, ut iussisti, hic cúratu⟨m⟩st:
Vbi lúbet, ire licet áccubitum.

---

351. abi *vel* ubi ‖ 352–355. *tres v. sunt* (— fiat — odores): *discr Herm* ‖ 352. para (paraui B^2) curaui de: *corr ex Varrone* ‖ 353. quid opus *Varro* ‖ 355. inlecebra *vel* incelebra | amantum *vel* amantium ‖ 356. malo si: *corr Ca* ‖ 357. aedis se ait se atque: *corr* B^2 ‖ 358. propest: *corr* B^2 ‖ 359. hic *Nonius* | ultro (*sic Nonius*) *vel* utro | potissimus (*sic Nonius*) *vel* potissimum ‖ 360. ultri: *corr* B^2 ‖ 363. domus tua (*sic A*) *vel* domus itua (sit tua B^2) | QUOM: quam ‖ 364—368. *quinque v. sunt in A* (— ro — tibi — [int]us — licet), *tres in B* (— tibi — intus): *discr Herm* ‖ 364. parasitus tutius sisti (paratust ut iussisti B^2): *add Ca, lac sign ex A* (——RO) ‖ 366. *cf. ad v. 110* | tibi Si (ull)am ora *vel* tibi sullam oras: *corr* B^2 ‖ 367 sq. iuss///stihic curatust ubi *vel* iusst stihic curatus tibi ‖

ME. Quícum haec mulier lóquitur? ER. Equidem técum. ME. Quid mecúm tibi
Fúit umquam aut nunc ést negoti? ER. Quía pol te unum ex ómnibus 370
Vénus me uoluit mágnificare: néque id haud inmeritó tuo.
Nam écastor solús benefactis tuís me florentém facis.
ME. Cérto haec mulier aút insana aut ébriast, Messénio,
Quaé hominem ignotúm conpellet mé tam familiáriter.
MES. Díxin ego istaec heíc solere fíeri? folia núnc cadunt, 375
Praeút si triduom hóc hic erimus: tum árbores in té cadent.
Nam íta sunt hic meretríces: omnes élecebrae argentáriae.
Séd sine me dum hanc cómpellare. heus múlier, tibi dicó. ER. Quid est?
⟨MES.⟩ Ýbi tu | hunc hominém nouisti? ER. Íbidem, ubi hic me iám diu,
Ín Epidamno. MES. Ín Epidamno? qui húc in hanc urbém pedem 380
Nísi hodie numquam íntro tetulit? ⟨ER.⟩ Héia, deliciás facis.
[ER.] Mí Menaechme, quín amabo is íntro? hic tibi erit réctius.
ME. Haéc quidem edepol récte appellat meó me mulier nómine.
[MES.] Nímis miror, quid hoc sít negoti. ⟨MES.⟩ Óboluit marsúppium
Huíc [ME.] istuc quod habés. ⟨ME.⟩ Atque edepol tú me monuistí probe. 385

---

369. *tres v. occupavit in A, ut vid* | ER. *vel* MES. || 370. quia polt te *vel* qui pol te || 371. Venus (*sic A*) *vel* Fenus || 372. FAÇIS: facias || 375. fortia: *corr* B^2 || 377. *dist Vahlenus* || 378. dicos: *corr B* || 381. detulit B^2 | hia: *corr B* || 382. *dist Geppertus* || 384. miror *vel* minor | obuoluit: *corr* B^2 ||

Áccipe dum hoc: iam scíbo, utrum haec me máge amet an marsúppium.
ER. Eámus intro, ut prándeamus. ME. Béne uocas: tam grátiast.
ER. Cúr igitur me tíbi iussisti cóquere dudum prándium?
ME. Égon[e] te iussi cóquere? ER. Certo, tíbi | et parasitó tuo.
ME. Quoí, malum, parasíto? certo haec múlier non sanást satis. 390
ER. Péniculo. ME. Quis istést Peniculus? qui éxtergentur báxeae?
ER. Scílicet qui dúdum tecum uénit, quom pallám mihi
Détulisti, quám ab uxore tuá surrupuistí. ME. Quid est?
Tíbi pallam dedí, quam uxori meaé surrupui? sánan es?
Cérte haec mulier cánt[h]erino rítu | astans sómniat. 395
ER. Quí lubet ludíbrio habere me átque ire infitiás mihi
Fácta quae sunt? ME. Díc quid est id quód negem, quod fécerim?
ER. Pállam te hodie míhi dedisse uxóris. ME. Etiam núnc nego.
Égo quidem neque úmquam uxorem hábui neque habeó: neque huc
Ýmquam, postquam nátus sum, intra pórtam penetrauí pedem. 400
Prándi in naui: inde húc sum egressus: té conueni. ⟨ER.⟩ Éccere,
[ER.] Périi misera. quám tu mihi nunc náuem narras? ME. Lígneam,
Saépe tritam, saépe fixam, saépe excussam málleo.
Quá[m]si supellex péllionis: pálus palo próxumust.

---

386. scibo *vel* cibo ‖ 388. me tibi *vel* me tibi me ‖ 389. *del Bent* | *dist Vahlenus* ‖ 390. malo: *corr* B^2 | non sanast *vel* nos (*vel* non) anast ‖ 391. bexeae *vel* buxeae: *corr Scu* ‖ 398. ME. *add B* | sed iam: *corr C* ‖ 401 sq. *add et del Pistoris* | eccere *vel* eccerẽ ‖

ER. Iám, amabo, desíste ludos fácere atque i hac mecúm semul. 405
ME. †Nescioquem, mulier, alium hóminem, non me quaéritas. 407
ER. Nón ego te nouí Menaechmum, Móscho prognatúm patre,
Quí Syracusís perhibere nátus esse in Sícilia, 409
Vbi rex Agathoclés regnator fúit, et iterum Pínt[h]ia,
Tértium Liparó, qui in morte régnum Hieroni trádidit,
Núnc Hierost? ME. Haud fálsa, mulier, praédicas. ⟨MES.⟩ Pro Iúppiter,
[MES.] Núm istaec mulier íllinc uenit, quaé te nouit tám cate? 413
ME. Hércle opinor pérnegari nón potest. MES. Ne féceris. 415
Périisti, si intrássis intra límen. ME. Quin tu táce modo. —
Béne res geritur. ádsentabor, quícquid dicet, múlieri,
Sí possum hospitiúm nancisci. iám dudum, muliér, tibi
Nón inprudens áduorsabar: húnc metuebam, ní meae
Vxori renúntiaret dé palla et de prándio. 421
Núnc quando uis, eámus intro. ER. Étiam parasitúm manes?
ME. Néque ego illum maneó neque flocci fácio neque, si uénerit,
Eúm uolo intromítti. ER. Ecastor haúd inuita fécero.
Séd scin quid te amábo ut facias? ⟨ME.⟩ Ímpera [ME.] quiduís modo. 425
ER. Pállam illam quam dúdum dederas, ád phrygionem ut déferas,

---

405. desine: *corr Fl* | semul *vel* semel || 407. Nescioquem *vel* Nam quem || 408. mosco: *corr C* || 409. syracusis *vel* siracussis || 410. *del Gronovius* || 412. est *vel* es | ME. *add B* | salsa || 420. aduorsabar *vel* aduorsabor || 421. renuntiare: *corr* B^2 || 423. maneo *vel* moneo || 424. ecastor auh *vel* ecasto haud || 425. scin *vel* sin | *add Palm* | impera *vel* impero | ME. *add B, del Palm* || 426. frigionem | ut *vel* ui ||

Vt reconcinnétur atque ut ópera addantur quaé uolo.
ME. Hércle qui[n] tu récte dicis: eádem | ignorábitur,
Ne úxor cognoscát te habere, si ín uia conspéxerit.
ER. Érgo mox auférto tecum, quándo abibis. ⟨ME.⟩ Máxume. 430
⟨ER.⟩ Eámus intro. ME. Iám sequar te: húnc uolo etiam cónloqui.
Eho, Messenió |, accede huc. ⟨MES.⟩ Quíd negotist? ⟨ME.⟩ †sussciri. 432. 433
MES. Quíd e[g]o opust? ⟨ME.⟩ Opúst. scio ut me díces. MES. Tanto néquior[e].
⟨ME.⟩ Hábeo praedam: tántum incepi óperis. ei quantúm potes, 435
Ábduc istos ín tabernam actútum deuorsóriam.
Tú facito ante sólem occasum ut uénias aduorsúm mihi.
MES. Nón tu istas meretríces nouisti, ére. ME. Tace, inquam * * *
Míhi dolebit, nón tibi, siquíd ego stulte fécero.
Múlier haec stulta átque ins⟨c⟩itast: quántum perspexí modo, 440
Ést hic praeda nóbis. MES. Peri⟨i⟩. iámne abis? periít probe:
Dúcit lembum díerectum náuis praedatória.
Séd ego ins⟨c⟩itus, quí †drome póstulem moderárier:
Dícto me emit aúdientem, haud ímperatorém sibi.
Séquimini, ut, quod ímperatumst, uéniam aduorsum témperi. 445

428. quin *vel* quiin: *corr Fl* ‖ 432. ME. *add Ca* | sciscitari B^2 ‖ 434. ergo B^2 | *del Py* | opu si opus est | *add Ca* | me dicas (mendices B^2) ME.: *corr Ac* | e *vel* ę (es B^2): *del Ac* ‖ 435. *add Ac* | et: *corr Gru* ‖ 436. deuorsoriam *vel* diuorsoriam ‖ 437. solis: *corr Lamb* ‖ 438. *lac sign Ca* ‖ 439. stul *vel* stulte ‖ 440. inscia est B^2 | *dist Ri* ‖ 441. *dist Bo* ‖ 442. limbum | derectum *vel* dlerectum: *corr* B^2 ‖ 443. inscius B^2 | quid (*vel* quod) romę (pro me B^2) ‖ 445. Sequimini *vel* Sedquimini ‖

ACTVS III

PENICVLVS
PARASITVS

Plús triginta †annis natus sum, quom intereá loci
Númquam quicquam fácinus feci péius neque sceléstius
Quám hodie, quom in cóntionem médiam me inmersí miser:
Ýbi ego dum hietó, Menaechmus sé subterduxít mihi
Átque abit ad amícam, credo, néque me uoluit dúcere.
Qui íllum dei omnes pérduint, quei prímus commentúst ⏑ – 451
Cóntionem habére, qui homines óccupatos óccupat.
Nón ad eam rem | ótiosos hómines decuit délegi,
Quí nisi adsint quóm citentur, cénsus capiat ílico?
Qu * * * * quam senatus * o * one * * 455
* * * * * q * m l * * *
Ádfatimst hominum, ín dies qui síngulas escás edint,
Quíbus negoti níl est, qui essum néque uocantur néque uocant:
Eós oportet cóntioni dáre operam atque cómitieis. 459
Seí id ita esset, nón ego hodie pérdidissem prándium:
Quoí tam credo †datum uoluisse, quám me uideo uíuere.
Íbo: etiamnum réliquiarum spés animum oblectát meum.
Séd quid ego uideó? Menaechmus ⟨cúm⟩ corona exít foras.

---

447. neque *vel* atque ‖ 448. in *om A, ut vid* ‖ 449. DUMHIETO: dum hi et o *vel* du mihi et o ‖ 451. QUI: Que *vel* Quo (*corr* B^2) | perdunt *vel* perduint | commentu est: COME|——— (*v. bipart.*) | *lac sign Weisius* ‖ 452. hare *vel* hac re: *corr Scu* (*cum A, ut vid*) ‖ 454. CITENTUR: citenetur *vel* cinetetur (*corr* B^2) | CAPIAT: capiant ‖ 455 sq. *solus habet A* (*fort. v. bipart.*) | SENATUSDEU****CONTIONEMIDAH ‖ 458. QUIESCUNTNEQ· | UOCANT: uocauit (*corr* B^2) ‖ 460. ESSE ‖ 461. QUAMME: quam ne ‖ 462. RELIQUARUM | OBLECTATMEUM: obiectat (*corr* B^2) me ‖ 463. uideo menaechmum: *corr Brixius* | *add Py* (*fort. cum A*) ‖

Súblatumst conuíuium: edepol uénio aduorsum témperi.
Óbseruabo quíd agat hominem: póst adibo atque ád-
loquar. 465

MENAECHMVS II. **PENICVLVS**
ADVLESCENS PARASITVS

ME. Potine [ne] út quiescas? égo tibi hanc hodié probe
Lepidéque concinnátam referam témperei.
Non fáxo eam esse díces: ita ignorábitur.
PE. Pallam ád phrygionem fért confecto prándio
Vinóque expoto, párasito exclusó foras. 470
Non hércle ⟨ego⟩ is sum quí sum, ni hanc iniúriam
Meque últus pulcre fúero. obserua quíd dabo. 472. 473
ME. Pro di ímmortales, quoí homini umquam unó die
Boní dedistis plús, qui minus speráuerit? 475
Prandí, potaui, scórtum accubui |: ápstuli
Hanc quóius heres númquam erit post húnc diem.
PE. Nequeó quae loquitur éxaudire clánculum.
(Satúr nunc loquitur dé me et de partí mea.)
ME. Ait hánc dedisse mé sibi | atque eám meae 480
Vxóri surrupuísse. quoniam séntio
Erráre, extemplo, quási res cum ea essét mihi,
Coepi ádsentari: múlier quicquid díxerat,
Idem égo dicebam. quíd multis uerbís ⟨opust⟩?
Minóre nusquam béne fui dispéndio. 485
PE. Adíbo ad hominem: nám turbare géstio.

---

464. temperi (*sic A*) *vel* temoeri ‖ 465. *hic habet A: post v. 474 reliqui* | ATQ·I ‖ 466. ne ut *vel* me ut | EGO: sedco *vel* sed dico ‖ 467. referam (*sic A*) *vel* referram ‖ 468. eam *vel* eum ‖ 469. phyyglonem (gi *corr B*): *corr ex Nonio* ‖ 471. NONER— | *add Ri* (*fort. cum A*) ‖ 472. ULTUS: uultus (*corr* B^2) ‖ 474. *cf. ad 465* ‖ 475 sq. *hoc ordine A: inv reliqui* | dedistis (*sic A*) *vel* dedisti | et potaui *Priscianus* ‖ 477. heres: REF(*vel* I)ERES ‖ 479. *om A* | parti *vel* parte (pallam [?] B^2, *ut vid*) ‖ 484. *suppl Py* ‖ 485. pene fui B^2: fui *Donatus* ‖

ME. Quis hic ést qui aduorsus ít mihi? ⟨PE.⟩ Quid aís, homo
Leuiór quam pluma, péssume et nequíssume,
Flagítium | hominis, súbdole ac minumí preti?
Quid dé te merui, quá me causa pérderes? 490
Vt súrrupuisti té mihi dudum dé foro.
Fecísti funus méd absenti prándio.
Cur aúsu's facere, quoí⟨i⟩ ego aeque herés [h]eram?
ME. Aduléscens, quaeso, quíd tibi mecúmst rei,
Qui míhi male dicas hómini hic ignoto ínsciens? 495
An tíbi malam rem uís pro male dictís dari?
PE. Pol eám quidem †edepol té dedisse intéllego.
ME. Respónde, adulescens, quaéso, quid nomén tibist?
PE. Etiám derides, quási nomen non gnóueris?
ME. Non édepol ego te, quód sciam, umquam ante húnc diem 500
Vidí neque gnoui: uérum certo, quísquis es,
Si | aéquom facias, míhi odiosus né sies.
PE. Menaéchme, uigila. ME. Vígilo hercle equidem, quód sciam.
PE. Non mé nouisti? ME. Nón negem, si nóuerim.
PE. Tuóm parasitum nón nouisti? ME. Nón tibi 505
Sanúmst, adulescens, síinciput, intéllego.
PE. Respónde: surrupuístin uxorí tuae
Pallam ístanc hodie | átque dedisti Erótio?
ME. Neque hércle ego uxorem hábeo, neque ego Erótio
Dedí nec pallam súrrupui. [PE.] satin sánus es? 510
⟨PE.⟩ Occísast haec res. nón ego te indutúm foras 512

---

487. aduersum sit: *corr Gru et Bo* ‖ 492. meo: *corr Salm* ‖ 493. ausus: *corr Lamb* | cui *vel* quo: *add Brixius* | ea quae heris: *corr Lipsius et Bent* ‖ 494. PE. ‖ 495. Qui (*sic A*) *vel* Quę | homini hic noto *vel* hic noto: *corr* B^2 | insciens *vel* insiens ‖ 497. POL: Post ‖ 498. qui *vel* quid | tibi nomen st (*vel* sit): *trai Weisius cum A, ut vid* ‖ 499. GNOUERIS: noueris ‖ 500. QUAD | HANC ‖ 501. GNOUI: noui | certo (*sic A*) *vel* orto ‖ 503 sq. *hoc ordine A: inv reliqui* | uigilia *vel* uigida: *corr D* ‖ 508. *add Bent* ‖ 510 sq. taliam: *corr* B^2 | *del et add Thomas* | occisa si: *corr* B^2 *cum Nonio* ‖

Exeíre uidi pállam? ME. Vae capití tuo.
Omnís cinaedos ésse censes, tú quia's?
Tun mé⟨d⟩ indutum fuísse pallam praédicas? 515
PE. Ego hércle uero. ME. Nón tu abis quo dígnus es,
Aut té piari iúbe |, homo insaníssume?
PE. Numquam édepol quisquam me éxorabit, quín tuae
Vxórei rem omnem iam, út sit gesta |, éloquar.
Omnés in te istaec récident contuméliae. 520
Faxo haúd inultus prándium comédereis.
ME. Quid hoc ést negoti? sátine, ut quemque cónspicor,
Ita mé ludificant? séd concrepuit óstium.

ANCILLA. MENAECHMVS II
ADVLESCENS

ANC. Menaéchme, amare aít te multum Erótium,
Vt hóc una opera †ad aurificem déferas, 525
Atque hú[n]c ut addas aúri pondo | únciam
Iubeásque spinter nóuom reconcinnárier.
ME. Et istúc et aliud síquid curarí uolet
Me cúraturum dícito, quicquíd uolet.
ANC. Scein, quíd hoc sit spinter? ME. Néscio, nisi aúreum. 530
ANC. Hoc ést, quod olim clánculum ex armário
Te súrrupuisse aiébas uxorí tuae.
ME. Numquam hércle factumst. ANC. Nón meministi |, óbsecro?
Redde ígitur spinter, sí non meministí. ME. Mane.

513. palla *vel* palam || 514. quia tu es: *trai Ca* || 515. TUME | *add Bo* | fuisse pallam *vel* pallam || 520. RECCIDENT || 521. INULTUS: inultum *vel* multum || 522. quemque *vel* quemquem || 526. hunc *vel* nunc: *del Ri* || 527. Iubeas spinter *Priscianus* || 528. ISTUC: istud | uolet *vel* uoles *vel* uolei || 530. SCEINQUID: Scin quod || 532. AIBAS (?): mebas: *corr* B^2 || 534. Redde (*vel* Rede) igitur: IGITUR (?) | non meministi *vel* nomine ministi ||

Immo équidem memini: némpe hoc est quod illí dedei. 535
Istúc: ubi illae armillaé sunt, quas uná dedi?
ANC. Numquám dedisti. ME. Nám pol †hoc una dedi. 537
⟨ANC.⟩ Dicám curare? ME. Dícito: curábitur. 539
Et pálla et spinter fáxo referantúr simul.
ANC. Amábo, mi Menaéchme, inauris dá mihi,
Faciénda[s] pondo duóm nummum stalágmia:
Vt té lubenter uídeam, quom ad nos uéneris.
ME. Fiát. cedo aurum: egó manupretiúm dabo.
ANC. Da sódes aps te: ⟨egó⟩ post reddideró tibi. 545
⟨ME.⟩ Immó cedo aps te: egó post tibi reddám duplex.
ANC. Non hábeo. ME. At tu, quándo habebis, túm dato.
⟨ANC.⟩ Numquíd [me] uis? ME. Haec me cúraturum dícito —
Vt, quántum possint, quíque liceant, uéneant.
Iamne ábiit intro |? ábiit, operuít fores. 550ᵃ
* * * * * * * i * a * idam.
Di mé [e]quidem omnes ádiuuant, augént, amant. 551
Sed quíd ego cesso, dúm datur mihi occásio
Tempúsque abire ab hís locis lenónieis?
Properá, Menaechme: fér pedem, confér gradum.
Demam hánc coronam atque ábiciam ad laeuám manum:
Vt, sí sequentur me, hác abiisse cénseant. 556
Ibo ét conueniam séruom, si poteró, meum,
Vt haéc quae bona dant dí mihi | ex mé sciat.

---

536. *dist Ca* | ubi iclae: *corr* B^2 *cum A* | dedit: *corr* B^2 ‖ 539. *add Ca* | #DICITOCURABITUR: dicit occurabitur (*corr* B^2, *pers add Ca*) ‖ 540. REFERATUR ‖ 542. *del Py* | statagmia: *corr Py* ‖ 543. quam: *corr* B^2 | *inter v.* 543 *et* 549 *duos tantum habuit A* ‖ 545. *add Ri* ‖ 546. dupelex *vel* duplex ‖ 547. ME. *et* ANC.: *inv Weisius* | ad *vel* at ‖ 548. *add Weisius* | *del Ac* ‖ 549. ueneant *vel* ueniant ‖ 550ᵃ. intro habiit: *corr B* ‖ 550ᵇ. *solus habet A* (*dubiis* I *et* A, *non* IDAM) ‖ 551. *del Bo* ‖ 553. LENONIEIS: lenonis (lenoninis B^2) ‖ 555. Demam hanc *Nonius*: Demam ‖ 556. si sequentur me hac abisse *Nonius*: si qui (*vel* sequi) sequatur hec (hac B^2) me abiisse ‖

MATRONA. PENICVLVS
PARASITVS

MA. Egone híc me patiar * in matrimónio,
Vbi uír compilet clánculum quicquíd domist 560
Atque éa ad amicam déferat? PE. Quin tú taces?
Manufésto faxo iam ópprimes: sequere hác modo.
Pallam ád phrygionem cúm corona | ébrius
Ferébat, hodie tíbi quam surrupuít domo.
Sed eccám coronam quám habuit. num méntior? 565
Em hac ábiit, si uis pérsequi uestígiis.
Atque édepol eccum | óptume reuórtitur,
Sed pállam non fert. MA. Quíd ego nunc cum illóc agam?
PE. Idém quod semper: mále habeas. sic cénseo.
Huc cóncedamus: éx insidieis aúcupa. 570

MENAECHMVS I. MATRONA. PENICVLVS
ADVLESCENS PARASITVS

ME. Vt hóc utimúr maxumé more móro 571
moléstoque múltum atque utí, quique súnt
optumí, maxumé morem habént hunc:
cliéntis sibi ómnes uolúnt esse múltos: 573
boníne an malí sint, id haúd quaeritánt:
res magís quaeritúr quam cliéntum fidés quoiusmodí clueat: 575

---

559. PATIAR**USTRATIN (*vix* frustrat *vel* frustam): daciar (paciar B^2) in || 561. EAAD: ad || 563. FRYGIONEM: phydrionem *vel* fridionem | corona *vel* coronam || 564. domo *vel* homo || 566. Em (*sic A*) *vel* heen || 568. illoc *vel* illo || 569. habeat B^2 || 570. Vt concedamus *Nonius* || 571. more morum: *corr Lipsius* || 572. Molesto que (*vel* qui, *ut vid*) multum: MOLESTOATQ·MULTO || 572. maxumi: MAXIMI: *corr Lomanus* | HUNCHABE(nt)M(u)LIOMOR— (?) || 575. *duo v. sunt in A* (— fides) | clientum (*sic A*) *vel* clientium ||

síst pauper átque haud malús nequam habétur,
sin díues malúst, is cliéns frugi habétur.
Quí neque legés neque aequóm bonum usquám colunt,
Sollicitos patronos habent:
Datum denegant, quod datumst, litium pleni, rapaces 580. 581
Virí fraudulénti
Qui aut faénore aut periúriis
Habént rem parátam: †mensae in quo ire.
Eís ubi dicitúr dies, simúl patronis dícitur. 585
(Quippe quí pro illis loquántur, quae male fécerint:)
(Aut ád populum aut ín iure aut ád iudicém rest.)
Sicút me hodie nimis sóllicitum cliens quídam habuit neque quód uolui
Agere ⟨h⟩aú quiquam licitúmst: ita me⟨d⟩ attínuit, ita detínuit. 589
Ápud aediles pro éius factis plúrumisque péssumisque
Deíxei causam: cóndiciones tétuli tortas, cómfragosas.
Aut plus aut minus quam opus fuerat dicto dixeram †controuorsiam
Vt sponsio fieret: quid ille †qui praedem dedit.
Néc magis manuféstum ego hominem úmquam ullum tenéri uidi:
Ómnibus male fáctis testes trés aderant acérrumi.
Di illum ómnes perdant, íta mihi 596
Hunc hódie corrumpít diem:

---

576. Si est: SIES ‖ 578 sq. *unus v. bipart. est in A* (*om velut* bonum): *item v.* 583 sq. ‖ 579 sqq. *cf. ad v. 110* ‖ 580 sq. rapaces: (u)R(it)ATIS (?) ‖ 584. mensę inquoi rẽ B^2: ——NQUOLA(*) ‖ 585. FIS: Lis uiris ‖ 586. *secl Herm* | LOQUIMUR | FECERUNT ‖ 587. *secl Vss* | ad iudicem res est: APUDAEDILEMRESEST ‖ 588. NIMIS: minis ‖ 589. AGEREAITQU(A)QUAM: Agere quicum: *corr Schoe* | *add Vahlenus* | ita (*sic A*) *vel* ita me ‖ 590 sq. *unus v. bipart. est in B* | PROEIUS: proeliis (*corr* B^2) | PLURUMISQ·PESSUMISQUE: plurimisq; pessimis qui *vel* plurumis pessumisq' | DETULI (*item* B^2) ‖ 592 sq. *cf. ad v. 110* | PIUS | QUAOPUS | FUERATDICTO: erat multo | UT *adhaeret v. 592* | quid (*sic A*) *vel* PE. quid | praedem (*sic A*) *vel* praedam ‖ 594. ILLUM ‖ 596—600ᵃ. *binos coniungit B: discr Geppertus* (600ᵇ *adhaeret v.* 601) ‖ 596. corrupit B^2 ‖

Meque ádeo, qui hodié forum 597
Vmquam óculis inspexí meis.
Diém corrupi | óptumum: 598
Iussi ádparari prándium:
Amíca expectat mé, scio.
Vbi prímumst licitum |, ílico 599
Properáui abire dé foro.
Irátast credo núnc mihi: 600
Placábit palla quám dedi,
Quam hodie uxori abstuli atque huic detuli Erotio. 601
PE. Quid aís? MA. Viro me malo mále nuptam.
PE. Satin aúdis quae illic lóquitur?
MA. Satis. ME. Sí sapiam, hinc intro ábeam, ubi mihi
bene sít. PE. Mane: male erit pótius.
MA. Né illam [m]ecastor faénerato ábstulisti. ⟨PE.⟩
Síc datur.
⟨MA.⟩ Clánculum te istaéc flagitia fácere censebás
potis [se]? 605
ME. Quíd illuc est, uxór, negoti? MA. Mén rogas?
ME. Vin húnc rogem?
MA. Aúfer hinc palpátiones. ⟨PE.⟩ Pérge tu. ME.
Quid tú mihi
Trístis es? MA. Te scíre oportet. PE. Scít, se⟨d⟩
dissimulát malus.
ME. Quíd negotist? MA. Pállam — ⟨ME.⟩ Pallam?
⟨MA.⟩ Quídam pallam — quíd paues?
ME. Níl equidem paueó — nisi unum: pálla pallorem
íncutit. 610
PE. Át tu ne clam mé comesses prándium, — perge
ín uirum.

---

597. odie: *corr* B^2 | inspeximus: *corr* B^2 ‖ 600. Placabit *vel* Placebit ‖ 601. *cf. ad v. 110* | Quam hodie *vel* Quam ‖ 602. statin: *corr* B^2 ‖ 603. habeam: *corr* B ‖ 604 sq. *add Gru* | censebas *vel* tensebas | potes se: *corr Lindemannus* ‖ 607. MA. *vel* PE. | Aufer *vel* Aufir | *add Langenus* | perge *vel* perget ‖ 608. Tris es MA. te (*vel* este): *corr* B^2 | sit: *corr* B^2 ‖ 609. MA. *add Gru* ‖ 610. paulo nisi: *corr* B^2D ‖ 611. nec iam me: *corr* B^2 ‖

ME. Nón taces? PE. Non ⟨h⟩ércle uero táceo. nutat né loquar.
ME. Nón ⟨h⟩ercle ego quidem úsquam quicquam núto neque nictó tibi.
PE. Níl hoc confidéntius: quin quaé uides ea pérnegat.
ME. Pér Iouem deosque ómnis adiuro, úxor, — satin hoc ést tibi? — 615
Mé isti non nutásse. ⟨PE.⟩ Credit iám tibi †de istis: illúc redi.
ME. Quó ego redeam? PE. Equidem ád phrygionem cénseo: ei, pallám refer.
ME. Quaé istaec pallast? ⟨PE.⟩ Táceo iam, quando haéc rem non meminít suam.
MA. Né ego ecastor múlier misera. ME. Quí⟨d⟩ tu misera's? mi éxpedi.
Númquis seruorúm deliquit? num áncillae aut serueí tibi 620
Résponsant? elóquere: inpune nón erit. MA. Nugás agis.
ME. Trístis admodúmst. non mihi istuc sátis placet — ⟨MA.⟩ Nugás agis.
⟨ME.⟩ Cérte familiárium aliquoi írata's. MA. Nugás agis.
ME. Núm mihi's iráta saltem? MA. Núnc tu non nugás agis.
ME. Nón edepol delíqui quicquam. MA. Em, rúrsum nunc nugás agis. 625
⟨ME.⟩ Díc, mea uxor, quíd tibi aegrest? PE. Béllus blanditúr tibi.

---

613. usquam *vel* quam | *cf. ad v. 619* || 614. quinq': qui quae B^2 || 616. Mei si (*vel* sii) non | *add Ca* | redi *vel* credi || 617. egredeam: *corr* B^2 | phyygionem *vel* phrygionem | et: *corr Gru* || 618. *add Schmiederus* | memini: *corr* B^2 | 619. *post v. 613 extat: trai Kiesslingius* | ecastor *vel* egastor | *add Pareus* | miseres: *corr* B^2 || 620. aut seruet: *corr Gru* (haut seruient B^2) || 621. Respons (*vel* Responde) ante (Responsanti B^2) loquere: *corr Ca* || 622. admodum es B^2 | *dist Schoe* || 623. familiarum B^2 | aliquoi *vel* aliquo || 625. rurum: *corr* B^2D^2 ||

ME. Pótin ut mihi moléstus ne sis? núm te appello?
MA. Aufér manum.
PE. Síc datur. properáto apsente mé comesse prándium:
Póst ante aedis cúm corona mé derideto ébrius.
ME. Néque edepol ego prándi neque hodie húc intro tetulí pedem. 630
PE. Tún negas? ME. Nego hércle uero. PE. Níl hoc homine audácius.
Nón ego te modo híc ante aedis cúm corona flór⟨e⟩a
Vídi astare, quóm negabas míhi esse sanum sínciput
Ét negabas mé nouisse, péregrinum ai[e]bas ésse te?
ME. Quín ut dudum díuorti abs te, rédeo nunc demúm domum. 635
PE. Nóui ego te. non míhi censebas ésse qui te ulcíscerer:
Ómnia hercle uxóri dixi. ME. Quíd dixisti? PE. Néscio.
†Eampsus ei roga. ME. Quíd hoc est, uxor? quídnam hic narrauít tibi?
Quíd id est? quid tacés? quin dicis quíd sit? MA. Quasi tu néscias.
[Pálla mihist domó surrupta. ME. Pálla surruptást tibi? 639[b]
MA.] Mé rogas? ME. Pol haúd rogem te, sí sciam. PE. O hominém malum: 640
Vt dissimulat. nón potes celáre: rem nouí⟨t⟩ probe:
[PE.] Ómnia hercle ego édictaui. ME. Quíd id est? MA. Quando níl pudet
Néque uis tua uolúntate ipse prófiteri, audi átque ades:
Ét quid tristis ⟨sim⟩ ét quid hic mihi díxerit, faxó scias.

---

629. coronam ederi (*vel* deri) deto: *corr* B^2 ‖ 630. detuli B^2 ‖ 634. alebas *vel* aiebas: *del Bo* ‖ 635. abs *vel* ads ‖ 636. uolciscier: *corr* B^2D^2 ‖ 638. Eampsus ei *vel* Eam plus (ipsus B^2) ‖ 639[b]. *secl Ac: cf. 645* ‖ 640. MA. o *vel* ho ‖ 641. *add Ac* ‖ 643. audiat qui (*vel* quid): *corr* B^2 | ades *vel* adest ‖ 644. *add Lamb duce Py* ‖

Pálla mihist domó surrupta. ME. Pálla surruptást mihi? 645
PE. Víden ut ⟨te⟩ sceléstus captat? huíc surruptast, nón tibi:
Nám profecto tíbi surrupta si ésset, salua nún⟨c⟩ foret.
ME. Níl mihi tecumst. séd tu quid ais? MA. Pálla, inquam, periít domo.
ME. Quís eam surrupuít? MA. Pol istuc ílle scit qui illam ápstulit.
ME. Quís is homost? MA. Menaéchmus quidam. ME. Édepol factum néquiter. 650
Quís is Menaechmust? MA. Tú istic, inquam. ME. Égone? MA. Tu. ME. Quis árguit?
MA. Égomet. PE. Et ego: atque huíc amicae détulisti Erótio.
ME. Égon dedi? MA. Tu, tú istic, inquam. ⟨PE.⟩ Vín adferri nóctuam,
Quaé 'tu tu' usque dícat tibi? nam nós iam [nos] defessí sumus.
ME. Pér Iouem deosque ómnis adiuro, úxor, — satin hoc ést tibi? — 655
Nón dedisse — PE. Immo hércle uero, nós non falsum dícere.
ME. Séd ego illam non cóndonaui, séd sic utendám dedi.
MA. Équidem ecastor tuám nec c⟨h⟩lamydem dó foras nec pállium
Quoíquam utendum. múlierem aequomst uéstimentum múliebre
Dáre foras, uirúm uirile. quín refers pallám domum? 660
ME. Ego faxo referétur. MA. Ex re túa, ut opinor, féceris:

645. tibi: *corr amicus Lambini* ‖ 646. Vident ut: *corr B* | *add Lamb* | capiat: *corr Ca* ‖ 647. non: *corr Ca* ‖ 650. Quis hic: *corr Brixius* ‖ 653. dedi MA. tutu *vel* dedit utu (*vel* ut) | *add Schoe* ‖ 654. tututus que: *corr B* ‖ 656. *dist Vahlenus* | MA. immo ‖ 658. ecastor *vel* etastor | do *vel* de ‖

Nám domum numquam íntroibis, nísi feres pallám simul.
[ME.] E[g]o domum. PE. Quid míhi futurumst, quí tibi hanc operám dedi?
MA. Ópera reddetúr, quando quid tíbi erit surruptúm domo.
PE. Íd quidem edepol númquam erit: nam níl est quod perdám domi. 665
Quá uirum qua uxórem di uos pérdant. properabo ád forum:
Nam éx hac familiá me plane éxcidisse intéllego.
ME. Mále mihi uxor sesé fecisse cénset, quom exclusít foras:
Quási non habeam quo íntromittar álium meliorém locum.
Sí tibi displiceó, patiundum: at plácuero huic Erótio, 670
Quaé me non exclúdet ab se, séd apud se occludét domi.
Núnc ibo: orabo út mihi pallam réddat quam dudúm dedi.
Áliam illi redimám meliorem. ⟨h⟩e[i]us, écquis hic est iánitor?
Áperite atque Erótium aliquis éuocate ante óstium.

EROTIVM. MENAECHMVS I
MERETRIX ADVLESCENS

ER. Quís hic me quaerit? ME. Síbi inimicus mágis quam | aetatí tuae. 675
⟨ER.⟩ Meí Menaechme, cúr ante aedis ástas? sequere intró. ME. Mane.

---

663. *del Bent* ‖ 664. ME. | Operam: *corr* B^2 ‖ 666. Cum uiro cum uxore: *corr Fl* ‖ 670. ad *vel* at ‖ 671. ab se *vel* abste *l* occludit *vel* occludet ‖ 672. reddat *vel* reddo ad ‖ 673. et (*ve*| hec) quis: *corr* B^2 ‖ 674. aliquis *vel* aliqui | hostium: *corr C* ‖ 676. *add Ca* | has stas B^2 ‖

Scín quid est, quod ego ád te uenio? ER. Scío: ut tibi ex me sít uolup[tas].
ME. Ímmo edepol pallam íllam, amabo té, quam tibi dudúm dedi,
Míhi eam redde: uxór resciuit rem ómnem, ut factumst, órdine.
Égo tibi redimám bis tanto plúris pallam, quám uoles. 680
ER. Tíbi dedi equidem illam, ád phrygionem út ferres, pauló ⟨pr⟩ius,
Ét illud spinter, út ad aurificem férres, ut fierét nouom.
ME. Míhi tu ut dederis pállam et spinter? númquam factum réperies.
Nam égo quidem postquam íllam dudum tíbi dedi, atque abii ád forum:
Núnc redeo, nunc té postillac uídeo — ER. Video quám rem agis: 685
Quaé commisi ut mé defrudes, ád eam rem adfectás uiam.
ME. Néque edepol te défrudandi caúsa posco. quín tibi
Díco uxorem résciuisse. ⟨ER.⟩ Néc te ultro oraui út dares:
[ER.] Túte ultro ad me détulisti. dédisti eam donó mihi:
Eándem nunc reposcis. patiar: tíbi habe |, aufer, útere 690
Vél tu uel tua úxor, uel etiam ín ⟨l⟩oculos conpíngite.
Tu húc post hunc diém pedem intro nón feres, ne frústra sis:
Quándo tu me béne merentem tíbi habes despicátui,
Nísi feres argéntum, frustra⟨'s:⟩ mé ductare nón potes.
Áliam posthac ínuenito, quám habeas frustrátui. 695

---

677. Scin *vel* Sin | *del Py* ‖ 680. tanto *vel* tanta ‖ 681. paulo uis (ante B^2) ‖ 683. tu ut *vel* ut tu (tu *Priscianus*) | releceris *vel* relegeris: *corr ex Prisciano* ‖ 685. dost illac: *corr* B^2 | *dist Schoe* ‖ 686. Quia: *corr Bo* ‖ 688 sq. *add et del Py* ‖ 691. *add Balbachius* ‖ 692. ferustasis *vel* frustrassis: *corr Py* ‖ 694. *add Ri* | potes *vel* potest ‖

ME. Nímis iracunde hércle tandem. heús tu, tibi dicó, mane.
Rédi. etiamne astás? etiam audes meá reuorti grátia?
Ábiit intro, occlúsit aedis. núnc ego sum exclusís-sumus:
Néque domi neque ápud amicam míhi iam quicquam créditur.
Íbo et consulam hánc rem amicos, quíd faciendum cénseant. 700

ACTVS IV

MENAECHMVS II MATRONA
ADVLESCENS

ME. Nimis stúlte dudum féci, quom marsúppium
Messénioni cum árgento concrédidi.
Inmérsit aliquo sése credo in gáneum.
MA. Prouísam, quam mox uír meus redeát domum:
Sed éccum uideo: sálua sum, pallám refert. 705
ME. Demíror ubi nunc ámbulet Messénio.
MA. Adíbo atque hominem accípiam quibus dictís meret.
Non té pudet prodíre in conspectúm meum,
Flagítium | hominis, cum ístoc ornatú? ME. Quid est?
Quae té res agitat, múlier? MA. Etiamne, ínpudens, 710
Muttíre uerbum unum aúdes aut mecúm loqui?
ME. Quid tándem admisi in me, út loqui non aúdeam?
MA. Rogás me? ⟨o⟩ hominis ínpudentem audáciam.
ME. Non tú scis, mulier, Hécubam quaproptér canem

---

696. *dist Ac* ‖ 698. Abi *vel* Abii: *corr* B^2 | octus itaedis: *corr* B^2 ‖ 704. uer *vel* ////ra: *corr* B^2D ‖ 707. dictis quibus *Nonius* | aeret: *corr ex Nonio* (maeret B^2) ‖ 710. res te: *trai Brixius* | agitat *vel* agit ad | MA. *vel* ME. ‖ 711. Muttire *vel* Mittire ‖ 713. *add Py* ‖ 714. hecubam *vel* heccubam | qua *vel* quam ‖

Graii ésse praedicábant? MA. Non equidém scio. 715
⟨ME.⟩ Quia idém faciebat Hécuba, quod tu núnc facis.
Omnía mala ingerébat, quemquem aspéxerat:
Itaque ádeo iure coépta appellaríst Canes.
MA. Non égo | ista[ha]ec flagítia possum pérpeti:
Nam méd aetatem uíduam | esse máuelim 720
Quam istaéc flagitia túa pati, quae tú facis.
ME. Quid id ád me, tu te núptam possis pérpeti,
An sís abitura a tuó uiro? an mos híc itast,
Peregríno ut adueniénti narrent fábulas?
MA. Quas fábulas? non, ínquam, patiar praéterhac, 725
Quin uídua uiuam, quám tuos mores pérferam.
ME. Meá quidem hercle caúsa uidua uíuito
Vel úsque dum regnum óptinebit Iúppiter.
MA. At míhi negabas dúdum surrupuísse te,
Nunc eá⟨n⟩dem ante oculos áttines: non té pudet? 730
ME. Heu hércle, mulier, múltum et audax ét mala's.
Tun tíbi hanc surruptam dícere audes, quám mihi
Dedit ália mulier, út concinnandám darem?
MA. Ne istúc mecastor, iám patrem accersám meum
Atque eí narrabo túa flagitia quaé facis. 735
Ei, Décio, quaere meúm patrem, tecúm simul
Vt uéniat ad me |: íta rem | esse dícito.
Iam ego áperiam istaec túa flagitia. ME. Sánan es?
Quae méa flagitia? MA. Pállam | atque aurúm meum
Domó suppilas túae | uxori | ét tuae 740
Degéris amicae. sátin haec recte fábulor?
ME. Quaeso hércle, mulier, sí scis monstra quód bibam,
Tuám qui possim pérpeti petulántiam.
Quem tú †hominem arbitrare, néscio:
Ego té simitu nóui cum Portháone. 745

---

718. appellare est: *corr* B^2 | canis B^2D^2 || 720. med a te B^2 || 721. ista hec: *corr* B^2 || 723. adtuo: *corr* B^2 | annos: *corr* B^2 | ita est hoc (hic B^2): *trai Bo* || 725. ME. || 735. inarrabo *vel* enarrabo: *corr* B^2 || 736. deceo | quare: *corr* B^2 || 741. Dederis B^2 || 745. sime tu (*vel* ñtu): *corr Ca* ||

MA. Si mé derides, át pol illum nón potes,
Patrém meum, qui huc áduenit. quin réspicis?
Nouístin tu illum? ME. Nóui cum Calchá simul:
Eodém die illum uídi quo te ante húnc diem.
MA. Negás nouisse mé? negas patrém meum? 750
ME. Idem hércle dicam, sí auom uis addúcere.
MA. Ecástor pariter hóc atque alias rés soles.

SENEX. MATRONA. MENAECHMVS II
ADVLESCENS

SE. Vt aétas meást atque ut hóc usus fáctost,
Gradúm proferám, progredí⟨ri⟩ properábo.
Sed íd quam mihí facile sít, haud sum fálsus. 755
Nam pérnicitás deserít: consitús sum
Senéctute: onústum geró corpus: uíres
Relíquere. ut aétas malást, mers mala érgost.
Nam rés plurumás pessumás, quom aduenít, adfert.
quás si autumem ómnis, nimís longus sérmost. 760
Sed haéc res mihi ín pectore ét corde cúraest:
Quidnam hoc sit negoti quod filia sic 762
Repente expetit me ut ad sese irem
Nec quid id sit mihi certius facit, 763
Quid uelit. quid me accersit?
Verúm propemodúm iam sció, quid siét rei: 764
Credó cum uiró litigiúm natum esse áliquod.
Ita ístaec solént, quae uirós subseruíre

---

746. ad (ac B^2) || 747. respicis *vel* resipiscis || 748. Nouistin (*vel* Nouisti in) tu: Nouistin *Priscianus* | calchante *vel* calcante(s): *corr ex Prisciano* || 749. illum uidi *vel* uidi illum | MA. ante *vel* ante || 750. MA. Negas *vel* Negas || 754. *add Bo* || 755. facile sit mihi: *trai Bo* || 756. conscitus (conscius B^2): *corr ex Nonio* || 758. merx (*vel* mer//////) mala ergost: mers mala est ergo *Nonius* || 759. quam *vel* cum: *corr* B^2 | adfert *vel* fert || 760. autumem *vel* autumen || 761. corde *vel* corda | cura (*vel* dura) est: *corr* B^2 || 762 sq. *cf. ad v. 110* || 763. *distinximus* ||

Sibí postulánt, dote frétae, feróces.
Et ílli quoque haúd abstinént saepe cúlpa.
Verúmst modus tamén, quoad pati úxorem opórtet.
Nec pól filia úmquam patrem áccersit ád se, 770
Nisi aút quid commíssi †aut iurgist caúsa.
Sed íd quicquid ést iam sciam. átque eccam eámpse
Ante aedis et eius tristem uirum uideo: id est, quod suspicabar. 773. 774
Áppellabo hanc. ⟨MA.⟩ Íbo ⟨ad⟩uorsum. [MA.] sálue multum, mí pater. 775
SE. Sálua sis. saluén aduenio? sáluen accersí iubes?
Quíd tu tristis és? quid ille autem ábs te iratus déstitit?
Néscioquid uos uélitati éstis inter uós duos.
Lóquere, uter meruístis culpam, paúci⟨s⟩, non longós logos.
MA. Núsquam equidem quicquám deliqui: hoc prímum te absoluó, pater. 780
Vérum uiuere híc non possum néque durare ulló modo:
Proín tu me hinc abdúcas. SE. Quid istuc aútemst? MA. Ludibrió, pater,
Hábeor. SE. Vnde? MA. Ab íllo quoi me mándauisti, meó uiro.
SE. Ecce autem litígium. quotiens tándem | edixí tibi,
Vt caueres, neúter ad me irétis cum querimónia? 785
MA. Quí ego istuc, mi páter, cauere póssum? SE. Men intérrogas?
Nísi non uis. quotiéns monstraui tíbi, uiro ut morém geras? 787. 788

769. quoad *vel* quod (quo id B^2) ‖ 771. commissi *vel* commisi | iurgii (*vel* uirgi *vel* uigil) est ‖ 772. quicquid id: *trai Bo* | eam ipse B^2D^2 ‖ 773 sq. *cf. ad v. 110* ‖ 775. *pers add et del Gul* | ad *add Py* ‖ 776. aduenio *vel* ad uetuo *vel* ad tuo ‖ 778. uos *om Paulus* | ueliati *vel* uelati: *corr ex Nonio Pauloque* | duo *Nonius* (*om Paulus*) ‖ 779. locos ‖ 780. absoluo *vel* absolue ‖ 781. uiuere hic *vel* hic uiuere ‖ 783. qui *vel* cui: *corr* B^2 ‖

Quíd ille faciat né id obserues, quó eat, quid rerúm gerat.
MA. Át enim ille hinc amát meretricem ex próxumo. SE. Sané sapit: 790
Átque ob istanc indústriam etiam fáxo amabit ámplius.
MA. Átque ibi potat. SE. Tuá quidem ille caúsa potabít minus,
Sí[ue] illic, siue alibí lubebit? quae haéc, malum, inpudéntiast?
Vna opera prohibére ad cenam né promittat póstules
Néue quemquam accípiat alienum ápud se. seruirín tibi 795
Póstulas uirós? dare una ópera pensum póstules,
Ínter ancillás sedere iúbeas, lanam cárere.
MA. Nón equidem mihi te áduocatum, páter, adduxi, séd uiro:
Hínc stas, illim caúsam dicis. ⟨SE.⟩ Sí ille quid delíquerit,
[SE.] Múlto tanto illum áccusabo quám te accusaui ámplius. 800
Quándo te auratam ét uestitam béne habet, ancillás, pen⟨um⟩
Récte praehibet, mélius sa[m]nam est, múlier, mentem súmere.
MA. Át ille suppilát mihi aurum et pállas ex arcís domo:
Mé despoliat, mea órnamenta clam ád meretrices dégerit.
SE. Mále facit, si istúc facit: si nón facit, tu mále facis, 805

---

790. At *vel* Ad ‖ 792. Atque *vel* At ‖ 793. *del Bo* ‖ 795. Neue *vel* Neque | te: *corr Ac* ‖ 796. pensum *vel* pinsum ‖ 797. iubes *Varro* | carpere: *corr ex Varrone* ‖ 798. equidem *vel* quidem | mihi te B^2: mittit ‖ 799 sq. illinc B^2 | *add et del Ca* | tanta ‖ 801. anpillas ‖ 802. p̄hibet *vel* p̣hibent (p̣hibet B^2) ‖ 803. palla sex *vel* pallas sex (pallam ex B^2) | arcis *vel* artis | modo: *corr Gul* ‖ 804. iam *vel* tiam me: *corr Ac* ‖

Quae ínsontem insimulés. MA. Quin etiam núnc habet pallám, pater,
⟨Ét⟩ spinter, quod ad hánc detulerat: núnc, quia resciuí, refert.
SE. Iám ego ex hoc, ut fáctumst, s⟨c⟩ibo: ⟨íbo⟩ ad hominem atque ⟨ád⟩loquar.
Díc mihi istuc, Menaéchme, quod uos díssertatis, út sciam.
Quíd tu tristis és? quid illa autem írata abs te déstitit? 810
ME. Quísquis es, quicquíd tibi nomen ést, senex: summúm Iouem
Deósque do testís — ⟨SE.⟩ Qua de re aut quóius rei rerum ómnium?
⟨ME.⟩ Mé neque isti mále fecisse múlieri, quae me árguit
Hánc domo ab se súrrupuisse atque ábstulisse †delurat. 814
Sí ego intra aedis húius umquam, ubi hábitat, penetrauí ⟨pedem,⟩ 816
Ómnium hominum exópto ut fiam míserorum misérrumus.
SE. Sánun es, qui istúc exoptes aút neges te umquám pedem
Ín eas aedis íntulis⟨se⟩ ubi hábitas, insaníssume?
ME. Tún, senex, aís habitare méd in illisce aédibus? 820
SE. Tú⟨n⟩ negas? ME. Nego hércle uero. SE. Immo †hec eludere negas:

---

806 sq. insimules *vel* insemules | pater *adhaeret v. 807* | refert *vel* refer ‖ 808. hoc ut *vel* hoc | ibo *ex ras B, add Ca* | adquem: *corr* B^2 | ad *add Sarac* ‖ 810. Quid *vel* Qui | tristis B^2D^2: trix | quid *vel* quod | illa *vel* illã | iratam abste destituis (*vel* dedistitus): *corr Dousa* ‖ 812 sq. detestes (detestor B^2D^2): *corr Gru* | *add Py* | arguit *vel* arruit ‖ 814. domo *vel* dono | deiurat B^2 ‖ 816. hedis *vel* ędis | *suppl Py* ‖ 818. nec est e *vel* necẽ (necẽ ut B^2) ‖ 819. ea sedis: *corr* B^2 | intuleris B^2 ‖ 820. Tunc *et* ait: *corr* B^2 | med *vel* m&d *vel* me ‖ 821. *add Bo* | neq; *vel* neo///:

Nísi quo nocte hac ⟨éx⟩migrasti. — †concede huc fília.
Quíd tu ais? num hinc éxmigrasti⟨s⟩? ⟨MA.⟩ Quem ín locum aut ⟨quam⟩ ob rem, óbsecro?
SE. Nón edepol sció. ⟨MA.⟩ Profecto lúdit te hic. non tú[te] tenes?
⟨SE.⟩ Iám uero, Menaéc⟨h⟩me, satis iocátu's: nunc hanc rém [a]gere. 825
⟨ME.⟩ Quaéso, quid mihi técumst? unde aut quís tu homo's? ⏑ ⏓ ⏑ –
†Tibi aut adeo isti, quae mihi molestast quoquó modo?
⟨MA.⟩ Víden tu illi⟨c⟩ oculós uirere? ut uíridis exoritúr colos
Éx temporibus átque fronte: ut óculi scintillánt, uide. 829
ME. Quíd mihi meliust quám, quando illi me ínsanire praédicant, 832
Égo me⟨d⟩ adsimulem ínsanire, ut íllos a me apstérream?
MA. Vt pandiculans óscitatur. quíd nunc faciam, mí pater?
SE. Cóncede huc, mea náta, ab istoc quám potest longíssume. 835
ME. †Eubi atque heu Brómie, quo me in síluam uenatúm uocas?
Aúdio, sed nón abire póssum ab his regiónibus:
Íta illa me ab laeuá rabiosa fémina adseruát canis:
Póst[t]e autem illic †ircosalus, quí saepe aetate ín sua

---

corr B^2 | MA. inmo *vel* immo: *corr Ac* | negas *vel* neg& ‖ 822. qua B^2 | ac: *corr* B^2 | concede *vel* conce | hac: *corr Ca* ‖ 823. agis: *corr B* | exmigrasti *vel* exaigrasti: *corr Ac* | aut ob *vel* aut: *suppl Beroaldus* ‖ 824. MA.: *corr Py* | *del Mue* ‖ 825. locatus (iocatus B^2): *corr Ca* | ac rem: *corr* B^2 | *del Stu* ‖ 826. *lac sign Py* ‖ 828. c *add Ri* | iurere ut *vel* uire////: *corr* B^2 ‖ 829. scintillant *vel* sintillant ‖ 833. *add Bo* ‖ 834. Vt *et* MA. quid *vel* MA. Vt *et* quid | pandiculas *vel* pandiculans ‖ 835. potest *vel* potes ‖ 836. Eubi *vel* Eum (Heu B^2) ‖ 837. habire *vel* abire ‖ 839. *del Ri* | sepe *vel* sese ‖

Pérdidit ciuem ínnocentem fálso testimónio. 840
SE. Vaé capiti tuo. ⟨ME.⟩ Écce, A[p]pollo míhi ex oraclo | ímperat,
Vt ego illi⟨c⟩ oculós exuram lámpadibus ardéntibus.
MA. Périi, mi patér: minatur míhi oculos exúrere. 843
ME. Eí mihi, insaníre me aiunt, últro quom ipsi insániunt. 831
SE. Fília, heus. ⟨MA.⟩ Quid ést? quid agimus? ⟨SE.⟩ Quíd, si ego huc seruós cito? 844
Íbo, adducam qui húnc hinc tollant ét domi deuínciant, 845
Príus quam turbarúm quid faciat ámplius. †enim ereo.
⟨ME.⟩ Ni óccupo aliquod míhi consilium, hí domum me ad se aúferent.
Púgnis me uotás in huius óre quicquam párcere,
Nei á meis oculís abscedat ín malam magnám crucem.
Fáciam quod iubés, Apollo. SE. Fúge domum quantúm potest: 850
Ne híc te obtundat. MA. Fúgio. amabo, ádserua istunc, mí pater,
Néquo hinc [h]abeat. súmne ego mulier mísera, quae illaec aúdio?
ME. Haúd male illanc ámoui * * núnc hunc inpurís-sumum,
Bárbatum, tremulúm Tithonum, quí cluet Cyc⟨i⟩nó patre.
Íta mihi imperás, ut ego huius mémbra atque ossa atque ártua 855

---

841. Ve *vel* SE. Ve | oraclo *vel* oraculo ‖ 842. *add Ri* | exuram *vel* exurati ‖ 843. Perii (*vel* Peri) mihi: *corr* B^2 ‖ 831. alunt *vel* aiunt | ipse: *corr* B^2 ‖ 844. MA. *add Ac* | seruo scito (*vel* scio): *corr* B^2 ‖ 846. enim (ME. enim D^2) ereo *vel* enim (enim uero B^2) ‖ 847. *add Schoe* | aliquid ‖ 848 sq. *dist Ri* ‖ 849. Nei amiis *vel* Ne iam meis (his B^2): *corr Vahlenus* | oculis *vel* occulis ‖ 850. potest *vel* potes ‖ 852. Nequo *vel* Neq; | summe *vel* sumne | illa hec *vel* illaec | audeo: *corr* B^2 ‖ 853. nunc *vel* num ‖ 854. titanum (*item Priscianus*): *corr Meursius* | qui lucet (*corr Palm*) cycno (*corr Ri*) *Priscianus*: cycno prognatum ‖ 855. huius menbra: cuius membra *Nonius* | artus B^2 ‖

Cómminuam illo scípione quem ípse habet. SE. Dabitúr malum,
Mé quidem si attígeris aut si própius ad me accésseris.
ME. Fáciam quod iubés: securi⟨m⟩ cápiam ancipitem atque húnc senem —:
Ósse fini dédolabo ássulatim uíscera.
SE. Énim uero illud praécauendumst átque adcurandúmst mihi. 860
Sáne ego illum metuo, út minatur, néquid male faxít mihi.
ME. Múlta mihi imperás, Apollo. núnc equos iunctós iubes
Cápere me indomitós, ferocis, átque in currum inscéndere,
Vt ego hunc proterám leonem ⟨u⟩étulum, olentem, edéntulum.
Iam ádstiti in currúm: iam lora téneo, iam stimulum: ín manust. 865
Ágite equi, facitóte sonitus úngularum appáreat:
Cúrsu celeri fácite inflexa sít pedum pernícitas.
⟨SE.⟩ Míhin equis iunctís minare? ⟨ME.⟩ Écce, Apollo, dénuo
Mé iubes facere ínpetum in eum quí stat atque occídere.
Séd quis hic est qui mé capillo híne de curru déripit? 870
Ímperium tuóm demutat átque ⟨e⟩dictum Apóllinis.
SE. Eu hércle, morbum acrem ác durum * * * * *
* * * * * * * di, uostrám fidem: 872[b]
Vel híc qui insanit quám ualuit pauló prius.

---

858 sq. capiam *vel* cupiam | Senem *adhaeret v. 859: corr Ca* | *dist Gronovius* | fini: nisi *Nonius* || 860. adcura (*vel* adcurã) dum (*corr* B^2) si || 864. *add Gul* | edentius: *corr Pius* || 865. *distinximus* || 866. apparent: *corr Ri* || 867. facite *vel* facitote | inflexu: *corr Dousa* | sint *vel* sunt: *corr* B^2 || 868. *add Ca* | manare: *corr* B^2 | ecce *vel* acce || 871. apollinis *vel* apollonis || 872. *lac sign Schoe* ||

Ei dérepente tántus morbus íncidit.
Eibo átque accersam médicum iam quantúm potest. 875

MENAECHMVS

Iamne ísti abierunt quaéso ex conspectú meo,
Qui mé ui cogunt, †ut ualidus insániam?
Quid césso abire ad náuem, dum saluó licet?
* * * * * * * * * * * *
Vosque ómnis quaeso, sí senex reuénerit, 880
Ni me índicetis, quá platea hinc aufúgerim.

ACTVS V

SENEX

Lumbí sedendo |, óculi spectandó dolent,
Manéndo medicum, dúm se ex opere récipiat.
Odiósus tandem uíx ab aegrotís uenit.
Ait se óbligasse crús fractum Aesculápio, 885
Apóllini autem bráchium. nunc cógito,
Vtrúm me dicam dúcere medicum án fabrum.
Atque éccum incedit. móue formicinúm gradum.

MEDICVS. SENEX

MED. Quid esse[t] ílli morbi díxeras? narrá, senex.
Num láruatus aút cerritus⟨t⟩? fác sciam. 890
Num eúm ueternus aút aqua intercús tenet?
SE. Quin eá te causa dúco, ut id dicás mihi
Atque íllum ut sanum fácias. MED. Perfacile íd quidemst.

---

879. *lac sign Ri* || 882. *novam scaenam sign Warnerus* | exspectando: *corr ex Ausonio* || 886. autem *vel* autem autem | cogito *vel* gito || 890. *add Brixius duce Ri* || 891. uetenus: *corr* B^2D^2 || 892. id dicas *vel* dicas || 893. quid ast (*vel* ea est): *corr* B^2 ||

Sanúm futurum, méa ego id promittó fide.
SE. Magná cum cura ego íllum curarí uolo. 895
⟨MED.⟩ Quin súspirabo plús †sescenta ín dies:
[ME.] Ita †ego illum cum cura magna curabó tibi.
SE. Atque éccum ipsum hominem: ópseruemus quám rem agat.

MENAECHMVS I. SENEX. MEDICVS
ADVLESCENS

ME. Edepol ne hic diés peruorsus átque aduorsus mi óptigit.
Quaé me clam ratús sum facere, ea ómnia fecít palam 900
Párasitus, qui mé conpleuit flágiti et formídinis:
Méus Vlixes, suó qui regi tántum conciuít mali.
Quem égo hominem, †siquidem uiuo, uita euoluám sua.
Séd ego stultus súm, qui illius ésse dico quaé meas[i]t.
Meó cibo et sumptu éducatust: ánima priuabó uirum. 905
Cóndigne autem haec méretrix fecit, út mos est meretrícius:
Quía rogo, palla út referatur rúrsum ad uxorém meam,
Míhi se ait dedísse. eu edepol né ego homo uiuó miser.
SE. Aúdin quae loquitúr? MED. Se miserum praédicat. ⟨SE.⟩ Adeás uelim.
⟨MED.⟩ Sáluos sis, Menaéchme. quaeso, cúr apertas bráchium? 910
Nón tu scis, quantum ísti morbo núnc tuo faciás mali?

---

894. eco ‖ 900. Quem eclam: *corr* B^2D^2 ‖ 901. Parasitus *vel* Pasitus | conplebit: *corr* B^2 ‖ 902. tantum *vel* tantantum ‖ 903. nitae uoluam: *corr* B^2 ‖ 904. *del Ca* ‖ 906. meretricius *vel* meretricibus ‖ 907. pallam D^2 ‖ 908. heu B^2 ‖ 909. sed: *corr* B^2 | at eas B^2 ‖ 911. *dist Ri* ‖

⟨ME.⟩ Quín tu te suspéndis? MED. Ecquid séntis?
SE. Quidni séntiam?
MED. Nón potest haec rés ellebori †iungere optinérier.
Séd quid ais, Menaéchme? ME. Quid uis? ⟨MED.⟩
Díc mihi hoc quod té rogo:
Álbum an atrum uínum potas? ME. Quín tu is in
malám crucem? 915
⟨MED.⟩ Iam hércle occeptat ínsanire prímulum. * *
* * *
* * * * * * * * * * ME. Quin tu me intérrogas,
Púrpureum panem án puniceum sóleam ego esse an
lúteum?
Sóleamne esse auís ⟨s⟩quamossas, píscis pennatós?
SE. Papae,
Aúdin tu, ut delíramenta lóquitur? quid cessás dare 920
Pótionis áliquid, priusquam pércipit insánia?
MED. Máne modo: etiam pércontabor. ME. †Alia,
occidis fábulans.
MED. Díc mihi hoc: solént tibi umquam óculi duri
fíeri?
ME. Quíd? tu me lucústam censes ésse, homo igna-
uíssume?
MED. Díc mihi, enumquam íntestina tíbi crepant,
quod séntias? 925
ME. Vbi satur sum, núlla crepitant: quándo esurio,
túm crepant.
MED. Hóc quidem edepol haú pro insano uérbum
respondít mihi.

---

912. ME. quidni: *corr Schoe* ‖ 913. (i)unguine B^2 ‖ 914. menachme *vel* menechme | quid *vel* ME. quid | dic mihi *vel* mihi | te rogo *vel* rogo ‖ 916. *add Ac* | occepta: *corr* B^2 ‖ *lac sign Schoe duce Ri: ad quam fort. pertinet quod ad Curc. v. 243 sq. in B adscr. m. saec XIV* (album an atrum uinum potas) quid tibi quaesito opus est ‖ 919. quamosas *vel* quam ossa (ossas B^2) ‖ 920. Auditu: *corr* B^2D^2 ‖ 922. occidis *vel* occipis | fabulam *vel* falam: *corr Ac* ‖ 924. lacustam B^2 ‖ 925. mehi: *corr* B^2 | an umquam B^2 | tibi *om Nonius* ‖ 926. tunc *Nonius* ‖ 927. haud B^2 ‖

Pérdormiscin úsque ad lucem? [ME.] fácilin tu dormís cubans? 928
ME. Pérdormisco, sí resolui árgentum quoi débeo. 930
⟨MED.⟩ * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * *
ME. Quí te Iuppitér dique omnes, pércontator, pérduint.
MED. Núnc homo insaníre occeptat: de íllis uerbis cáue tibi.
SE. Ímmo Nestor núnc quidemst de uérbis, praeut dudúm fuit: 935
Nám dudum uxorém suam esse aiébat rabiosám canem.
ME. Quíd ego dixi? ⟨SE.⟩ Insánus, inquam, — ⟨ME.⟩ Egone? ⟨SE.⟩ Tu istic, [SE.] quí mihi
Etiam me iunctís quadrigis mínitatu's prostérnere.
⟨ME.⟩ * * * * * * * * * * * * * * *
⟨SE.⟩ Égomet haec te uídi facere: égomet haec te⟨d⟩árguo. 940
ME. Át ego te sacrám coronam súrrupuisse Ióui s⟨cio⟩:
Ét ob eam rem in cárcerem ted ésse conpactúm scio:
Ét postquam es emíssus caesum uírgis sub furcá scio:
Túm patrem occidísse et matrem uéndidisse etiám scio.
Sátin haec pro sanó male dicta mále dictis respóndeo?
SE. Óbsecro hercle, médice, propere quídquid facturú's face. 946
Nón uides hominem ínsanire? MED. S⟨c⟩ín quid facias óptumumst?
Ád me face uti déferatur. SE. Ítane censes? MED. Quíppini?

---

928 sq. Perdormiscanius que | facilen B^2 | curans. MED.: *corr Scioppius* | *lac sign Ri* || 932. perdunt (i *s. scr.* B^2) || 935. uerbis *vel* uebis || 936. alebat: *corr B* || 937. *dist Schoe* | tustic *vel* custic *vel* istuc || 938. minis status: it *corr B*, u's *Lamb* | *lac sign Ri* || 940. uide: *corr* B^2 | *add Guy* || 941. iouis *vel* lo iouis: *suppl Ca* || 942. ob eam *vel* obeatam | te (*vel* teb) deesse: *corr B* || 943. Et *vel* E | suffurca *vel* sufurca: *corr* B^2 || 945. rescondeo: *corr* B^2 || 946. maledice: *corr* B^2 | facturus: *corr Lamb* || 947. optumum es: *corr* B^2 || 948. ut id eferatur *vel* ut deferatur | itana: *corr* B^2 ||

Íbi meo arbitrátu potero cúrare hominem. SE. Age, út lubet.
⟨MED.⟩ [H]Elle[s]borum potábis faxo áliquos uigintí dies. 950
ME. Át ego te pendéntem fodiam stímulis trigintá dies.
MED. I, árcesse homines, qui íllun⟨c⟩ ad me déferant. SE. Quot súnt satis?
MED. Proínde ut insaníre uideo, quáttuor, niló minus.
SE. Iam híc erunt. adsérua tu istunc, médice. MED. Immo ibó domum,
Vt parentur quíbus paratis ópus est. tu[s] seruós iube 955
Húnc ad me feránt. SE. Iam ego illic fáxo erit. ⟨MED.⟩ Abeó. ⟨SE.⟩ Vale.
ME. Ábiit socerus, ábiit medicus: [nunc] sólus sum. pro Iúppiter,
Quíd illuc est, quod †me hic homines ínsanire praédicant?
Nam équidem, postquam gnátus sum, numquam aégrotaui unúm diem:
Néque ego insanió neque pugnas néque ego litis coépio. 960
Sáluos saluos álios uideo: nóui | homines, ádloquor.
Án illi perperam ínsanire me áiunt, ipsi insániunt?
Quíd ego nunc faciám? domum ire cúpio |, uxor nón sinit:
Húc autem nemo íntromittit: nímis prouentumst néquiter.
Híc er[g]o usque: ad nóctem saltem, crédo, intromittár domum. 965

---

950 sq. *ordine inv libri: trai Ca* | Helles forum B^2 | alios B^2 || 952. Larcesse: *corr Pareus* | illum: *corr Ca* || 953. ut *vel* ui | uideor: *corr B* | nihil hominus: *corr* B^2 || 955 sq. tus *vel* tuos | iube *vel* lube | hunc *adhaeret v. 955: corr Lamb* || 957. abiit *vel* habiit | *del Guy* || 959. *solus habet B* || 960. ne litis *Nonius* | cupio: *corr ex Nonio* || 962. perderam | alunt: *corr* B^2 || 964. nequiter *vel* nequitur || 965. *del Pius* | usce: *corr* B^2 | *dist Bo* ||

MESSENIO. (MENAECHMVS I)
SERVOS ADVLESCENS

MES. Spectámen bonó seruo id ést, qui rem erílem
Procúrat, uidét, collocát cogitátque,
Vt ábsente eró rem | erí diligénter
Tutétur, quam si ípse adsit, aút rectiús.
Tergúm quam gulám, crura quám uentrem opórtet
Potióra esse quoí cor modéste sitúmst. 971
Recordetur id, qui nili sunt quid [i]is preti
Detur ab suis eris ignauis improbis uiris. 973
Verbera, compedes,
Molae, magna
Lassitudo, fames, frigus durum. 975
Haec pretia sunt ignauiae:
Id ego male malum metuo. propterea bonum esse certumst potius quam malum.
Nam magis multo patior facilius uerba, uerbera ego odi,
Nimióque edo lubéntius molitúm quam molitum praéhibeo.
Proptérea eri imperium éxsequor, bene ét sedate séruo id: 980
Atque íd mihi prodest. †aliis esse ita ut in rem esse ducunt sint: ego ita ero ut me esse oportet.
Metum id míhi adhibeam, culpam ábstineam, ero ut ómnibus in locis sím praesto.
[Seruí qui quom culpá carent metuont, í solent esse eris útibiles:

---

966. seruo id *vel* seruid | rem *vel* re || 968. rẽ *vel* re//// || 969. si *vel* ipsi | adsit *vel* adscit || 972 sqq. *cf. ad v. 110* || 972. Recordetur *vel* Recorde cordetur || 975. Lassitudo *vel* Lascituto || 976. Hęc *vel* Hęo || 978. ego odi *vel* egodi || 979. molitum p̄hibeo *vel* mollitum ꝓhibeo || 980 sq. exequor *vel* exsecor | seruo id *vel* seruo | atque id mihi (*vel* mihi id) prodest *adhaeret v. 980* | Alii *B ex ras* | sint *vel* sin | ita ero *vel* ero || 982. culpa B^2 | sim presto *vel* inpresto || 983 sq. *secl Herm* (*cf. Mostell.858 sqq.*) | cum culparent *vel* culpa carent | et metuo ni *vel* et metuunt: metuunt hi B^2 ||

Nam illí qui nil metuónt, postquam malum †promeritumque ei metuont.]
Metu⟨a⟩m ⟨h⟩aúd multum: propest quándo †ceruso fáciam, pretium exsóluet. 985
É⟨o e⟩go exemplo séruio, térgi ut in rem esse árbitror. 985[b]
Postquam ín tabernam uása et seruos cónlocaui ut iússerat,
Ita uénio aduorsum. núnc foris pultábo, adesse ut mé sciat.
* * * * * * * * * * * * * * * * *
Néque uirum ex hoc sáltu damni sáluom ut educám fora⟨s⟩.
Séd metuo ne séro ueniam dépugnato proélio.

SENEX. MENAECHMVS I. LORARII. MESSENIO
ADVLESCENS SERVOS

SE. Pér ego uobis deós atque homines díco, ut imperiúm meum 990
Sápienter habeátis curae, quae ímperaui atque ímpero.
Fácite illic homo iam ín medicinam ablátus sublimén siet,
Nísi quidem uos uóstra crura aut látera nili pénditis.
Cáue quisquam quod illíc minitetur uóstrum flocci fécerit.
Quid státis? quid dubitátis? iam sublímen raptum opórtuit. 995
Ego íbo ad medicum: praésto ero illi, quóm uenietis.
ME. Óccidi.

---

985. aut | (prope) est *vel* es ‖ 985[b]. *add Spengelius* | terge *vel* tergo ‖ 986. uasa (*vel* uas) sed: *corr B* ‖ 987. me sciat *vel* misceat | *lac sign Schoe* ‖ 988. utrum: *corr Bo* | ute duo anfora: *corr Pareus* ‖ 989. sero *vel* seruo ‖ 992. sublimen *vel* sublimem ‖ 993. nihili penditis *vel* nihil penditi ‖ 995. satis: *corr* B^2D^2 | sublimem *D* (*item v. 1002* D^2) | oportuit *vel* oportum ‖

Quid hoc ést negoti? quíd illi⟨s⟩c⟨e⟩ homines ád me currunt, ópsecro?
Quid uóltis [q]uos? quid quaéritatis? quíd me circum-⟨sí⟩stitis?
Quo rápitis me? quo fértis me? perii. ópsecro uostrám fidem,
Epidámnienses súbuenite cíues. quin me míttitis? 1000
MES. Pro di ímmortales, óbsecro, quid ego óculis aspició meis?
Erúm meum indigníssume nescíoqui sublimén ferunt.
ME. Écquis suppetiás mihi audet férre? MES. Ego, ere, audacíssume.
O fácinus indignum ét malum,
Epidámnii ciués, erum 1005
Meum híc in pacato ó⟨p⟩pido
Lucí deripier ín uia, 1006
Qui líber ad uos uénerit.
Míttit⟨e⟩ istunc. ME. Ópsecro te, quísquis es, operám mihi ut des 1007
Neú sinas in me ínsignite fíeri tantam iniúriam.
MES. Ímmo et operam dábo et defendam et súbuenibo sédulo.
Númquam te patiár perire: mé perirest aéquius. 1010
Éripe oculum istí |, ab umero quí tenet, ere, te óbsecro.
Hísce ego iam seméntem in ore fáciam pugnosque óbseram.
Máxumo hercle hodié malo uostro ístunc fertis: míttite.
ME. Téneo ego huic oculúm. MES. Face ut oculi lócus in capite appáreat.

---

997. *add Brixius* ‖ 998. *del D* | circumstatis B^2 ‖ 1000. Epidam nienses (*vel* menses) ‖ 1001. di immortales *vel* dum mortales ‖ 1003. aut et: *corr* B^2 ‖ 1004 sqq. *duos v.* (—erum) *habet B: discr Geppertus* ‖ 1005. epidam nii (*vel* nu) ‖ 1006. liberat: *corr* B^2 ‖ 1007. Mittitis tunc *vel* Mitti istunc | *pers add B* | quisquis es *vel* quisquis | mihi uides: *corr* B^2 ‖ 1009. subuenibo *vel* subueniebo ‖ 1010. me derires (*vel* derideres) te cuius: *corr Sarac et Ca* ‖ 1013. hodie (*vel* hodi) malo hercle: *trai Bo* ‖ 1014. Teneo *vel* ME. Teneo *et* ME. face *vel* face ‖

Vós scelesti, uós rapacis, uós praedones. ⟨LOR.⟩ Péri⟨i⟩mus. 1015
Óbsecro hercle. ⟨MES.⟩ Míttite ergo. ⟨ME.⟩ Quíd me uobis táctiost?
Pécte pugnis. MES. Ágite abite: fúgite hinc in malám crucem.
Ém tibi etiam: quía postremus cédis, hoc praemí feres.
Nímis [aut] bene [h]ora cómmutaui atque éx mea senténtia.
Édepol, ere, ne tíbi suppetias témpore aduení modo. 1020
ME. Át tibi di sempér, adulescens, quísquis es, faciánt bene:
Nam ábsque te esset, hódie numquam ad sólem occasum uíuerem.
MES. Ergo edepol, si récte facias, ére, me⟨d⟩ emittás manu.
ME. Líberem ego te? MES. Vérum: quandoquidem, ére, te seruauí. ME. Quid est?
Ádulescens, errás. MES. Quid, erro? ME. Pér Iouem adiuró patrem 1025
Mé⟨d⟩ erum tuóm non esse. MES. Nón taces? ME. Non méntior:
Néc meus seruos númquam tale fécit quale tú mihi.
MES. Síc sine igitur, sí tuom negas me ésse, abire líberum.
⟨ME.⟩ Meá quidem hercle caúsa liber ésto atque ito quó uoles.
MES. Némpe iubes? ME. Iubeo hércle, siquid ímperist in té mihi. 1030
MES. Sálue, mi patróne. — 'Quom tu líber es, Messénio,

1015. perimus: *corr Ca* ‖ 1016. tactiost *vel* tactiosi ‖ 1017. (#AGITE)ABITE: agite habite ‖ 1018. En: *corr Ribbeckius* ‖ 1019. *del Bo* | commetaui (commentaui B^2) ‖ 1022. Nam *vel* Namque | ted (*vel* te) eet (eem B^2) | hodie *vel* ME. Hodie | solem *vel* soli (solis B^2) | uiuerem *vel* uiuere ‖ 1023. *add Bo* | emittas *vel* mittas ‖ 1024. Liberẽ *vel* Libertẽ (Liberũ B^2) ‖ 1026. *add Bo* ‖ 1027 sq. numquam *vel* umquam | *post v. 1028 iterantur v. 1037—1043 in libris praeter A, qui inter v. 1026 et 1034 sex v. habuit (an om v. 1031 sq.?)* ‖ 1029. atque ito *vel* at quito ‖

Gaúdeo.' — [MES.] Credo hércle uobis. — séd, patrone, te óbsecro,
Né minus imperés mihi, quam quóm tuos seruós fui.
Ápud te⟨d⟩ habitabo ét quando ibis úna tecum ibó domum.
ME. Mínume. MES. Nunc ibo ín tabernam, uása atque argentúm tibi 1035
Réferam. rectest óbsignatum in uídulo marsúppium
Cúm uiatico: íd tibi iam huc ádferam. ME. Adfer strénue.
MES. Sáluom tibi ita, ut míhi dedisti, réddibo |: hic mé mane.
ME. Nímia mira míhi quidem hodie exórta sunt mirís modis.
Álii me negánt eum esse quí sum atque excludúnt foras. 1040
* * * * * * * * * * * * * * *
Étiam hic seruom sé meum esse ai[e]bat, quem égo modo emisí manu.
Ís ait se mihi állaturum cum árgento marsúppium:
Íd si attulerit, dícam ut a me ábeat liber quó uolet,
Né tum, quando sánus factus sít, a me argentúm petat. 1045
Sócer et medicus me ínsanire aiébant. quid sit, míra sunt:

1034. *add Guy* ‖ 1035. (TABER)NA | uasa atque (*sic A*) *vel* uassa at ‖ 1036. recte .est *vel* ME. recte est | *post 1036 in libris praeter A iteratur 1044: cf. ad 1027 sq.* ‖ 1037. Cum *vel* Quom | id *vel* MES. (*vel* ME.) id | ME. *vel* MES. ‖ 1038. MES. *add B* | tibi ita (*sic Nonius*) *vel* tibi itẽ *vel* itẽ tibi | reddebo *vel* redhibeo (*vel* sed habeo): *corr ex Nonio* | hic me mane *vel* hic mane (*vel* mame) *vel* hic ‖ 1039. quidem hodie *vel* quidem | miris *vel* multis ‖ 1040. excludunt *vel* exclusum | *lac sign Ri* ‖ 1042. *pro* Etiam hic (*sic A, ut vid*) *alt. loco* (*cf. ad 1027 sq.*) *est:* Vel ille qui se petere modo argentum modo qui | se meum esse *vel* esse se meum | *del Brixius* | ego modo *vel* ego ‖ 1043. se mihi *vel* se | marsu(p)-pium *vel* marso(p)pium. ‖ 1044. *cf. ad v. 1036* | Id si *vel* ME. Ipse | abeat *vel* habeat ‖ 1045. Nec (*vel* Ne) dum: *corr Lamb* ‖ 1046. dicebant: *corr Ca* ‖

Haéc nilo esse míhi uidentur sétius quam sómnia.
Núnc ibo intro ad hánc meretricem, quámquam suscensét mihi,
Seí possum exoráre, ut pallam réddat, quam referám domum.

MENAECHMVS II. MESSENIO
ADVLESCENS SERVOS

ME. Mén hodie usquam cónuenisse te, aúdax, audes dícere, 1050
Póstquam aduorsum míhi imperaui ut húc uenires?
MES. Quín modo
Érupui, homines quí ferebant té sublimen quát⟨t⟩uor,
Apud hasce aedis. tú clamabas deúm fidem atque hominum ómnium,
Quóm ego accurro téque eripio uí pugnando, ingrátiis.
Ób eam rem, quia té seruaui, me ámisisti líberum. 1055
Quom árgentum dixí me petere et uása, tu quantúm potest
Praécucurristi óbuiam, ut quae fécisti infitiás eas.
ME. Líberum ego te iússi abire? ⟨MES.⟩ Cérto.
⟨ME.⟩ Qui⟨n⟩ certíssumumst
Mépte potius fíeri seruom, quám te umquam emittám manu.

1047. nihilo minus esse uidetur *Gellius* | setius *vel* secius (secus B^2): sectius *Gellius* | somnia *vel* somna ‖ 1048. succenset B^2 ‖ 1050. conuenisse te *vel* conuenisse ‖ 1051. quin *vel* quo ‖ 1052. ERUPUI: Eripui | qui te ferebant (*item A, ut vid*): *trai Gru* | sublimen *vel* sublimem ‖ 1054. uel inpugnando *vel* oppugnando: *corr Ca* ‖ 1055. Ob eam *vel* Obeatam ‖ 1056. argentum *vel* argento | potest *vel* potes: —s ‖ 1058. cui: *corr Sarac* ‖ 1059. Mepte *vel* Meapte | emittam *vel* emit a ‖

MENAECHMVS I. ADVLESCENS **MESSENIO.** SERVOS **MENAECHMVS II** ADVLESCENS

ME. I. Si uóltis per oculós iurare, nílo hercle ea causá magis 1060
Faciétis ut ego ⟨hinc⟩ hódie abstulerim pállam et spinter, péssumae.
MES. Pro di ímmortales, quíd ego uideo? ME. II. Quíd uides? MES. Speculúm tuom.
ME. II. Quíd negotist? MES. Tuást imago: tám consimilest quám potest.
ME. II. Pól profecto haud ést dissimilis, meám quom formam nóscito.
ME. I. Ó adulescens, sálue, qui me séruauisti, quísquis es. 1065
MES. Ádulescens, quaeso hércle, ⟨e⟩loquere tuóm mihi nomen, nísi piget.
ME. I. Nón edepol ita prómeruisti dé me, ut pigeat quaé uelis
⏑ ⏑ – mihíst Menaechmo nómen. ME. II. Immo edepól mihi.
ME. I. Sículus sum Syrácusanus. ME. II. †Ea domus et patriást mihi.
ME. I. Quíd ego ex te audio? ME. II. Hóc quod res est. MES. Nóui equidem hunc: erus ést meus.
Ego quidem huius séruos sum, sed mé⟨d⟩ esse huius crédidi. 1071

1061. *add Ri* (*v. bipart. in A*) | pessime *vel* pesmae || 1063. tumst | consiliaest (consimilis est B^2): ———LES: *corr Schoe* | Q————M (quantum, *ut vid*) || 1064. meam *vel* mea | quam (q, B^2): *corr Ac duce Py* | noscito *vel* nos scito || 1065. ———Q———Q(uis)Q——— | seruauisti *vel* seruasti || 1066. queso *vel* ques | *add Fl* | piger *vel* piget || 1067. Non medepol *vel* Non me edepol: *corr* B^2 || 1068. *lac sign Ri* || 1069. Siculus *vel* Si c/////dus || 1070. noui *vel* noui Noui | meus *vel* mihi || 1071. *add Pareus* ||

Ego hunc censebam té⟨d⟩ esse: huic etiam éxhibui negótium.
Quaéso ignoscas, síquid stulte díxi atque inprúdens tibi.
ME. II. Délirare míhi uidere. nón commeministí semul
Té hodie mecum éxire ex naui? MES. Énim uero aequom póstulas. 1075
Tú erus es: tu séruom quaere. tú salueto: tú uale.
Húnc ego esse aió Menaechmum. ME. I. Át ego me. ME. II. Quae haec fábulast?
Tú's Menaechmus? ME. I. Mé esse dico, Móscho prognatúm patre.
ME. II. Tún [a] meo patré's prognatus? ME. I. Ímmo equidem, adulescéns, meo.
Tuóm tibi neque óccupare néque praeripere póstulo. 1080
MES. Di ímmortales, spem ínsperatam dáte mihi, quam súspicor.
Nám nisi me animus fállit, hi sunt géminei germaní duo:
Nam ét patriam et patrém commemorant páriter qui fuerínt sibi.
Séuocabo erúm. Menaechme. ME. ⟨I et II.⟩ Quíd uis? MES. Non ambós uolo.
Séd uter uostr⟨or⟩úmst aduectus mécum naui? ME. I. Nón ego. 1085
ME. II. Át ego. MES. Te uolo ígitur. huc concéde. ME. II. Concessí. quid est?
MES. Íllic homo | aut sýcophanta aut géminus est fratér tuos.
Nam égo hominem homini⟨s⟩ símiliorem númquam uidi | álterum,

1072. *add Pareus* | exibui *vel* exhibui ‖ 1074. semul *vel* simul ‖ 1075. MES. *vel* ME. | enimuero aequom *vel* aequum ‖ 1076. estu *vel* es MES. tu | quaere tu *vel* quaere# | tu uale *vel* tu#tu uale ‖ 1077. Hunc *vel* MES. Hunc | menaechmum *vel* menechum ‖ 1079. a *vel* ã: *del Py* | adolescens meo *vel* adolescens ‖ 1081. Dii immortales *vel* Dum mortales | suspico: *corr* B^2 ‖ 1083. et patrem et matrem: *corr Lipsius* | qui *vel* que ‖ 1084. *add Ca* ‖ 1085. *add Gru* ‖ 1086. ME. At ego MES. *vel* MES. At ego ‖ 1088. *add Wesenbergius* ‖

Néque aqua aquae neque láctest lacti⟨s⟩, créde mihi, usquam símilius,
Quam híc tuist tuque húius autem: póst[ea] eandem patriam ác patrem 1090
Mémorat. meliust nós adire átque hunc percontárier.
ME. II. Hércle qui tu me ádmonuisti récte et habeo grátiam.
Pérge operam dare, ópsecro hercle. líber esto, si ínuenis
Húnc meum fratrem ésse. MES. Spero. ME. II. Et ego idem speró fore.
⟨MES.⟩ Quíd ais tu? Menaéchmum opinor té uocari díxeras. 1095
ME. I. Íta uero. MES. Huic itém Menaechmo nómen est. in Sícilia
Té Syracusís natum esse díxisti: hic natúst ibi.
Móschum tibi patrém fuisse díx⟨is⟩ti: huic itidém fuit.
Núnc operam potéstis ambo míhi dare et uobís simul.
ME. I. Prómeruisti ut néquid ores quód uelis quin ímpetres. 1100
[MES.] Tám quasi me emerís argento, líber seruibó tibi.
⟨MES.⟩ Spés mihist uos ínuenturum frátres germanós duos
Géminos, una mátre natos ét patre uno unó die.
ME. I. Míra memoras. útinam efficere quód pollicitu's póssi⟨e⟩s.
MES. Póssum. sed nunc ágite uterque id quód rogabo dícite. 1105
ME. I. Ýbi lubet, roga: réspondebo. níl reticebo quód sciam.

1089. Neque (*sic Priscianus*) *vel* MES. Nec | neque *Priscianus*: nec | *add Ri* ‖ 1090. *del Bo* ‖ 1091. melius est *vel* melius ‖ 1092. qui *vel* quin ‖ 1094. MES. spero MES. *vel* spero MES.: *corr Lamb* ‖ 1095. *add Lamb* | ais *vel* agis ‖ 1096. ME. Ita uero MES. *vel* Ita uero ‖ 1098. dixit *vel* dixti: *corr Pareus* ‖ 1101 sq. *del et add Ca* | inuenturos: *corr Lamb* ‖ 1104. pollicitus: *corr Lamb* | *add Ca* ‖ 1105. agite *vel* co(g)ite ‖

MES. Est tibi nomén Menaechmo? ME. I. Fáteor.
MES. Est itidém tibi?
ME. II. Est. MES. Patrem fuísse Moschum tíbi ais?
ME. I. Ita uero. ME. II. Ét mihi.
MES. Esne tu Syrácusanus? ME. I. Cérto. MES.
Quid tu? ME. II. Quíppini?
MES. Óptume usque adhúc conueniunt sígna. porro
operám date. 1110
Quíd longissumé meministi, díc mihi, in patriá tua?
ME. I. Cúm patre ut abií Tarentum ád mercatum:
póstea
Ínter homines mé deerrare á patre atque inde áuehi.
ME. II. Iúppiter supréme, serua mé. MES. Quid
clamas? quín taces?
Quót eras annos gnátus, quom te páter a patria |
áuehit? 1115
ME. I. Séptuennis: nám tunc dentes míhi cadebant
prímulum.
Néque patrem †umquam postilla uídi. MES. Quid?
uos t[r]úm patri
Fílii quot erátis? ME. I. Vt nunc máxume me-
miní, duo.
MES. Vter eratis, tún an ille, máior? ME. I. Aeque
ambó pares.
MES. Qui íd potest? ME. I. Geminei ámbo eramus.
ME. II. Dí me seruatúm uolunt.
MES. Si ínterpellas, égo tacebo. ME. II. Pótius taceo.
MES. Díc mihi: 1121

1108. ME. et *vel* et ‖ 1109. Esne *vel* Est ne | tu ME. *vel* tu scilicet ME. ‖ 1112. abiit arentum *vel* habitarem tum ‖ 1113. auehi *vel* abii(t) ‖ 1115. Quot *vel* MES. Quot | gnatus *vel* gnatos | quam *vel* cum | patria auehit *vel* patia uehit ‖ 1116. nam tunc *vel* iam nunc ‖ 1117. postilla *vel* pusilla *vel* postilli (post illac B^2) | *del Colvius* ‖ 1118. Filii quod eratis *vel* Fili quot erratis | maxime memini *vel* maximemini ‖ 1119. Vt erratis *vel* Vteratis: *corr* CD^2 ‖ 1120. ME. gemini *vel* geminei | eramus *vel* erramus ‖ 1121. ME. potius taceo *vel* potius tacebo ‖

Vno nomine ámbo eratis? ME. I. Mínume: nam mihi hóc erat,
Quód nunc est, Menaéchmo |, illum túm uocabant Sósiclem.
ME. II. Sígna adgnoui: cóntineri quín conplectar nón queo.
Mí[hi] germane gémine frater, sálue: ego sum Sósicles.
ME. I. Quómodo igitur póst Menaechmo nómen est factúm tibi? 1126
ME. II. Póstquam ad nos renúntiatumst te * * * * * *
* * * * * * * * ét patrem esse mórtuom,
Áuos noster mutáuit: quod tibi nómen est, fecít mihi.
ME. I. Crédo ita esse fáctum ut dicis. séd mihi hoc respondé. ME. II. Roga. 1130
⟨ME. I.⟩ Quíd erat nomen nóstrae matri? ME. II. Teúximarc⟨h⟩ae. ME. I. Cónuenit.
Ó salue, insperáte, multis ánnis post quem cónspicor.
ME. II. Fráter, et tu, quém ego multeis míserieis labóribus
Vsque adhuc quaesíui quemque ego ésse inuentum gaúdeo.
MES. Hóc erat, quod haéc te meretrix huíus uocabat nómine: 1135
Húnc censebat té esse, credo, quóm uocat te ad prándium.
ME. I. Námque edepol †hic mihi hodie iussi prándium adparári⟨er⟩
Clám meam uxorém, quoi pallam súrrupui dudúm domo:

1122. mihi hoc *vel* mihi ‖ 1123. sosiclen: *corr C* ‖ 1126. est factum *vel* est factum est ‖ 1127 sq. *lac sign Ri* ‖ 1129. quod *vel* quid ‖ 1130. ita esse *vel* ita | ME. roga *vel* roga ‖ 1131. Quod B^2 | teuxinarce: *corr Ri* | ME. conuenit *vel* conuenit ME. ‖ 1132. annis multis (*sic A*) *vel* multis annis | postquam (*sic A*) *vel* post quem ‖ 1133. ME. Frater et (*sic A*) *vel* Frater. ME. et | MULTEISMISERIEIS: multis miseris ‖ 1135. meretrix *vel* meritrix ‖ 1137. paraui (parari B^2) *vel* adparandum *vel* adprandium: *corr Ca duce Py* ‖ 1138. quia: *corr* B^2 ‖

Eám dedi huic. ME. II. Hanc dícis, frater, pállam quam ego habeo? ME. I. * *
Quómodo haec ad té peruenit? ME. II. Méretrix, ⟨quae⟩ huc ad prándium 1140
Me ábduxit, me síbi dedisse aiébat. prandi pérbene,
Pótaui atque accúbui scortum: pállam et aurum hoc ⏑ ⏑ – 1142
ME. I. Gaúdeo edepol, síquid propter mé tibi euenít boni: 1144
Nám illa quom te ad sé uocabat, †me esse crédidit.
MES. Númquid me moráre, quin ego líber, ut iustí, siem? 1146
ME. I. Óptumum atque aequíssumum orat, fráter: fac causá mea.
ME. II. Líber esto. ME. I. Quóm tu's liber, gaúdeo, Messénio.
MES. Séd meliorest ópus auspicio, ut líber perpetuó siem.
* * * * * * * * * * * * * * * 1150
ME. II. Quóniam haec euenére, frater, nóstra | ex senténtia,
Ín patriam redeámus ambo. ME. I. Fráter, faciam ut tú uoles.
Aúctionem hic fáciam et uendam quícquid est. nunc ínterim
Eámus intro, fráter. ME. II. Fiat. MES. Scítin quid ego uós rogo?
ME. I. Quíd? MES. Praeconiúm mihi ut detis. ME. I. Dábitur. MES. Ergo núnciam 1155

1139. DEDEI (*vel* IT) | habeo ME.: *post* HABEO *v. bipart.* || 1140. meretrix *vel* meritrix | *add Ri* || 1142. POTAUI: Dotaui | *lac sign Ca* || 1146. quin (*sic A, ut vid*) *vel* quan *vel* cum | iustis eam || 1149. meliore est (*sic A, ut vid*) *vel* melior est | 1150. *lac sign Ri* || 1151. EUENERE: euenerunt | nostra *etiam A* || 1052. AMBOFRATER# | ut tu (*sic A*) *vel* ut || 1153. est nunc (*sic A*) *vel* est || 1154. #FIAT#: fiat MES. (*vel* ME.) || 1155. MES. praeconium mihi ut detis ME. (*sic A*) *vel* MES. mihi praeconium uidetis ME. | #EGO: ergo ||

Vís conclamari aúctionem? ME. I. Fóre quidem die
séptimi.
⟨MES.⟩ Aúctio fiét Menaechmi máne sane séptimi.
Vénibunt seruí, su[p]pellex, fúndi | aedes: ómnia
Vénibunt quiquí licebunt, praésenti pecúnia.
Vénibit — uxór quoque etiam, síquis emptor uénerit.
Víx credo auctióne tota cápiet †quinquagesis aes. 1161
Núnc spectatorés ualete et nóbis clare plaúdite.

1156. #FORE: fore ‖ 1157. *add Ca* ‖ 1158 sqq. Venibunt (*bis*) *et* Venibit (*sic A*) *vel* Veniebunt *et* Veniebit ‖ 1161. tota auctione: *trai Bo* (*cum A, ut vid*) | QUINQUAGESISAES: quinquageseaes *vel* quinquagesies (quinquagies B^2) ‖ 1162. plaudite (*sic A*) *vel* applaudite ‖

T. MACCI PLAVTI

MERCATOR

GRAECA EMPOROS PHILEMONIS

PERSONAE

CHARINVS ADVLESCENS
AC[H]ANTHIO SERVOS
DEMIPHO SENEX
LYSIMACHVS SENEX
LORARIVS
EVTYCHVS ADVLESCENS
PASICOMPSA MERETRIX
DORIPPA MVLIER
SYRA ANVS ANCILLA
COCVS

ARGVMENTVM I

Missús mercatum | áb suo adulescéns patre
Emit átque adportat scíta forma múlierem.
Requírit quae sit, póstquam eam uidít, senex:
Confí⟨n⟩git seruos émptam matri pédisequam.
Amát senex hanc ác se simulans uéndere 5
Tradít uicino. eúm putat uxór sibi
Obdúxe scortum. túm Charinum | éx fuga
Retrahít sodalis, póstquam amicam | ínuenit.

---

2. Emit atque *vel* Emittat que ‖ 4. Conficit | pedi sequam *vel* pedissequam ‖ 5. ad se simulans *vel* se adsimulans: *corr Gru* ‖ 6. eum *vel* cum ‖ 7. Obduxe scortum *vel* Obduxisti cor tuum ‖

ARGVMENTVM II

Mercátum asotum fílium extrudít pater.
Is péregre missus rédimit ancillam hóspitis,
Amóre captus. †ut uehit, naue éxilit:
Pater áduolat, †uisam ancillam déperit.
Quoiús sit percontátur: seruos pédisequam 5
†Ab adulescente matri emptam ípsius.
Senéx sibi prospíciens, ut amicó suo
Veníret, natum orábat: natus, út suo.
Hic fílium subdíderat uiciní, pater
Vicínum. praemercátur ancillám senex. 10
Eám domi deprehénsam coniunx íllius
Vicíni scortum insímulat, protelát uirum.
Mercátor exspe[r]s pátria fugere déstinat:
Prohibétur a sodále, qui patrem íllius
†Orat cum suo patre, nato ut cederet. 15
[Absente cum lenone perfido.]

---

1. adsotium *vel* ase dum: *corr Ri* ‖ 2. milis: *corr Beroaldus* | hospitis *vel* militis ‖ 3. naue *vel* naui ‖ 5. percunctatur | seruus *vel* serui | pedis aequam *vel* pedissequam ‖ 6. adolescente *vel* adulescentem ‖ 8. Veniret *vel* Venire ‖ 10. Vicinus | praemercatur *vel* promercatur ‖ 11. coniunx *vel* coniux ‖ 13. *del Sarac* ‖ 14. Prohibere ‖ 15. cederet *vel* cederit ‖ 16. *secl Pius cum aliis* ‖

ACTVS I

CHARINVS
ADVLESCENS

Duas rés simul nunc ágere decretúmst mihi:
Et árgumentum et meós amores éloquar.
Non égo item facio, ut álios in comoédiis
Vi ⟨uí⟩di amoris fácere, qui aut nocti aút dii
Aut sóli aut lunae míserias narránt suas: 5
Quos pól ego credo | húmanas querimónias
Non tánti facere, quíd uelint quid nón uelint.
Vobís narrabo pótius meas nunc míserias.
(Graece haéc uocatur Émporos Philémonis:
Eadém latine Mércator Maccí Titi.) 10
Pater ád mercatum hi⟨n⟩c mé meus misít Rhodum:
Biénnium iam fáctumst, postquam abií domo.
Ibi amáre occepi fórma eximia múlierem.
Sed eam út sim inplicitus dícam, si operaest aúribus
Atque áduortendum ad ánimum adest benígnitas. 15
Et hóc parum †esse móre maiorum ínstiti:

---

1. decretumst *vel* ducere ñest · ‖ 3. idem ‖ 4. *add Vss* | qui *vel* quia | noctu aut die (*ex* dii *D*): *corr ex Servio Dan.* ‖ 5. narrant *vel* au narras ‖ 6. humanisque rimonias *vel* humanis querimoniis: *corr Ca* ‖ 7. tanti facere *vel* tacere | qđ uelin uelintq' non uelint *vel* quid uelint aut quid non uelint: *corr Ca* ‖ 9 sq. *secl Osannus* ‖ 9. emporus: *corr Angelius* ‖ 10. mactici *vel* mattici: *corr Ri* ‖ 11. *add Pius* | me meus *vel* meneus | r(h)odus ‖ 13. Abii: *corr Gru* | amare occepit *vel* occepi amare ‖ 14. sim *vel* sit | eam simplicitus dicam *Nonius* | opera est: *corr Bo* ‖ 15. aduortendam | ut: *corr Ac* ‖ 16. Et *vel* Fit | maiorum *vel* matorum ‖

†Per mea perconatus sum uos sumque inde exilico.
Nam amórem haec cuncta uítia sectarí solent:
Cura aégritudo nímiaque elegántia —
Haec nón modo illum quí amat, sed quemque áttigit 20
Magno átque solido múltat infortúnio:
Nec pól profecto quísquam sine grandí malo,
Prae quám res patitur, stúd⟨u⟩it elegántiae —
Sed amóri accedunt étiam haec quae dixí minus:
Insómnia, aerumna, érror, [et] terror ét fuga, 25
Inéptia stultítiaque adeo et témeritas[t],
Incógitantia, éxcors inmodéstia,
Petulántia et cupíditas, maliuoléntia:
Inhaéret etiam auíditas, †residia, iniuria,
Inópia, contumélia et dispéndium, 30
Multíloquium, parumlóquium: hoc ideo fít, quia
Quae níl attingunt ád rem nec sunt úsui [di]
Tam amátor profert saépe aduorso témpore.
Hoc, paúciloquium, rúrsum idcirco praédico,
Quia núllus usquam amátor adeos⟨t⟩ cállide 35
Facúndus, quae in rem [in]sí⟨n⟩t sua⟨m⟩ ut possít loqui.
Nunc uós mihi irasci ob múltiloquium nón decet:
Eodém quo amorem Vénus mi hoc legauít die.
Illúc reuorti cértum †et conata éloquar.
Princípio †atque animus phoebus aetate éxiit 40
Atque ánimus studio amótus puerilíst meus[t],
Amáre ualide coépi[t] hic meretricem. ílico

---

17. mea *vel* me ‖ 18. uicia sectari *vel* uitias sectare ‖ 19. Cura *vel* Curam ‖ 20. attigit *vel* attingit ‖ 21. solido *vel* solitudo | multat *vel* mutat ‖ 22. grandi *vel* grande ‖ 23. studit *vel* studet: *corr Ca* ‖ 24. quod dixi minus *vel* quae diximus ‖ 25. error et terror et *vel* errore terrore: *corr Ca* | fuga *vel* furga ‖ 28. mali (*vel* male) uolentia ‖ 29. Inheret *vel* Ineret ‖ 32. suntus uidi *vel* sunt uidi: *corr Ca* ‖ 33. proferri: *corr Py* ‖ 34. *dist Leo* | rursum idcirco *vel* sumit circo ‖ 35 sq. usquam *vel* unquam | adeos callide (*vel* adeo callidus) Facundusque in rem insit: *corr Ca* ‖ 38. mihi hac *vel* hac mihi: *corr Ca* ‖ 39. et *vel* i ‖ 41. puerilest (i *s.* u *scr.*) meust *vel* puerilest meumst (*vel* mecumst): *corr Py* ‖ 42. meretricem *vel* meritricem ‖

Res éxulatum ad íllam ⟨c⟩lam abibát patris:
Leno ínportunus, dóminus eius múlieris,
Vi súm⟨m⟩a[t] quicque ut póterat rapiebát domum. 45
Obiúr⟨i⟩gare páter haec noctes ét dies:
Perfídiam, iniustitiám lenonum exprómere:
Lacerári ualide suám rem, illius augérier.
Summo haéc clamore: intérdum mussa⟨ns⟩ cónloqui,
Abnúere, negitare ádeo me natúm suom. 50
Conclámitare tóta urbe et praedícere,
Omnés timerent mútu⟨i⟩tanti crédere.
Amórem multos ínlexe[t] in dispéndium:
Intémperantem, nón modestum, iniúrium
Trahere éx⟨ha⟩urire mé quod quirem ab sé domo[m]. 55
Ratióne pessumá me ea quae ipsus óptuma
Omnís labores ínuenisset pérfere⟨n⟩s
⟨A⟩móris ui di⟨f⟩fúnditare ac dí[e]dere.
Conuícium tot me ánnos iam se páscere[t].
Quod nísi puderet, né luberet uíuere. 60
Sese éxtemplo ex ephébis postquam excésserit,
Non[ne], út ego, ⟨a⟩mori néque desidiae in ótio
Operám dedisse[t], néque potestatém sibi
Fuísse: adeo arte cóhibitum esse ⟨se⟩ á patre.

---

43. Rex: *corr Pius* | ad *vel* at | iam: *corr Gul* ‖ 45. sumat quoque ut *vel* sumat quicque | rapiebat *vel* rapibus ‖ 46. Obiu(r)gare *vel* Obiurgaret: *corr Ri* ‖ 47. expromere *vel* expromeret ‖ 49. mussa *vel* missa: *suppl Pius* ‖ 50. Abnuere *vel* Abnueret | negitari adeo *vel* necitaria deo ‖ 51. Conclamitare *vel* Conclamitaret | praedicere *vel* praediceret ‖ 52. tenerent: *corr Ri* | mutu tanti *vel* mutuanti ‖ 53. inlexit: *corr Ca duce Py* ‖ 55. Trahere *vel* Traheret | *add Ca* | quirem *vel* querem | domum: *corr Ca* ‖ 56. Rationem pessumam ea eaque *vel* Ratione pessuma eaque: *correximus duce Ca* | ipsus *vel* ipsius ‖ 57. inuenisset *vel* inuenisse | perferis: *corr Scal* ‖ 58. Mori sui difunditari *vel* Mores uidi funditari: *corr Gul duce Ca* | diedere *vel* dieheret: *corr Gul* ‖ 59. Conuirium *vel* Coniurium | si: *corr Dousa* ‖ 60. nisi luderet: *corr Pius* | luberet *vel* luderet | uiuere *vel* uiueret uiueret ‖ 61. ex ephebis *vel* exphebis | excesseris ‖ 62. desidiae *vel* insidiae ‖ 63. potestatem *vel* potestam ‖ 64. Fuisse *vel* fuisset | esse *vel* esset | *add Ca duce Py* ‖

Multo ópere inmundo rústico se exércitum, 65
Neque nísi quinto anno quóque solitum uísere
Vrbem, átque extemplo inde, út spectauissét peplum,
Rus rúsum confestim éxigi[t] solitum á patre.
Ibi múlto primum sé⟨se⟩ familiárium
Labórauisse, quom haéc pater sibi díceret: 70
'Tibi arás, tibi occas[us], tíbi seris: tibi itém metes,
Tibi dénique iste páriet laetitiám labos'.
Postquám recesset uíta patrio córpore,
Agrúm se uendidísse atque ea pecúnia
Nauém, metretas quaé trecentas tólleret,
Parásse atque †eam semper scis uectatum úndique 76. 77
Adeó dum, quae[s] tum habéret, peperissét bona.
Me idém decere[t], si, út deceret mé, forem.
Ego mé ubi inuisum meó patri esse intéllego 80
Atque ódio me esse quoí placere[t] aequóm fuit,
Améns amansque †ut animum offirmó meum:
Dico ésse iturum mé mercatum, sí uelit,
Amórem missum fácere me, dum illi óbsequar.
Agit grátias mihi atque íngenium adlaudát meum, 85
[S]Et méa promissa nón neglexit pérsequi.
Aedíficat nauem cércyrum et mercís emit:
Paráta naui inpónit: praetereá mihi

---

66. Neque nisi *vel* Nequẽ nisi | positum: *corr Ri* | uisere *vel* ẽ || 68. rusum *vel* rursum || 69. *add Py* || 70. Laborauisse *vel* Labor agisse || 71. occasus *vel* occasis: *del Py* | seris *vel* saris *vel* eris | eidem: *corr Guy* | metis || 72. iste *vel* isti | labos *vel* babos *vel* habes || 73. recessit: *corr Lamb* | corpore *vel* corpora || 74. uendidisse *vel* uendidisset || 75. Nauem *vel* Nauim || 76 sq. parasse *vel* parasset | scis uectatum *vel* cis uectatam || 78. questum | peperisset *vel* peperisse || 79. diceret si ut diceret: *corr Py* || 80. esse *vel* esset || 81. esse (*vel* esset) me: *trai Py* | quod placeret: *corr Ca* || 82. amansque *vel* amasque || 83. esse *vel* esset | mercatum *vel* mercatus || 86. Sed: *corr Ri* | non neglexit *vel* non excleit || 87. nauem (*sic Nonius*) *vel* nauim | gubnatorū *vel* gerariam: *corr Ca ex Nonio* (*ubi* cyrcerum) | merces *Nonius* | emit (*sic Nonius*) *vel* sue || 88. Parata naui *vel* Patranaui ||

Taléntum argenti | ípse sua adnumerát manu:
Seruom úna mittit, qui ólim puero páruolo 90
Mihi paédagogus fúerat, quasi ut míhi foret
Custós. ⟨h⟩is sic conféctis nauem sóluimus.
Rhodúm uenimus, úbi quas merces uéxeram
Omnís ut uolui uéndidi ex senténtia:
Lucrum íngens facio praéterquam mihi méus pater 95
Dedit aéstimatas mérces. ita pecúlium
Confício grande. séd dum in portu illi ámbulo,
Hospés me quidam adgnóuit, ad cenám uocat.
Venió, decumbo, accéptus hilare atque ámpliter.
Discúbitum noctu ut ímus, ecce ad me áduenit 100
Muliér, qua mulier ália nullast púlcrior:
Ea nócte mecum illa hóspitis iussú fuit.
Vosmét uidete, quám mihi ualde plácuerit:
Postrídie hospitem ádeo, oro ut uendát mihi:
Dico eíus pro meritis grátum me et muném fore. 105
Quid uérbis opus est? ⟨é⟩mi | atque aduéxi heri.
Eam me áduexisse nólo resciscát pater.
Modo eám reliqui ad pórtum in naui et séruolum.
Sed quíd currentem séruom a portu cónspicor,
Quem náui abire uétui? timeo quíd siet. 110

ACANTHIO. CHARINVS
SERVOS ADVLESCENS

AC. Ex súmmis opibus uíribusque usque éxperire, nítere,
Erus út minor operá tua seruétur. age[n]dum,
Ac[h]ánthio,

---

89. abnumerat ‖ 90. una *vel* uana | a puero D^2 ‖ 92. isset: *corr Bo* | nauem *vel* nauim ‖ 95. facto ‖ 96. peculium *vel* peculum ‖ 101. qua *vel* quam | pulchrior *vel* pulchior ‖ 102. illa *vel* illi ‖ 104. oro *vel* ora ‖ 105. Dicens pro *Nonius* ‖ 106. uerbis opus est *vel* opus uerbis | mi *vel* mihi: *corr Pius* ‖ 107. resciscat *vel* reciscat *vel* rescitat ‖ 110. uetui timeo *vel* uet(it)uite meo | siet *vel* sit ‖ 111 sqq. *turbas dittographiasque reliquimus* ‖

Abige ábs te lassitúdinem: caue pígritiae praeuórteris.
Simul énicat suspíritus: uix súffero hercle anhélitum.
Simul aútem plenis sémitis qui aduórsum eunt aspéllito, 115
Detrúde, deturba ín uiam. haec dísciplina hic péssumast:
†Currenti, properanti haud quisquam dígnum habet decédere.
Ita trés simitu rés agendae súnt, quando unam occéperis:
Et cúrrendum et pugnándum et autem iúrigandumst ín uia.
CHA. Quid illúc est, quod ille tam éxpedite exquírit cursurám sibi? 120
Cura⟨é⟩st, negoti quíd sit aut quid núntiet. AC. Nugás ago:
Quam réstito, tam máxume res ín periclo uórtitur.
CHA. Malí nescioquid núntiat. AC. Genua húnc cursorem déserunt.
Perií: seditioném facit lien, óccupat praecórdia.
Perii: ánimam nequeo uórtere: nimis níl⟨i⟩ tibicén siem. 125
CHA. At tu édepol sume láciniam atque abstérge sudorém tibi.
AC. Numquam édepol omnes bálineae mihi hanc lássitudinem éximent.
Dómin an foris dicam ésse erum Charínum? CHA. Ego animi péndeo.

---

113. Abige *vel* Accepi ‖ 114. enicat spiritus *vel* emicat suspiritus ‖ 115. plenissimetis *vel* plenissime: *corr Ri* ‖ 116. Detrude deturba in *vel* Detrudetur iam in ‖ 117. heu *vel* haud ‖ 118. Ita tres (*sic Nonius*) *vel* Itres | simitu (simetu *vel* simitu *codd Nonii*) *vel* simul | una hoccoeperis *codd Nonii* ‖ 119. iurigandum est *vel* iurgandum est ‖ 120. illuc *vel* illud ‖ 121. *add Bent* | nuntiet *vel* nuntient ‖ 122. resisto: *corr Bent* ‖ 125. *add Ca* ‖ 126. sume *vel* sume tibi ‖ 127. eximent *vel* eximeant ‖ 128. Domin an *vel* Domi nam ‖

Quíd illud sit negóti lubet scire [me] éx hoc †metu ut sim certus.
AC. Át etiam asto? at étiam cesso fóribus facere hisc⟨e⟩ ássulas? 130
Áperite aliquis. úbi Charinus érus, domin est án foris?
Num quísquam adire ad óstium dignum árbitratur? CHA. Écce me,
Ac[h]ánthio, quem quaéris. AC. Nusquamst dísciplina ignáuior.
CHA. Quae té malae res ágitant? AC. Multae, ere, te átque me.
CHA. Quid ést negoti? AC. Péri⟨i⟩mus.
CHA. †Principium inimicís dato. 136[a]
AC. At tíbi sortito id óptigit. 136[b]
CHA. Loquere íd negoti quícquid est. AC. Placidé: uolo adquiéscere.
Tua caúsa rupi rámites: iam dúdum sputo sánguinem.
CHA. Resínam ex melle Aegýptiam uoráto: saluom féceris.
AC. At édepol tu calidám picem bibito: aégritudo abscésserit. 140
CHA. Hóminem ego iracúndiorem quám te noui néminem.
AC. Át ego maledicéntiorem quám te noui néminem.
CHA. Sín saluti quód tibi esse cénseo id consuádeo?
AC. Ápage istiusmodí salutem ⟨cúm⟩ cruciatu quae áduenit.
CHA. Díc mihi, an boní quid usquamst, quód quisquam uti póssi⟨e⟩t 145
Síne malo omni aut né laborem cápias, quom illo utí uoles?

---

129. illuc *vel* illud | *del Ac* | metu ut *vel* metuit | 130. asto *vel* assto *vel* asstro | *add Ca* | 131. charinus erus domin est an foris *vel* charinum seruus domine stant fores: *distinximus* | 134. male res *vel* res mala | Multę ere te *vel* Multa ececte | 135. *add Ca* | 138. tui *Nonius* | ramites *vel* tramites | iam dudum: ramices atrum dum *Nonius* | 141. Hominem ego *vel* Hominem | 144. *add Py* | 145. *add Ca* |

AC. Néscio ego istaec: phílosophari númquam didici néque scio.
Égo bonum malúm quo accedit míhi dari haud desídero.
CHA. Cédo tuam mihi déxt⟨e⟩ram: age[n]dum, Ac[h]ánthio. AC. Em, dabitúr: tene.
CHA. Vín tu te mihi óbsequentem esse án neuis? AC. Operá licet 150
Éxperiri, quí me rupi caúsa currendó tua,
Vt quae scirem scíre actutum tíbi liceret. CHA. Líberum
Cáput tibi faciám ⟨cis⟩ paucos ménsis. AC. Palpo pércutis.
CHA. Egon ausim tibi úsquam quicquam fácinus falsum próloqui?
Quín iam prius quam sum éloqutus scís, si mentirí uolo. AC. Ah, 155. 156
Lássitudinem hércle uerba túa mihi addunt: énicas.
CHA. Sícine mihi obsequéns es? AC. Quid uis fáciam? CHA. Tun? id quód uolo.
AC. Quíd ⟨id⟩ est igitur quód uis? CHA. Dicam. AC. Díce. CHA. At enim placidé uolo.
AC. Dórmientis spéctatores métuis ne ex somno éxcites? 160
CHA. Vaé tibi. AC. Tibi équidem a portu adpórto hoc. CHA. Quid fers? díc mihi.
AC. Vím, metum, cruciátum, curam iúrgiumque atque ínopiam.
CHA. Péri⟨i⟩, tu quidém thensaurum huc míhi adportauistí mali.

---

148. quo *vel* quod ‖ 149. tuam mihi *vel* mihi tuam | *add Sarac* | em *vel* hem ‖ 150. obesse sequentem: *trai Scal* ‖ 151. qui *vel* quam ‖ 153. *add Gru duce Ac* | percutit *Nonius* ‖ 155 sq. elocutus *vel* eloquius | scisset *vel* scisse: *corr Ca* | Ha *vel* Ach *vel* Ah ‖ 158—161. *personas permutant libri: corr Angelius* ‖ 158. Sicine *vel* Sitiine | Tun *vel* Tum ‖ 159. *add Bent duce Py* | placide *vel* placidē ‖ 161. a *vel* ad ‖ 163. *add Sarac* | thensaurum hunc *vel* thesaurum huc ‖

Núllus sum. AC. Immo es — CHA. Scío iam, miserum díces. AC. Tu dixti: †ego taceo.
CHA. Quíd istuc est malí? AC. Ne rogites: máxumum infortúniumst. 165
CHA. Óbsecro, dissólue iam me: nímis diu animi péndeo.
AC. Plácide: multa exquírere etiam príus uolo quam uápulem.
CHA. Hércle uero uápulabis, nísi iam loquere aut hínc abis.
AC. Hóc sis uide, ut palpátur: nullust, quándo occepit, blándior.
CHA. Óbsecro hercle oróque ut istuc quíd sit actutum índices: 170
Quándoquidem mihi súpplicandum séruolo uideó meo.
AC. Tándem indignus uídeor? CHA. Immo dígnus. AC. Equidem crédidi.
CHA. Óbsecro, num náuis periit? AC. Sáluast nauis: né time.
CHA. Quíd alia armaménta? AC. Salua et sána sunt. CHA. Quin tu éxpedis,
Quíd siet quod mé per urbem cúrrens quaerebás modo?
AC. Túquidem ex ore orátionem míhi eripis. CHA. Taceó. AC. Face. 176
Crédo, si boní quid ad te núntiem, instes ácriter,
Quí nunc, quom malum aúdiendumst, flágitas me ut éloquar.
CHA. Óbsecro hercle te, ístuc ut tu míhi malum faciás palam.
AC. Éloquar: quandóquidem me oras. túos pater — CHA. Quid méus pater? 180

---

164. dixi *vel* dixti | taceo *vel* taces || 166. me *vel* ne || 168. iam *vel* aiam || 169. *iteratur in B post 170* | sis *vel* si | palpatur *vel* palpator || 174. armamenta *vel* ornamenta || 176. Tace: *corr Bo* || 178. audiendumst *vel* audiendum si || 179. ut *vel* uti | palam *vel* palum || 180. oras *vel* ocras ||

AC. Túam | amicam — CHA. Quíd eam? AC. Vidit.
CHA. Vídit? uae miseró mihi.
Quí potuit uidére? AC. Oculis. CHA. Quó pacto?
AC. Hiántibus.
CHA. Ín hinc dieréctus? nugare ín re capitalí mea.
AC. Quí, malum, ego nugór, si tibi quod mé rogas respóndeo?
CHA. Hóc quod te [inter]rogó responde. AC. Quín tu siquid uís roga. 185
CHA. Cérten uidit? AC. Tám hercle certe, quám ego te aut tu mé uides.
CHA. Vbi eam uidit? AC. Íntus intra náuem |, ut prope ástitit,
Ét cum ea confábulatust. CHA. Pérdidisti mé, pater.
Ého tu, eho tu, quín cauisti, ne eám uideret, uérbero?
Quín, sceleste, ⟨eam⟩ ábstrudebas, né eam conspicerét pater? 190
AC. Quía negotiósi eramus nós nostris negótiis:
Ármamentis cómplicandis, [et] cómponendis stúduimus.
Dum haéc aguntur, lémbo aduehitur túos pater pauxíllulo,
Néque quisquam hominem cónspicatust, dónec in †naui super.
CHA. Néquiquam mare súbterfugi †saeuis tempestatibus. 195. 196
Équidem me iam cénsebam esse in térra atque in tutó loco:
Vérum uideo mé⟨d⟩ ad saxa férri saéuis flúctibus.
Lóquere porro, quíd sit actum. AC. Póstquam aspexit múlierem,

---

181. Quid eam *vel* Quidam | *sequitur in libris v. 185: trai Ac* ‖ 183. In *vel* I | hinc *vel* hoc | capitali *vel* capitalia ‖ 184. respondeo *vel* respondebo ‖ 185. *cf. ad 181* | *del Bent* ‖ 187. uidit AC. *vel* AC. uidit | nauem *vel* nauim | prope *vel* prorę ‖ 189. tu eho tu quin *vel* tu hoc | ne *vel* neue ‖ 190. *add Bent* ‖ 192. *del Ca* ‖ 193. paxillulo *libri Nonii* ‖ 194. conspicatust *vel* conspicatus ‖ 195. saeuis tempestatibus *vel* subt'atuis temptatib; ‖ 197. me *vel* meo ‖ 198. *add Guy* ‖ 199. Loquere *vel* Loquero | actum *vel* actutum ‖

Rógitare occepít, quoia esset. CHA. Quíd respondit? AC. Ílico 200
Óccucurri atque ínterpello: mátri te ancillám tuae
Émisse illam. CHA. Vísun ⟨es⟩t tibi crédere id? AC. Etiám rogas?
Séd scelestus súbigitare occépit. CHA. Illamne óbsecro?
AC. Mírum quin me súbigitaret. CHA. Édepol cor miserúm meum,
Quód guttatim cóntabescit, quási in aquam indiderís salem. 205
Périi. AC. Em istuc únum uerbum díxisti uerís-sumum.
⟨CHA.⟩ Stúltitia istaec ést. [CHA.] quid faciam? crédo, non credét pater,
Sí illam matri meaé ⟨me⟩ emisse dícam. post autém mihi
Scélus uidetur mé parenti próloqui mendácium.
Néque ille credet néque credibilest fórma eximia múlierem 210
Eám me emisse ancíllam matri. AC. Nón taces, stultíssume?
Crédet hercle: nám credebat iám mihi. CHA. Metuó miser,
Né patrem prehéndat, ut sit gésta res, suspício.
Hóc quod te rogó responde, ⟨quaéso.⟩ AC. Quaeso, quíd rogas?
CHA. Núm esse amicam súspicari uísus est? AC. Non uísus est. 215
Quín quicque ut dicébam mihi credébat. CHA. Verum, ut tíbi quidem
Vísus est. AC. Non, séd credebat. CHA. Vaé mihi misero: núllus sum.

---

200. cui *vel* cuius: *corr Scal* | Ilico *vel* Illico ‖ 201. Occucurri *vel* Occurri | matri te *vel* matrie ‖ 202. uisunt *vel* uisum: *corr Bo* ‖ 203. subigitare *vel* subigitari ‖ 204. quid *Nonius* ‖ 205. Quo *Nonius* | aqua *Nonius* ‖ 206. Em *vel* Hem ‖ 207. *add et del Py* ‖ 208. *add Ac* ‖ 210. eximia *vel* exumia ‖ 214. *add Ri* ‖ 215—217. AC. Non — quidem Visus est *solus habet B* ‖

Séd quid ego hic in lámentando péreo, ad nauem nón eo?
Séquere. AC. Si istac íbis, commodum óbuiam ueniés patri.
†Postea aspicit te timidum esse átque exanimatum, ílico 220
Rétinebit, rogitábit unde illam émeris, quanti émeris:
Tímidum temptabít te. CHA. Hac ibo pótius. iam censés patrem
Ábi⟨i⟩sse a portú? AC. Quin e⟨a⟩ ego huc praécucurri grátia,
Né te opprimeret ínprudentem atque électaret. CHA. Óptume.

ACTVS II

DEMIPHO
SENEX

Mirís modis di lúdos faciunt hóminibus 225
Mirísque exemplis sómnia in somnís danunt.
Velút ego nocte hac quaé praeteriit próxuma
In sómnis egi sátis et fui homo exércitus.
Mercári uisus míhi sum formosám capram.
Ei né noceret quám domi ante habuí capram 230
Neu díscordarent, [ni]si ámbae in uno essént loco,
Postérius quam mercátus fueram, uísus sum

---

218. nauem *vel* nauim ‖ 220. aspicit te *vel* aspicite | exanimatum *vel* exanimatu ‖ 221. illam emeris *vel* illa meneris ‖ 222. ibo *vel* ibi ‖ 223. Quine ego huc *vel* Quin ego hac: *add Ca* ‖ 224. electaret *vel* eiectaret ‖ 225. di *vel* dii *vel* du: *om Donatus* ‖ 226. omnia *Donatus* | donant *vel* clamant: *corr ex Rud. 594* ‖ 228. In somnis *vel* in somnis In somnis | fui *vel* ful ‖ 231. ambae in uno *vel* ambo nunc ‖

In cústod⟨e⟩lam símiae concrédere.
Ea símia adeo póst haud multo ad mé uenit,
Male míhi precatur ét facit conuícium: 235
Ait sése illius ópera atque aduentú caprae
Flagítium et damnum fécisse haud medíocriter:
Dicít capram quam déderam seruandám sibi
Suaé | uxoris dótem ambedisse óppido.
Mihi illúd uideri mírum, ut una illaéc capra 240
Vxóris simiái dotem ambéderit.
Instáre factum símia atque hoc dénique
Respóndet: ni properem íllam ab sese abdúcere,
Ad mé domum intro ad uxórem ducturúm meam.
Atque óppido hercle béne uelle illu⟨d⟩ uísus sum, 245
Ast nón habere quoí commendarém capram:
Quo mágis, quid facerem, cúra cruciabár miser.
Intérea ad me haedus uísust adgredírier.
Infít mihi praedicáre sese ab símia
Capram ábduxisse et coépit inridére me: 250
Ego ením lugere atque ábductam illam aegré pati.
Hoc quam ád rem credam pértinere sómnium
Nequeo ínuenire: nísi capram illam súspicor
Iam me ínuenisse quaé sit aut quid uóluerit.
Ad pórtum hinc abii máne cum lucí semul. 255
Postquam íd quod uolui tránsegi, atque ego cónspicor
Nauem éx Rhodo quast héri | aduectus fílius.

---

233. custodiam: *corr Gru* | simiae (*vel* si////miae) concredere *vel* si aecongredere ‖ 236. sese illius opera *vel* se illius caprã opera ‖ 239. ambedisse *vel* ambededisse ‖ 240. illaec *vel* ancilla et una ‖ 241. simiae dotem ambederit *vel* simia dote dederit: *corr Mue* ‖ 244. meam *vel* meum ‖ 245. 246. *ordine inv libri: trai Gul* ‖ 245. illi: *corr Bo* ‖ 247. QUAMAGIS: Quod agis: *corr Ca* ‖ 248. ADMEHAEDUS: ad me hedus *vel* hedus ad me | uisust (*sic A*) *vel* uisus est *vel* uis # ‖ 249. SESSE ‖ 250. ADDUXISSE | INRIDERI ‖ 251. lugere *vel* ludere: LUḆERE (*vel* Ḍ) | ABDUCTAMILLAMAEGREPATI: illam abductam conqueri *vel* abductam conquiri ‖ 252. quam (*sic A*) *vel* quod ‖ 255. luce: *corr Ca* (*fort. cum A*) | simul (*sic A*) *vel* semul ‖ 256. IDQUOḌUOLUI: id hic (*vel* hic id) quod uolui (*vel* uoluit) | atque: IBI ‖ 257. Nauem (*sic A, Priscianus*) *vel* Nauim ‖

Conlúbitumst illuc míhi nescioqui uísere.
Inscéndo in lembum | átque ad nauem déuehor:
Atque íbi ego aspicio fórma eximia múlierem, 260
Filíus quam aduexit méus matri ancillám suae.
Quam ego póstquam aspexi, nón ita amo ut saneí solent
Hominés, sed eodem pácto ut insaneí solent.
Amáui equidem hercle ego ólim in adulescéntia:
Verum ád hoc exemplum númquam, ut nunc insánio. 265
Vnúm quidem hercle iám scio, periísse me.
Vosmét uidete céterum quantí siem.
Nunc hóc profecto seíc est: haec illást capra.
Verum hércle simia ílla atque haedus m⟨íhi mal⟩um
Adpórtant. atque eos ésse quos deicam haúscio. 270
Sed cónticiscam: nam éccum it uicinús foras.

LYSIMACHVS. DEMIPHO. LORARIVS
SENES II

LY. Profécto ego illunc ⟨h⟩ircum castrarí uolo
Rurí qui uobeis éxhibet negótium.
DE. Nec ómen illud míhi nec auspiciúm placet:
Quasi hircum metuo ne úxor me castrét mea, 275
Ac métuo ne illaec símiae partís ferat.

---

258. CONLIBITUNST | ILLUCMIHI: illud mihi *vel* mihi | uisere (*sic A*) *vel* miser || 259. INSCENDOIN: Ascendi in *vel* escendum | lembum (*sic A*) *vel* limbum | nauem (*sic A, ut vid*) *vel* nauim | DEUEHOR: aduehor *vel* adueor || 260. IBIEGO: ego illam (*vel* illic) | eximiam *vel* exumia: *corr D² cum A* || 262. amo (*sic A*) *vel* amarem || 264. EQUIDEMHERCLE: hercle equidem || 266. PERIEI(SSE) || 267. QUANTISIEM: quanti sim *vel* qui siem || 269. UERUMHERCLE: Sed | M******UM (*suppl Ri*): timeo quid uelint || 270. *solus A habet* || 271. conticiscam (*sic A*) *vel* conticescam | NAMECCUMITUICINUS: uicinum eccum exit || 272. illuncircum (*sic A*) *vel* illum circum || 273. Ruri qui (*sic A*) *vel* Rura que | UOBEIS: nobis | exhibet (*sic A*) *vel* exibent || 274. illud (*sic A*) *vel* illuc | mihi nec (*sic A*) *vel* mihi || 275. hircum (*sic A*) *vel* yrcum *vel* id qm̃ | NEMEUXORCASTRET || 276. ACMETUONEILLAEC: Atque illius haec nunc ||

LY. I tu híne ad uillam atque ístos rastros uílico,
Pisto ípsi facito ut córam tradas ín manum.
Vxóri facito ut núnties negótium
Mihi ésse in urbe, né me expectet: nám mihi 280
Tris hódie leiteis iúdicandas deícito.
Ei et hóc memento †dicere. LO. Numquid ámplius?
LY. Tantúmst. DE. Lysimache, sálue. LY. Eugae, Démipho,
Saluéto. quid agis? quíd fit? DE. Quod misérrumus.
LY. Dei mélius faxint. DE. Dei hóc quidem faciúnt. LY. Quid est? 285
DE. Dicám, si uideam tíbi | esse operam aut ótium.
LY. Quamquám negotiúmst, siquid ueis, Démipho,
Non sum óccupatus úmquam amico operám dare.
DE. Benígnitatem tuám mihi experto praédicas.
Quid tíbi ego aetatis uídeor? LY. Acherúnticus, 290
Senéx uetus, decrépitus. DE. Peruorsé uides:
Puer súm, Lysimache, séptuennis. LY. Sánun es
Qui púerum te esse dícas? DE. Vera praédico.
LY. Modo hércle in mentem uénit, quid tu deíceres:
Senéx quom extemplost, iám nec sentit néc sapit, 295
Aiúnt solere eum rúrsum repueráscere.
DE. Immó bis tanto uáleo quam ualuí prius.
LY. Bene hércle factum et gaúdeo. DE. Immo sí scias,
Oculeís quoque etiam plús iam uideo quám prius.
LY. Benést. DE. Malae re deíco. LY. Iam istuc nón benest. 300
DE. Sed aússimne ego tibi éloqui fidéliter?

---

278. UTCORAM: coram ut ‖ 283. TANTUMSTLYSIMACHE ‖ 284. SALUETO: Salueo *vel* salue.o ‖ 285. faxint *vel* faxim: FACIENT | faciunt (*sic A*) *vel* faciant | QUIDST ‖ 289. EXPORTO ‖ 290. acherunticus (*sic A*) *vel* acherunticas ‖ 292. lysimache (*sic A*) *vel* lusimache ‖ 293. praedico (*sic A*) *vel* praedio ‖ 294. ERCLE ‖ 296. rursum (*sic A*) *vel* rusum ‖ 298. ERCLE | SISCIAS: scias ‖ 300. mala ere *vel* mala re (malae rei *in A quadrat*) | BENEST: bonum est ‖ 301. AUSSIMNE: ausimne | FIDELITER: siquid uelim ‖

LY. Audácter. DE. Animum aduórte. LY. Fiet sédulo.
DE. Hodie eíre occepi in lúdum litterárium:
Lysímache, ternas scío iam. LY. Quid ternás? DE. Amo.
LY. Tun cápite cano amás, senex nequíssume? 305
DE. Si cánum seu istuc rútilum siue atrúmst, amo.
LY. Ludíficas nunc tu me heíc, opinor, Démipho.
DE. Decíde collum stánti, si falsúm loquor:
Vel út scias me amáre, cape cultrum ác seca
Digitúm uel aurem uél tu nassum uél labrum: 310
Sei móuero me seú secari sénsero,
Lysímache |, auctor sum út me amando | énices.
LY. Si umquám uidistis píctum amatorem, ém illic est.
Nam meó quidem animo uétulus, decrepitús senex
Tantídemst, quasi sit sígnum pictum in páriete. 315
DE. Nunc tú me, credo, cástigare cógitas.
LY. Egon té? DE. Nil est iam quód tu mihi suscénseas:
Fecére tale ante áliei spectatí uirei.
Humánum amarest átque id uei optingít deum. 319. 320
Ne sís me obiurga: hoc nón uoluntas me ímpulit.
LY. Qui⟨n⟩ nón obiurgo. DE. At né deteriorém tamen
Hoc fácto ducas. LY. Égon[e] te? a[t]h[e], ne di síuerint.

---

303. OCCEPIINLUDUM: inludum occepi | LITTERARIUM: literarum || 304. lysimache (*sic A*) *vel* lusimache | amo: SCIO || 305. SENEXNEQUISSIMEHOMO || 306. RUTILUNST | ATRUNST || 308. STANTISIFALSUM: si falsum stati *vel* si falsum ad te | LOQUOR: loquar || 309. ACSECA: seca || 310. NASSUM (*ut vid.*): nasum || 311. secari sensero (*sic A*) *vel* secare censeor || 312. enices (*sic A*) *vel* hic ē || 313. uidistis (*sic A*) *vel* uidisti | em (*sic A*) *vel* hem || 314. uetulus: PLANE || 315. Tantidem (*vel* Tam idem) est: TANTIDEST || 318. Fecere (*sic A*) *vel* Facere || 319 sq. amarest (*sic A*) *vel* amare si | ATQ·IDUELOPTINGITDEUM (*ubi* uei *Gertzius*): humanum autem ignoscere est || 321. NESISME: Nescis me (*vel* ne) | obiurga (*sic A*) *vel* obiurgare || 322. *add Py* || 323. *del Bo* | athene desiuerint: *corr Ca* ||

DE. Vide sís modo etiam. LY. Vísumst. DE. Certen? LY. Pérdis me.
Hic homo éx amore insánit. numquid uís? DE. Vale. 325
LY. Ad pórtum propero: nám ibi mihi negótiumst.
DE. Bene ámbulato. LY. Béne uale[to]. DE. Bene sít tibi.
Quin míhi quoque etiamst ád portum negótium:
Nunc ádeo ibo illuc. séd optume gnatúm meum
Video, éccum. opperiar hóminem. hoc †nunc mihi uisost opus, 330
Huic pérsuade⟨re⟩ quó modo potís si⟨e⟩m,
Vt íllam uendat néue det matrí suae:
Nam ei dóno aduexe audíui. †sed praecautost opus,
Ne hic íllam me animum adiécisse aliqua séntiat.

CHARINVS. ADVLESCENS — **DEMIPHO** SENEX

CHA. Homo mé miseriór nullus ést aeque, opínor, 335
Neque áduorsa quoí plura sínt sempitérna.
Satin quícquid est quam rem agere óccepi,
Proprium nequit mihi euenire quod cupio?
Ita míhi mala res aliqua óbicitur,
Bonum quaé meum conprimit cónsilium. 340
Míser amicam míhi paraui ánimi causa, prétio eripui,
Ratús clam patrém ⟨me⟩ meúm posse habére:
Is résciuit ét uidit ét perdidít me.
Neque ís quom rogét quid loquár cogitátumst:
Ita ánimi decem ín pectore íncerti cértant. 345

---

327. ualeto *vel* ualete: *del Guy* ‖ 328. etiamst *vel* etiam si ‖ 329. optume gnatum *vel* optum ec natum ‖ 331. re *add* D^2 | e *add Ca* ‖ 332. neue det *vel* ne uendat ‖ 333. ei dono (*vel* domo) *vel* idoneo ‖ 335. aeque *vel* atque ‖ 337. occepi *vel* occepit ‖ 338. *cf. ad Men. 110* | nequit *vel* nequid ‖ 342. clam *vel* dam | *add Bent* ‖ 344. Neque is *vel* Nequis | cogitatumst *vel* cogitat unde est ‖

Nec quíd corde núnc consilí capere póssim,
Sció: tantus cúm cura meóst error ánimo:
Dum sérui meí perplacét mihi consílium,
Dum rúrsum haud placét nec patér potis uidétur
Indúci, ut putét matri ancíllam emptam esse íllam. 350
Nunc sí dico ut rés est atque íllam mihí me
Emísse indicó, quem ad modum éxistumét me?
* * * * * * * * * * * * * * *
Atque íllam abstrahát, trans mare híne uenum aspórtet.
Sció saeuos quám sit domó doctus †igitur. 355
Hócinest amáre? arare máuelim quam síc amare.
Iam hinc ólim ⟨me⟩ inuítum domo éxtrusit áb se:
Mercátum ire iússit: ibi hóc malum ego inuéni.
Vbi uoluptatem aégritudo uíncat, quid ibi inést amoeni?
Nequíquam abdidi, ábscondidi, ábstrusam habébam: 360
Muscást meus patér, nil potést clam illum habéri,
Néc sacrum nec tám profanum quícquamst, quin ibi ílico adsit.
Néc qui rebus meís confidam, míhi ulla spes in córde certast.
DE. Quíd illuc est quod sólus secum fábulatur fílius?
Sóllicitus mihí nescioqua ré uidetur. CHA. Áttatae, 365
Méus pater hicquidémst quem uideo. ibo, ádloquar. quid fít, pater?
DE. Vnde incedis? quíd festinas, gnáte mi? CHA. Recté, pater.
DE. Íta uolo. sed istúc quid est, tibi quód commutatúst color?

---

347 sq. meost error *vel* meus terror | *dist Ribbeckius* | serui mei *vel* mei serui ‖ 352. *lac sign Ri* ‖ 357. *add Ri* | extrusit *vel* extruxit ‖ 358. *ab* ACM *v. initium cepit in A, ut vid* ‖ 360. abscondidi *vel* abscondi | abstrusam *vel* abstruxsam ‖ 362. quicquamst *vel* quicquam si | quin *vel* quid ‖ 363. in corde certast *vel* in corde est *vel* est in corde ‖ 364. illuc est *vel* illuc | solus *vel* solum | fabulatur *vel* fabuletur ‖ 365. At tace *vel* atate: *corr Palm* ‖ 366. pater hicquidem est (*sic A, ut vid*) *vel* quidem hic pater est | uideo ibo *vel* uideo ‖

Númquid tibi dolét? CHA. Nescioquid méo animost aegré, pater.
Póste hac nocte nón quieui sátis me⟨a⟩ ex senténtia. 370
DE. Pér mare ut uectú's, nunc oculi térram mirantúr tui.
CHA. †Magis opinor. DE. Íd est profecto: uérum actutum abscésserit.
Érgo edepol pallés: si sapias, eás ac decumbás domi.
CHA. Ótium non ést: mandatis rébus praeuortí uolo.
DE. Crás agito, peréndie agito. CHA. Saépe ex te audiuí, pater: 375
Reí mandatae omnís sapientis prímum praeuortí decet.
DE. Áge igitur: nolo áduorsari tuam áduorsum senténtiam.
CHA. Sáluos sum, siquidem ísti dicto sólida et perpetuást fides.
DE. Quíd illuc est, quod ille á me solus se ín consilium séuocat?
[Iam] Nón uereor ne illám me amare hic pótuerit rescíscere: 380
Quíppe ⟨h⟩aud etiam quícquam inepte féci, amantes út solent.
CHA. Rés adhuc quidem hércle in tutost. nam húnc nescire sát scio
Dé illa amica: quód si sciret, ésset alia orátio.
DE. Quín ego hunc adgrédior de illa? CHA. Quín ego hinc me amólior?
Éo ego, ut quae mandáta †amicus amicis tradam. DE. Immó mane: 385
Paúcula etiam scíscitare príus uolo. CHA. Dic quíd uelis.

---

370. Poste *vel* Postea ‖ 371. uectus: *corr Ri* ‖ 372. MAGISO**NORI— ‖ 373. palles *vel* palle ‖ 375. agito perendie *vel* agio pere die ‖ 378. dicto *vel* dicito ‖ 379. illa me *vel* mea me: *corr Angelius* | se *vel* sed | ECAT, *ut vid, in fine A* ‖ 380. *del Brixius* | uereor *vel* uereo | resciscere *vel* rescistere ‖ 381. aut | feci amantes *vel* faciam ante ‖ 382. hunc *vel* huc ‖ 385. amicus *vel* amicum ‖ 386. sciscitare *vel* suscitare ‖

DE. Ýsquene ualuistí? CHA. Perpetuo récte, dum quidem illíc fui:
Vérum in portum huc út sum aduectus, néscioqui animus míhi dolet.
DE. Naúsea edepol fáctum credo: uérum actutum abscésserit.
Séd quid ais? ecquám tu aduexti tuaé matri ancillám Rhodo? 390
CHA. Áduexi. DE. Quid? ea út uidetur múlier? CHA. Non edepól mala.
DE. Ýt moratast? CHA. Núllam uidi mélius mea senténtia.
DE. Míhi quidem edepol uísast, quom illam uídi — CHA. Eho, an uidistí, pater?
DE. Vídi: uerum nón ex usu nóstrost neque adeó placet.
CHA. †Qui uero? DE. Quia non nostra fórmam habet dignám domo. 395
Níl opus⟨t⟩ nobís ancilla, nísi quae texat, quaé molat,
Lígnum caedat, pénsum faciat, aédis uerrat, uápulet,
Quaé habeat cottídianum fámiliae coctúm cibum.
Hórunc illa nílum quicquam fácere poterit. ⟨CHA.⟩ Ádmodum.
[CHA.] Eá caussa equidem illam émi, dono quám darem matrí meae.
DE. Né duas neu[e] te áduexisse díxeris. — [CHA.] di me ádiuuant: 401. 402
[DE.] Lábefacto paulátim. — uerum quód praeterii dícere,
Néque illa matrem sátis honeste tuám sequi poterít comes,

---

387. Vsquene *vel* Vsque ‖ 388. qui animus *vel* quia nimis ‖ 389. Nausea *vel* Nause ‖ 390. aduexit *vel* aduexti *vel* aduexi | ancillam rohdo *vel* ancillam ancillam e rhodo ‖ 393. *dist Goe* ‖ 394. nostrost *vel* nostro si ‖ 396. *add Ri* ‖ 397. uapulet *vel* ac uapulet *Nonius* ‖ 398. QUAEH— *etiam in A apparuit* | familiae *vel* familia ‖ 399. Horunc illa (*sic A*) *vel* Horum ancilla | quicquam *vel* quam | *add Sey* ‖ 400. *del Sey* | CAUSSA: causa | emi *vel* mi ‖ 401 sqq. Ne duas *vel* Ne tuas: UINS— | e *del Ca* | *pers del Spengelius* ‖

Néque sinam. CHA. Qui uéro? DE. Quia illa fórma matrem fámilias 405
Flágitium sit seí sequatur, quándo incedat pér uias.
Cóntemplent, conspíciant omnes, nútent, nictent, sí-bilent,
Véllicent, uocént, molesti sínt, occentent óstium:
Ímpleantur élegeorum meaé fores carbónibus:
Átque ut nunc sunt máledicentes hómines, uxorí meae 410
Míhique obiectent lénocinium fácere. nam quid eóst opus?
CHA. Hércle qui tu récte dicis ét tibi | adséntior.
Séd quid illa nunc fíet? DE. Recte: ego émero matrí tuae
Áncillam uiráginem aliquam nón malam, formá mala,
Vt matrem addecét familias, aút Syram aut Aegýptiam. 415
Éa molet, coquét, conficiet pénsum, pinsetúr flagro:
Néque propter eam quícquam eueniet nóstris foribus flágiti. 417. 418
CHA. Quíd, si igitur reddátur illi unde émptast? DE. Minume géntium.
CHA. Díxit se redhibére, si non pláceat. DE. Nil istóc opust: 420
Lítigari nólo ego u[o]squam, tuam aútem accusarí fidem.
Múlto edepol, siquíd faciendumst, fácere damni máuolo
Quam óbprobramentum aút flagitium múliebre exferrí domo.
Mé tibi illam pósse opinor lúculente uéndere.

---

406. Flagitium sit (*sic A*) *vel* flagitiumst ‖ 407. omnes nutent *vel* nutent | nectent ‖ 408. uocent molesti sint occentent *vel* nocent molestis innocent ‖ 409. meae fores carbonibus elegeorum: *trai Bo* ‖ 411. obiectent *vel* obicient | lenocinium *vel* lenocinum *vel* lenocium ‖ 412. dicis *vel* dices ‖ 414. uiraginem *vel* uiracinem ‖ 415. egyptiam *vel* cypiam ‖ 416. molet coquet *vel* molet | pensetur: *corr Scu* ‖ 417 sqq. *verba* minime gentium *post* flagiti *scripsit et del B omissa v. 419* ‖ 420. redhibere *vel* adhibere | placeat *vel* placet | opust *vel* opus ‖ 421. *del Buechelerus* ‖ 423. exferri (*sic A, ut vid*) *vel* ecferri ‖

CHA. Dúm quidem hercle né minoris uéndas quam ego emí, pater. 425
DE. Táce modo: senéx est quidam, qui †illam mandauít mihi
Út emerem ad istanc fáciem. CHA. At mihí quidam adulescéns, pater,
Mándauit, ⟨ut⟩ ád illam faciem, íta ut illast, emerém sibi.
DE. Víginti minís opinor pósse me illam uéndere.
CHA. Át ego si uelím, iam dantur séptem et uigintí minae. 430
DE. Át ego — CHA. Quin ego, ínquam — DE. Ah nescis quíd dicturus súm: tace.
Trís minas accúdere etiam póssum, ut trigintá sient. 432. 433
CHA. Quó uortisti? DE. Ad íllum qui emit. CHA. Úbinamst is homo géntium?
DE. Éccillum uideó: iubet quinque me áddere etiam núnc minas. 435
CHA. Hércle illunc di⟨ui⟩ ínfelicent quísquis est. [DE.] ibidém mihi
Étiam nunc adnútat: addam séx minas. DE. Septém mihi.
Númquam edepol me uíncet hodie. ⟨CHA.⟩ Cómmodis poscít, pater.
DE. Néquiquam poscít: ego habebo. CHA. At íllic pollicitúst prior.
DE. Níli facio. CHA. Quínquaginta póscit. DE. Non centúm datur. 440
Pótine ut ne licitére aduorsum ⟨méi⟩ animi senténtiam?

---

428. *add Vss* ‖ 434. CHA. Quo *et* DE. Ad *vel* Quo *et* Ad | Vbinamstis *vel* Vbi nastis ‖ 435. Eccillum *vel* Ecce illum | quinque *vel* quoque ‖ 436. illunc *vel* illuc | di infelicent *vel* dii felicent: *add Sey* | *del Ri* ‖ 437. CHA.: *corr Goe* ‖ 438. hodie *vel* hodie me uincet hodie | *add Guy* ‖ 439. habeo *vel* habebo ‖ 440. Nihili *vel* Nihil ‖ 441. Potine ut ne *vel* Potinne ut | litigere *vel* liceret: *corr Ca* | *add Scal* ‖

Máxumam hercle habébis praedam: ita íllest quoi emitúr senex.
Sánus non est éx amore illíus: quod poscés, feres.
CHA. Cérte edepol aduléscens ille quoí ego emo efflictím perit
Eíus amore. DE. Múlto hercle ille mágis senex, si tú scias.
CHA. Númquam edepol fuít neque fiet ílle senex insánior
Éx amore quam ílle adulescens quoí ego do hanc operám, pater.
DE. Quiésce, inquam: istanc rém ego recte uídero. CHA. Quid a[g]ís? DE. Quid est?
CHA. Nón ego illam mancúpio accepi. ⟨DE.⟩ Séd ille illam accipi⟨é⟩t: [DE.] sine.
CHA. Nón potes tu lége uendere íllam. DE. Ego aliquid uídero.
CHA. Póst autem commúnis est illá mihi cum alio: quí scio,
Quíd sit ei animí, uenirene eám uelit an nón uelit?
DE. Égo scio uelle. CHA. Át pol ego esse crédo aliquem qui nón uelit.
DE. Quíd id mea refért? CHA. Quia illi suám rem esse aequomst ín manu.
DE. Quíd ais? CHA. Communís mihi illast cum íllo, is hic nunc nón adest.
DE. Príus respondes quám rogo. CHA. Prius tú emis quam uendó, pater:
Néscio, inquam, uélit ille illam nécne abalienárier.
DE. Séd illi qu⟨o⟩idam quí mandauit tíbi si emetur, túm uolet:

---

442. cui emitur *vel* q̃m mentitur ‖ 444. Certe *vel* Certo | efflictim *vel* efflectim ‖ 448. *del Dousa* ‖ 449. *pers add et del Ac* | accepit: *corr Scal* ‖ 451. communis est *vel* communest ‖ 452. non uelit *vel* non ‖ 454. id mea *vel* deme | suam rem *vel* rem suam | manu *vel* naui ‖ 455. hic nunc *vel* nunc hic ‖ 457. ille illam: ILLAM | necne (*sic A*) *vel* necme ‖ 458 sq. SEDILLIQUI-

Sí ego emo illi quí mandauit, túm ille nolet? níl agis.
Númquam edepol quisquam íllam habebit pótius quam ille quem égo uolo. 460
CHA. Cértumnest? DE. Censén certum esse? quín ad nauem iam hínc eo:
Íbi uenibit. CHA. Vín me tecum illo íre? DE. Nolo. CHA. Nón places.
DE. Méliust te quae súnt mandatae rés tibi praeuórtier.
CHA. Tú prohibes. DE. At me íncusato: té fecisse sédulo.
Ád portum ne bítas, deico iám tibi. CHA. Auscultábitur. 465
DE. Ibo ad portum. ne híc resciscat, caúto opust. non ípse emam,
Séd Lysimacho amíco mandabo: ís se ad portum deíxerat
Íre dudum. mé moror, quom heic ásto. CHA. Nullus sum: óccidi.

CHARINVS. EVTYCHVS
ADVLESCENTES II

CHA. Péntheum dirípuisse aiiunt Bácchas: nugas máxumas
Fuísse credo, praeút quo pacto égo diuorsus dístrahor. 470
Qúr ego ueiuo? qúr non morior? quíd mihist in uitá boni?

DAM: Quid illic quidam | *add Bo* | tibi — mandauit *solus habet A* | tum (*sic A*) *vel* cum || 460. EDEPOLQUISQUAMEDEPOL || 461. CERTUMNEST: Certum est | nauem (*sic A*) *vel* nauim || 462. places (*sic A*) *vel* placet/// (*er.* st) || 463. meliust te *vel* Melius item: MELIUSTE | res (*sic A*) *vel* tres || 464. MEINCUSATO: tu excusato *vel* tu excusatio || 465. BITAS: uitas *vel* bites || 466. PORTUMNE: portum et ne || 467. is se (*sic A*) *vel* esse || 469. AIIUNT: aiunt | bacchas (*sic A*) *vel* bachas || 471. QURERGO: Cur ego | QUR: cur | MIHIESTIMUITA: mihist in uita *vel* mihi sustinuit ||

Cértumst, ibo ad médicum atque ibi me tóxico mortí dabo:
Quándo id mi adimitúr, qua causa uítam cupio uíuere.
EV. Máne, mane, opsecró, Charine. CHA. Quís me reuocat? EV. Eútychus,
Túos amicus ét sodalis ét uicinus próxumus. 475
CHA. Nón tu scis quantúm malarum rérum sustineám. EV. Scio.
Ómnia ego istaec aúscultaui ab óstio: omnem rém scio.
CHA. Quíd id est quod scis? EV. Túos pater uolt uéndere — CHA. Omnem rém tenes.
EV. Túam | amicam — CHA. Nímium multum scís. EV. tueis ingrátieis.
CHA. Plúrumum tu sceís. sed qui sceis ésse amicam illám meam? 480
EV. Túte heri ipsus míhi narrasti. CHA. Sátine ut oblitús fui
Tíbi me narrauísse? EV. Hau mirumst fáctum. CHA. Te nunc cónsulo:
Résponde, quo léto censes me út peream potíssumum?
EV. Nón taces? caue tu ístuc deixis. CHA. Quíd ueis me igitur deícere?
EV. Vín patri sublínere pulcre me ós tuo? CHA. Sané uolo. 485
EV. Vísne eam ad portúm? CHA. Qui potius quám uoles? EV. Atque éximam
Múlierem pretió? CHA. Qui potius quam aúro expendas? EV. Vnde erit?

---

472. CERTUNST | ibi me (*sic A*) *vel* me ibi ‖ 474. QUIS: Qui ‖ 475. ETUICINUS: simul uicinus ‖ 477. Omnia (*sic A*) *vel* Omni ‖ 480. MEAMESSEAMICAMILLAM ‖ 481. mihi narrasti *vel* mihi: MIHINARRAUISTI | SATINE: satin *vel* statim ‖ 482. HAUMIRUMSTFACTUM: haud mirum factumst ‖ 483. quo loeto censes (*sic A, sed* LETO) *vel* quo uolet occenses ‖ 484. caue tu (*sic A*) *vel* caue ‖ 485. Vim *vel* Vin (*sic A*) | sublinere (*sic A*) *vel* sublimere *vel* sublin(i)ire | meos (*sic A*) *vel* os ‖ 486. Qui: QUIN ‖ 487. ERIṬ: ateritis ‖

CHA. Áchillem orabo, aurum út mihi det Héctor qui expensús fuit.
EV. Sánun es? CHA. Pol sánus sei sim, nón te medicum mi éxpetam.
EV. Tánti quanti póscit, uin tanti íllam emi? CHA. Auctárium
Ádicito uel mílle nummum plús quam poscet. EV. Iám tace.
Séd quid ais? unde érit argentum quód des, quom poscét pater?
CHA. Ínuenietur, éxquiretur, áliquid fiet. EV. Enicas. Iám istuc 'aliquid fíet' metuo. CHA. Quín taces? EV. Muto ímperas.
CHA. Sátin istuc mandátumst? EV. Potin ut áliud cures? CHA. Nón potest.
EV. Béne uale. CHA. Non édepol possum príus quam tu ad me rédieris.
EV. Méliust, sanus ⟨sí⟩ sis. CHA. Vale, uince ét me serua. EV. Ego fécero.
Dómi maneto me. CHA. Érgo actutum fáce cum praeda récipias.

ACTVS III

LYSIMACHVS. SENEX — **PASICOMPSA** MERETRIX

LY. Amíce amico operám dedi: uicínus quod rogáuit,
Hoc émei mercimónium. meá's tu: sequere sáne.
Ne plóra. nimis stulté facis: oculós corrumpis tális.

---

488. AURUMUT: aurum ‖ 489. ESS**OL ‖ 491. POSSET | AUCTORARIUM (auctarium *etiam Festus, ut vid*) ‖ 493. FIET-ENICAS ‖ 495. aliud: ALIQUID ‖ 497. MELIUST: melius | *add Ri* ‖ 498. (FACCU)MPRAEDA: face cum praedam ‖

Quin tíbi quidem quod rídeas magis ést quam ut lamentére.
PA. Amábo ecastor, meí senex, elóquere — LY. Exquire quíduis.
PA. Qur émeris me. LY. Téne ego? ut quod ímperetur fácias:
Item †quod tu mihi si ímperes, ego fáciam. PA. Facere cértumst 505
Pro cópia et sapiéntia quae té uelle arbitrábor.
LY. Labóriossi níl tibi quicquam óperis imperábo.
PA. Namque édepol equidem, mí senex, non dídici baiioláre
Nec pécua ruri páscere nec púeros nutricáre.
LY. Bona si ésse ueis, bene erít tibi. PA. Tum pól ego perii mísera. 510
LY. Qui? PA. Quía illim unde huc aduécta sum malís bene esse sólitumst.
LY. Quasi deícas nullam múlierem bonam ésse. PA. Haud equidem deíco:
Nec mós meust ut praédicem, quod ego ómneis scire crédam.
LY. Orátio edepol plúris est huiús, quam quanti haec émptast.
Rogáre hoc unum té uolo. PA. Rogánti respondébo. 515
LY. Quid aís tu: quid nomén tibi deicam ésse? PA. Pasicómpsae.
LY. Ex fórma nomen índitumst. sed quíd ais, Pasicómpsa,
Possín tu, sei ussus uénerit, subtémen tenue nére?

---

502. QUIN: Quid *vel* Qui ‖ 504. QUREMERIS: Cur empris *vel* Curem prius | METENE | facias (*sic A*) *vel* factas ‖ 505. CERTUNST: certum est *vel* certust *vel* certum ‖ 507. LABORIOSSI: Laboriose ‖ 508. Namque (*sic A*) *vel* Nam *vel* Non | BAIOLARE: baiolare ‖ 509. PECUA (*item Priscianus*): pecula *vel* peculia ‖ 512—514. *hoc ordine A: 513.514.512 reliqui* ‖ 512. DEICIS: dicas *vel* dicias ‖ 515. UNUMHOC ‖ 516. quid nomen (*sic A*) *vel* quod nomen ‖ 517. EFORMA | (INDI)TUNST ‖ 518. SEI*SS**: si usus | subtemen tenue nere (*sic A*) *vel* subte mentem tenere ‖

PA. Possúm. LY. Sei tenue sceís, scio te ubérius posse nére.
PA. De lánificio néminem metuo úna aetate quaé sit. 520
LY. Bonae hércle te frugi árbitror, matúra iam inde aetáte
Quom sceís facere officiúm tuom, muliér. PA. Pol docta dídici:
Operam áccusari nón sinam meam. LY. Ém, istaec hercle rés est:
Ouém tibi millám dabo, natam ánnos sexagínta,
Pecúliarem. PA. Meí senex, tam uétulam? LY. Generis graécist: 525
Eam seí curabeis, pérbonast: tondétur nimium scíte.
PA. Honóris causa quícquid est quod dábitur gratum habébo.
LY. Nunc, múlier, ne tu frústra sis, mea nón es, ne arbitrére.
PA. Deic ígitur, quaeso, quóia sum? LY. Tuo eró redempta's rúrsum.
Ego té redemi ⟨illi⟩: ílle mecum oráuit. PA. Animus rédieit, 530
Sei mécum seruatúr fides. LY. Bono ánimo's: liberábit
Ille té homo: ita edepol déperit: atque hódie primum uídit.
PA. Ecástor iam biénniumst, quom mécum rem coépit.
Nunc quándo amicum té scio esse illíus, indicábo.
LY. Quid aís tu? iam biénniumst, quom habét rem tecum? PA. Cérto. 535

---

519. TENUESCEIS: tenue scis *vel* tenues | nere (*sic A*) *vel* tenere || 521. BONAEHERCLETEFRUGE: Bonam hercle te et frugi || 522. QUOM: cum *vel* Qm̃ (*ut saepius*) | #MULIERPOL: mulier pol: *corr Ca* || 523. em (*sic A*) *vel* hem || 524. OUEM: Quem | MILLAM (*vix* ECILLAM): ecce illam *vel* ancillam (*corr Buggius*) | DATO || 525. GRAECIST: gracist *vel* grãst || 527. habebo: HABETUR || 528. ne tu (*sic A*) *vel* neu | mea (*sic A*) *vel* me | arbitrere (*sic A*) *vel* arbitrer || 529. QUOIA: cuia *vel* cuius || 530. *add Ri* | MECUM: me || 532. homo ita (*sic A*) *vel* homo || 533. Ecastor iam (*sic A*) *vel* Ecastor lam | BIENNIUNST || 534. INCABO || 535. HABETREMTECUM: tecum rem habet ||

Et intér nos coniuráuimus, †ego cúm illo et ille mécum, 536ª
[Ego cúm uiro et ille cum múliere nisi cum íllo aut ille mécum] 536ᵇ
Neutér stupri caussá caput limáret. LY. Dei immortáles,
Etiám cum uxore nón cubet? PA. Amábo |, an marítust?
Neque ést neque erit. LY. Nolím quidem. homo hércle periuráuit.
⟨PA.⟩ Nullum ádulescentem plús amo. LY. Puer ést illequidem, stúlta: 540
Nam illí quidem hau sané diust quom déntes excidérunt.
PA. Quid, déntes? LY. Nil est: séquere sis. hunc mé diem unum oráuit
Vt ápud me praehiberém locum: id[.eo] féci, quia uxor rúrist.

DEMIPHO

SENEX

Tandem ímpetraui, ut égomet me — corrúmperem:
Emptást amica clam úxorem et clam fílium. 545
Certúmst: antiqua récolam et seruibó mihi.
Breue iám relicuom uítae spatiumst: quín ego
Voluptáte, uino et amóre delectáuero.

536ª. ITINTER | AUTILLE ‖ 536ᵇ. *om. A: secl Ri* ‖ 537. CAUSSA: causa | limaret (*sic A*) *vel* liniaret ‖ 538. ANMARITUST: amaturust ‖ 539. QUIDEMHOMOHERCLEPERIURABIT: quidem. PA. Homo hercle periurauit ‖ 540. *add Ac: cf. v. 539* ‖ 541. HAU: haud | DIUST: diusi *vel* diuisi | exciderunt (*sic A*) *vel* exciderint ‖ 542. ♯ nihil (*sic A*) *vel* PA. nihil | HUNC: huc ‖ 543. APUTME: apud me *vel* apud | PRAEBEREM | IDEÊFECI: ideo: *correximus cum Sey* ‖ 544. EGOMETMEUT | corrumperem (*sic A*) *vel* corumperem ‖ 545. empta est (*sic A*) *vel* empst | UXORE | CLAMFILIUM: iam filio ‖ 546. CERTUNST | et seruibo (*sic A*) *vel* et reseruibo *vel* ut seruibo ‖ 547 Decurso in spatio breue quod uitae reliquumst (*vel* relicuumst): *corr ex A* (RELIQUOM) ‖

Nam hanc sé bene habere aetátem nimiost aéquius.
Aduléscens quom seis, túm quomst sanguis ínteger, 550
Rei tuaé quaerundae cónuenit operám dare.
Demum ígitur, quom seis iám senex, tum in ótium
Te cónloces, dum pótes ames: id iám lucrumst,
Quod uíuis. hoc ut deíco facteis pérsequar.
Nunc támen interea ad mé⟨d⟩ huc inuisám domum. 555
(Intérea tamen huc íntro ad me inuisám domum.) 555[b]
Vxór me exspectat iám dudum esuriéns domi:
Iam iúrgio enicábit, si intro rédiero.
Verum hércle postremo útut est, non ibó tamen,
Sed húnc uicinum príus conueniam quám domum
Redeam. út mihi aedis áliquas conducát uolo, 560
Vbi hábitet istaec múlier. atque eccum ít foras.

LYSIMACHVS. DEMIPHO
SENES II

LY. Addúcam ego illum iam ád te, si conuénero.
DE. Me dícit. LY. Quid ais, Démipho? DE. Est muliér domi?
LY. Quid cénses? DE. Quid, si uísam? LY. Quid properás? ⏑ –
DE. Quid fáciam? LY. Quod opust fácto, facito ut cógites. 565
DE. Quid cógitem? equidem hercle ópus hoc facto exístumo,
Vt illo íntro eam. LY. Itane uéro, uerbex? íntro eas?

---

550. tum (*sic A*) *vel* tecum ‖ 551. QUAERUNDAE: querendae ‖ 552. SEISIAM: si sim *vel* sis | TUM: tunc ‖ 553. POTESAMESIDIAM: potest aue sidiam *vel* potest uersidiam | LUCRUNST: lucro st ‖ 554. ṮIṮIS: uno (*vel* uni) uis ‖ 555[a]. *add Ri* ‖ 555[b]. *om A, ut vid* ‖ 556. expectat iam *vel* exspectanti an ‖ 561. it *vel* ut ‖ 563. dicit *vel* dicis ‖ 564. *lac sign Py* ‖ 565. facto facito *vel* facto ‖ 566. existimo *vel* exestimo ‖ 567. illuc: *corr Ri* | uerbex *vel* ueruex ‖

DE. Quid áliud faciam? LY. Príus hoc ausculta átque ades:
Prius étiamst quod te fácere ego aequom cénseo.
Nam núnc si illo introíeris, amplectí uoles,
Confábulari atque aúsculari. DE. Tú quidem
Meum ánimum gestas: scís quid acturús si⟨e⟩m.
LY. Peruórse facies. DE. Quódne amem? LY. Tantó minus.
Iaiúnitatis plénus, anima foétida,
Senéx hircosus tu aúsculere múlierem?
Vtíne adueniens uómitum excutias múlieri?
⟨DE.⟩ Scio pól te amare, quóm istaec praemonstrás mihi.
[DE.] Quid si ígitur cenam fáciam? hoc si censés, coquom
Aliquem árripiamus, prándium qui pércoquat
Apúd te hic usque ad uésperum. LY. Em, istuc cénseo:
Nunc tú sapienter lóquere †atque amatori.
DE. Quid stámus? quin ergo ímus atque obsónium
Curámus, pulcre ut símus? LY. Equidem té sequor.
Atque hércle inuenies tú locum illi, sí sapis:
Nullum hércle praeter húnc diem illa apúd me erit.
Metuo égo | uxorem, crás si rure rédierit,
Ne illam híc offendat. DE. Rés paratast: séquere me.

---

568. hoc ausculta atque *vel* hoc ausculta atque hoc ‖ 569. quo *vel* q̃m ‖ 570. illuc introieris *vel* illo introiris ‖ 571. ausculari *vel* auscultari ‖ 572. *add Py* ‖ 573. ames: *corr Scal* ‖ 574. Iam etatis *vel* Ianutatis (ieiunitatis *Nonius*): *corr Skutschius* ‖ 575. ircosus *vel* uir quosus ‖ 578. DE. Quid *vel* Quid | unam (*vel* unum) factam (*vel* factum): *corr Pius* ‖ 583. Curemus: *corr Ca* ‖ 584. illi *vel* illic ‖ 585. Nullum hercle *vel* Nullum ‖

ACTVS IV

CHARINVS. EVTYCHVS
ADVLESCENTES II

CHA. Súmne ego homo misér, qui nusquam béne queo quiéscere?
Sí domi sum, fóris est animus: sín foris sum, animús domist.
Íta mihi in pectore átque in corde fácit amor incéndium: 590
Ni éx oculis lacrumaé defendant, iam árdeat, credó, caput.
Spém teneo, salútem amisi: rédeat an non, néscio.
Si ópprimit patér, quod dixit, éxsolatum abiít salus:
Seín sodalis quód promisit fécit, non abiít salus.
Séd †tamen demsi podagrosis pédibus esset Eútychus, 595
Iam á portu redísse potuit. íd illi uitium máxumumst,
Quód nimis tardus ést aduorsum méi animi senténtiam.
Séd isnest quem curréntem uideo? ípsus est. ibo óbuiam.
Núnc quid restat? [et] eí, disperii. uóltus neutiquam huiús placet.
Trístis [in]cedit: péctus ardet: haéreo: quassát caput. 600
Eútyche. EV. Eu, Charíne. CHA. Prius quam récipias anhélitum,
Ýno uerbo elóquere: ubi ego sum? hícine an apud mórtuos?
EV. Néque apud mortuós neque hic es. CHA. Sáluos sum: inmortálitas

---

589. foris sum *vel* foris ẽ sum ‖ 591. ex oculis *vel* oculos | defendant *vel* defendat ‖ 592. SPEMTEN— ‖ 593. exsolatum *vel* exsulatum ‖ 595. demsipo dragosis *vel* dempsi podagrosis ‖ 596. a *vel* ad ‖ 597. mei animi *vel* animi ‖ 598. Sed inest: SEDISNE— | *secuntur v. 842 sq.* (*etiam in A*) *suo loco repetiti: del Ac* ‖ 599. NUNCQ— *et sub f. v.* QU**, *sequente novo v.* (SE*Q—) | quod *vel* quid | *del Sarac* ‖ 600. *del Bo* | *post h. v. nova scaena est in A, ut vid* ‖ 602. hicine an (*sic A, ut vid*) *vel* hinceam (hic an *B ras*) ‖

Míhi datast. hic émit illam: púlcre os subleuít patri.
Ímpetrabiliór qui uiuat núllus est. dic, óbsecro: 605
Seí neque hic neque Ácherunti sum, úbi sum? EV. Nusquam géntium.
CHA. Dísperii: illaec ínteremit mé modo | orátio.
†Odio sane oratio quom rém agas, longinquóm loqui.
Quícquid est, ad cápita rerum pérueni. EV. Primum ómnium
Péri⟨i⟩mus. CHA. Quin tu íllud potius núntias quod néscio? 610
EV. Múlier alienátast abs te. CHA. Eútyche, capitál facis.
EV. Quí? CHA. Quia aequalem ét sodalem líberum ciuem énicas.
EV. Né di sirint. CHA. Démisisti gládium in ⟨iu⟩gulum: iám cadam.
EV. Quaéso hercle, animum né desponde. CHA. Núllust quem despóndeam.
Lóquere porro aliám malam rem: quói⟨i⟩st empta? EV. Néscio: 615
Iam áddicta atque abdúcta erat, quom ad pórtum uenio. CHA. Vaé mihi:
Móntis tu quidém mali in me ardéntis iam dudúm iacis.
Pérge, excrucia, cárnufex, quandóquidem occepistí semel.
EV. Néc tibi istuc magís diuidiae ést quam mihi hodié fuit.
CHA. Díc, quis emit? EV. Néscio hercle. CHA. Em, istúcinest operám dare 620

---

604. pulchreos *vel* pulchros ‖ 605. Impetrabilior *vel* Impenetrabilior | dico: *corr B* ‖ 606. acherunti *vel* acheronti ‖ 608. Hodie sat st oratio *vel* odio sane oratio (*ab* OD *incipit in A*) | longinquum *vel* longinquam ‖ 609. Primum omnium (PRIMUMIOMNIŬ) *vel* Primum ‖ 610. *add Py* ‖ 611. Eutiche *vel* Eutiche hec ‖ 612. liberum ciuem *vel* ciuem liberum | ENECAS ‖ 613. desierint *vel* deserint: *corr Ca* | *add Ca* (*cum A, ut vid*) ‖ 615. malam rem *vel* rem malam | *addidimus* ‖ 616. abducta *vel* adducta ‖ 618. carnufexa *vel* carnifexa: *corr D cum A, ut vid* ‖ 619. Non *et* diuidia est *Varro* ‖

Bónum sodalem? EV. Quíd me facere uís? CHA. Idem quod mé uides:
Vt pereas. quin pércontatu's, hóminis quae faciés foret
Quí illam emisset: eó si pacto pósset indagárier
Múlier? heu me míserum. EV. Flere omítte: istuc quod núnc agis.
[CHA.] Quíd ego feci? CHA. Pérdidisti me ét fidem mecúm tuam. 625
⟨EV.⟩ Dí sciunt culpám meam istanc nón esse ullam. CHA. Eugaé, papae.
Deós absentis téstis memoras: quí ego istuc credám tibi?
EV. Quía tibi in manúst quod credas: égo quod dicam, id míhi [ea] in manust.
CHA. Dé istac re | argútus es, ut pár pari respóndeas:
Ád mandata claúdus, caecus, mútus, mancus, débilis. 630
Prómittebas te ós sublinere meó patri: ego me[t] crédidi
Hómini docto rém mandar⟨e⟩, is lápidi mando máxumo.
EV. Quíd ego facerem? CHA. Quíd tu faceres? mén rogas? requíreres,
Rógitares quis ésset aut unde ésset, qua prosápia:
Cíuisne esset án peregrinus. EV. Cíuem esse ai[e]bant Átticum. 635
CHA. Vbi habitaret ínuenires sáltem, si nomén nequis.
EV. Némo aiebat scíre. CHA. At saltem hóminis faciem exquíreres.
EV. †Feci. CHA. Qua forma esse aiebant? EV. Ego dicám tibi:
Cánum, uarum, uéntriosum, búcculentum, bréuiculum,

---

622. percunctatus *vel* percuntatus: *corr Ri* | pacies: *corr* D^2 || 623. eo si *vel* eos si || 624. fiere: *corr Ca* || 625. EV. Perdidisti || 626. *add* D^2 | euge pape *vel* eugipe || 628. *del Bo* || 631. sublinere *vel* sublimere | *del Ri* || 632. *add Ca* | lapidi *vel* lepidi | mando maximo *vel* maximo || 633. tu faceres *vel* faceres | *distinximus* | men *vel* me non | requireres *vel* requereres || 635. *del Guy* || 638. forma *vel* fora || 639. uarum *vel* uiarum ||

Súbnigris oculís, oblongis mális, pansam aliquántulum. 640
CHA. Nón hominem mihi, séd thensaurum néscioquem memorás mali.
Númquid est quod dícas aliud dé illo? EV. Tantum quód sciam.
CHA. Édepol ne ille oblóngis malis míhi dedit magnúm malum.
Nón possum duráre: certumst éxulatum hinc íre me.
Séd quam capiam cíuitatem cógito potíssumum: 645
Mégares, Eretriám, Corinthum, Chálcidem, Cretám, Cyprum,
Sícyonem, Cnidúm, Zacynthum, Lésbiam, Boeótiam.
EV. Cúr istuc coeptás consilium? CHA. Quía enim me adflictát amor.
EV. Quíd tu ais? quid quóm illuc quo nunc íre paritas uéneris,
Sí ibi amare fórte occipias átque item eius sit ínopia, 650
Iam índe porro aufúgies? deinde item íllinc, si item euénerit?
Quís modus tibi exílio tandem euéniet? qui finís fugae?
Quaé patria aut domús tibi stabilis ésse poterit? díc mihi.
Cédo, si hac urbe abís, amorem te híc relicturúm putas?
Si íd fore ita sat ánimo acceptumst, †certum id pro certo si habes: 655
Quánto te satiúst rus aliquo abíre, ibi esse, ibi uíuere,
Ádeo dum illius té cupiditas átque amor missúm facit?
CHA. Iám dixisti? EV. Díxi. CHA. Frustra díxti: hoc mihi certíssumumst.

640. pansam *vel* pansum ‖ 641. thensaurum *vel* thesaurum ‖ 646. Megare seretriam *vel* Megare feretriam: *corr Ri* | chalcitam *vel* calchitam ‖ 647. zacingthum *vel* zagcintum ‖ 648. boiotiam *vel* boetiam ‖ 650. Si ibi *vel* Sibi | forte *vel* forti ‖ 655. fore *vel* forte | sat *vel* sit ‖ 656. satius est (*vel* satiu st) rus *vel* stat lustrus ‖ 658. *dist Gru* ‖

Éo domum, patrem átque matrem ut meós salutem: póstea
Clám patrem patria hác effugiam aut áliquid capiam cónsili. 660
EV. Vt corripuit sé repente atque ábiit. heu miseró mihi:
Sí ille abierit, meá factum omnes dícent esse ignáuia.
Cértumst praeconúm iubere iám quantumst condúcier,
Quí illam inuestigént, qui inueniant: póst ad praetorem ílico
Íbo, orabo ut cónquis[i]tores dét mihi in uicis ómnibus. 665
Nám mihi nil rélicui quicquam áliud iam esse intéllego.

DORIPPA. SYRA
MVLIER ANVS

DO. Quoniam á uiro ad me rús aduenit núntius
Rus nón iturum, féci ego ingeniúm meum:
Reuéni, ut illum pérsequar qui mé fugit.
Sed anúm non uideo cónsequi nostrám Syram. 670
Atque éccam incedit tándem. quin is ócius?
SY. Nequeó mecastor: tántum hoc onerist quód fero.
DO. Quid óneris? SY. Annos óctoginta et quáttuor:
Et eódem accedit séruitus, sudór, sitis.
Simul haéc quae porto déprimunt. DO. Aliquíd cedo, 675
†Qui hanc uicini nostri aram auge[r]am.
[SY.] Da sáne hanc uirgam laúri. abi tu intró. SY. Eo.
DO. Apóllo, quaeso te, út des pacem própitius,
Salútem et sanitátem nostrae fámiliae,
Meóque ut parcas gnáto †pace propitius. 680

---

662. mea factum *vel* mea ‖ 663. iubere *vel* lubere ‖ 665. Ibo orabo *vel* Orabo | *del Lachm* ‖ 666. relicti: *corr Angelius* ‖ 670. syram *vel* syriam ‖ 671. incedit eccam: *trai Ca* ‖ 672. oneri st *vel* oneris est ‖ 677. *del Ac* | Da *vel* De | DO. (*vel* #) Eo ‖ 678. DO. Apollo *vel* Apollo ‖ 680. pace *vel* parce ‖

SY. Dispérii: perii mísera: uae miseraé mihi.
DO. Satín tu sana's, óbsecro? quid éiulas?
SY. Doríppa, mea Doríppa. DO. Quid †clamas obsecro?
SY. Nescíoquaest mulier íntus hic in aédibus.
DO. Quid, múlier? SY. Mulier méretrix. DO. Veron sério? 685
SY. Nimiúm scis sapere, rúri quae non mánseris.
Quamueís insipiens póterat persentíscere
N * * * * * * * * * * * *
Illam ésse amicam tuí uiri bellíssumi.
DO. Credó mecastor. SY. Ei hác mecum, ut uideás semul
Tuam Álcumenam paélicem, Iunó mea. 690
DO. Ecástor uero istúc eo quantúm potest.

LYSIMACHVS
SENEX

Parumne ést malai réi quod amat Démipho,
Ni súmptuosus ínsuper etiám siet?
†Decem si ad cenam uocasset summos uiros,
Nimium ópsonauit. séd coquos, quasi ín mari 695
Solét hortator rémiges hortárier,
Ita hórtabatur. égomet conduxí coquom:
Sed eúm demiror nón uenire ut iússeram.
Sed †quinam hinc a nobis éxit? aperitúr foris.

---

681. Dispersi ‖ 682. quid eiulas *vel* quod uolebas ‖ 684. qua est mulier inthus *vel* mulier quae est intus ‖ 685. serio (*sic A, ut vid*) *vel* serie ‖ 687. QUAMUEIS: Quam uis *vel* Quam ‖ 688. *solus habuit A* ‖ 692. malae: *corr Blasius* ‖ 697. coquam: *corr* D^2 ‖

DORIPPA. LYSIMACHVS. (SYRA)
MVLIER SENEX ANVS

DO. Misérior mulier mé nec fiet néc fuit, 700
Talí uiro quae núpserim. heu miseraé mihi.
Em, quoí te et tua quae tu hábeas commendés uiro.
Em, qu⟨o⟩í decem talénta[m] dotis détuli,
Haec út uiderem, ut férrem has contumélias.
LY. Perii hércle: rure iám rediit uxór mea. 705
Vidísse credo múlierem | in aédibus.
Sed quaé loquatur éxaudire hinc nón qu⟨e⟩o.
Accédam propius. DO. Vaé miserae mihi. LY. Immó mihi.
DO. Dispérii. LY. Equidem hercle óppido perií miser:
Vidít. ut te omnes, Démipho, di pérduint. 710
DO. Pol hóc est, ire quód rus meus uir nóluit.
LY. Quid núnc ego faciam nísi uti | adeam atque ádloquar?
Iubét saluere súos uir uxorém suam.
Vrbáni fiunt rústici? DO. Pudícius
Faciúnt quam | illi quí non fiunt rústici. 715
LY. Numquíd delinquont rústici? DO. Ecastór minus
Quam urbáni: et multo mínus mali quaerúnt sibi.
LY. Quid aútem urbani déliquerunt? díc mihi.
DO. Qu⟨o⟩ia ílla mulier íntust? LY. Vidistíne eam?
DO. Vidí. LY. Quoia ea sit, rógitas? DO. Resciscám tamen. 720
LY. Vin dícam? quoiast? ílla — illa edepol — uaé mihi —
DO. Cupio hércle scire: séd tu me temptás sciens.

---

700. Miserior *vel* Misereor ‖ 707. *add Py* ‖ 710. ut te *vel* ut | perdiunt *vel* perdunt: *corr Pius, fort. cum A* ‖ 711. DO. Pol *vel* Pol ‖ 712. LY. Quid *vel* Quid | UTI: ut ‖ 713. B***A— | saluere *vel* saluare ‖ 716. delinqunt *vel* delinquon *vel* delinquunt ‖ 719. *add Gul* | intust *vel* intus st ‖ 720. Resciscam *vel* Resiscam ‖ 721. *distinximus* | cuia est *vel* cui est ‖

LY. Nescío quid dicam. DO. Haéres. LY. Haud uidí magis.
DO. Quin dícis? LY. Quin si líceat — DO. Dictum opórtuit.
LY. Non póssum, ita instas: úrges quasi pro nóxio. 725
DO. Scio, innóxiu's. LY. Audácter quamuis dícito.
DO. Dic ígitur. LY. Dicam? DO. Átqui dicundúmst tamen.
LY. Illás[un]t — etiam uis nómen dicam? DO. Níl agis.
Manufésto teneo in nóxia [es]. LY. Qua nóxia?
Istáquidem illast — DO. Quae | íllast? LY. Illa — DO. Ióhia. 730
LY. †Iam, sí nil usus ésset, iam non dícerem.
DO. Non tú scis quae sit ílla? LY. Immo iám scio: 732—734
De istác sum iudex cáptus. DO. Iudex? iám scio:
Nunc tu ín consilium istam áduocauistí tibi.
LY. Immó sic sequestro míhi datast. DO. Intéllego.
LY. Nil hércle istius quícquamst. DO. Numero púr⟨i⟩gas.
LY. Nimiúm negoti répperi. enim uero haéreo. 739. 740

COCVS. LYSIMACHVS. DORIPPA. SYRA
SENEX MVLIER ANVS

CO. Agite íte actutum: nám mihi amatorí seni
Coquéndast cena |: átque quom recógito,
Nobís coquendast, nón ⟨quoi con⟩ductí sumus.
Nam quí amat quod amat sí habet, id habet pró cibo:
Vidére, amplecti |, aúsculari |, álloqui. 745
Sed nós confido onústos rediturós domum.
Eite hác. sed eccum quí nos conduxít senex.

---

726. innoxius: *corr Bo* ‖ 727. Atqui *vel* At quid ‖ 728. *del Bo duce Ca* | *dist Bo* ‖ 729. *in A unus ex sequentibus praecedit, ut vid, unoque intermisso incipit a* DIC**C— (*vix* DEISTAC) | *del Dousa* ‖ 736. aduocauisti *vel* aduocasti ‖ 738. *add Ri* ‖ 742. recogito *vel* regito ‖ 743. *add Ca* ‖ 745. ausculari *vel* auscultare |

LY. Ecce aútem perii: cóquos adest. CO. Aduénimus.
LY. Abí. CO. Quid, abeam? LY. Sí, abi. CO. Abeám?
LY. Abei.
CO. Non éstis cenatúri? LY. Iam saturí sumus.
Sed intérii. DO. Quid ais tu? étiamne haec illí tibi
Iussérunt ferri quós inter iudéx datu's?
CO. Haecín tuast amíca, quam dudúm mihi
Te amáre dixtei, quom óbsonabas? LY. Nón taces?
CO. Satis scítum filum múlieris: uerum hércle anet.
LY. Abin díerectus? CO. Haúd malast. LY. At tú
malu's.
CO. Scitam hércle opinor cóncubinam hanc. LY. Quín
abis?
Non égo sum qui te dúdum conduxí. CO. Quid est?
Immo hércle tu istic ípsus. LY. Vae miseró mihi.
CO. Nempe úxor rurist túa, quam dudum deíxeras
Te odísse atque anguis. LY. Égone istuc dixí tibi?
CO. Mihí quidem hercle. LY. Íta me amabit Iúp-
piter,
Vxór, ut ego illud númquam deixi. DO. Etiám negas?
Palam ístaec fiunt té me odisse. LY. Quín nego.
CO. Non nón te odisse aiébat, sed uxorém suam:
Et uxórem suam ruri ésse aiebat. LY. Haéc east.
Quid míhi molestu's? CO. Quía nouisse mé negas.
Nisi métuis tu istanc — LY. Sápio: nam mihi únicast.

---

749. Abeam LY. Abei (*vel* Abii: Abi B^2D^2) ‖ 752. inter (*sic A, ut vid*) *vel* interii | datus: *corr Ri* ‖ 753. Haecin tua est amica: HAECIN***PQR*********SSE* ‖ 754. DIXTEI: dixisti ‖ 755. SATIN | filium: *corr Pius cum A, ut vid* | anet (*sic A*) *vel* amet ‖ 756. malus: *corr Ri* ‖ 757. OPINOR: opinor sane | QUIN: non ‖ 759. istuc (*etiam A, ut vid*): *corr Py* ‖ 760. rurest *vel* rus est: *corr ex A* ‖ 761. aeque (*sic A, ut vid*) *vel* aeque atque: *corr Sey* | ANGUES: anguis *vel* angis ‖ 764. 765. *hoc ordine A: inv reliqui* ‖ 765. Non non (*sic A*) *vel* Non | SEDUXOREM: uxorem uerum ‖ 766. uxorem suam: SUAMUXOREM ‖ 767. molestus (*sic A*) *vel* molestus es | NOUISSEMENEGAS: me non nouisse ais ‖ 768. NISI: ni | *dist Goe* ‖

CO. Vein me éxperirei? LY. Nólo. CO. Mercedém cedo.
LY. Cras pétito: dabitur. núnc abi. DO. Heu miseraé mihi. 770
⟨LY.⟩ Nunc égo uerum illud uérbum esse experiór uetus,
Aliquíd mali esse própter uicinúm malum.
CO. Qur heíc astamus? queín abimus? †incommodi
Siquíd tibi euenit, íd non est culpá mea.
LY. Quein me éradicas míserum. CO. Scio iam quíd ueleis: 775
Nempe me hínc abire ueís. LY. Volo inquam. CO. Abíbitur:
Drachmám dato. LY. Dabitúr. CO. Darei ergo seís iube:
Darei pótest interea, dum íllei ponunt. LY. Quín abis?
Potine út molestus né seis? CO. Agite appónite
Opsónium istuc ánte pedes illí seni. 780
Haec uássa aut mox aut crás iubebo abs té peti.
Sequimínei. LY. Fortasse té illum mirarí coquom,
Quod uénit atque haec áttulit. dicam íd quid est.
DO. Non míror, seiquid dámnei facis aut flágiti,
Nec pól ego patiar seíc me nuptam tám male 785
Meásque in aedeis seíc scorta obductárier.
Syra, eí, rogato meúm patrem uerbeís meeis,
Vt uéniat ad me iám semul tecúm. SY. Eo.
LY. Nesceís negoti quíd sit, uxor. óbsecro:

---

769. NOLO: Volo | cedo (*sic A*) *vel* dabo ‖ 770. HEU: Eu ‖ 771. *add Py* ‖ 772. esse (*sic A*) *vel* esset ‖ 773. QUR: Cur | abimus (*sic A*) *vel* habimus ‖ 774. tibi: SECUSTIBI ‖ 775. MEERRADICAS: me radicas ‖ 776. hinc (*sic A*) *vel* hic | Abibitur (*sic A*) *vel* Adibitur ‖ 777. DRACHMAMDATO: dragmam dato *vel* Drachmandato ‖ 778. Quin (*sic A*) *vel* Qui ‖ 781. HAEQUASSA: Haec uasa ‖ 782. SEQUIMINEI: Sequimini *vel* Sequiminin ‖ 783. IDQUID: quid ‖ 787. UERBEISMEEIS: uerbis meis SY. Eo (*cf. 788*) *vel* meis uerbis ‖ 788. ad me (*sic A*) *vel* ad te | SIMUL | TECUM#EO: tecum. SY. Eo *vel* tecum (*cf. 787*) ‖

Concépteis uerbeis iám ius iurandúm dabo, 790
Me númquam quicquam cúm illa — iamne abiít Syra?
Perii hércle. ecce autem haec ábiit. uae miseró mihi.
At té, uicine, dí deaeque pérduint
Cum túa | amica cúmque amatiónibus.
Suspícione impléuit me indigníssume: 795
Concíuit hostis †domi uxor acerrumast.
Ibo ád forum atque haec Démiphoni | éloquar,
Me istánc capillo prótracturum esse ín uiam,
Nisi híne abducit quó uolt ex hisce aédibus.
Vxór, heus uxor, quámquam tu iratá's mihi, 800
Iubeás, si sapias, haéc ⟨hinc⟩ intro auférrier:
Eadém licebit móx cenare réctius.

ACTVS V

SYRA. EVTYCHVS
ANVS ADVLESCENS

SY. Era quó me misit, ád patrem, non ést domi:
Rus ábisse aiebant. núnc domum renúntio.
EV. Deféssus sum urbem tótam peruenárier: 805
Nil ínuestigo quícquam de illa múliere.
Sed máter rure rédiit: nam uideó Syram
Astáre ante aedis. Sýra. SY. Quis est qui mé uocat?
EV. Erus átque alumnus túos sum. SY. Salue, †alumne.
EV. Iam máter rure rédiit? respondé mihi. 810
SY. Cum quídem salute [a] fámilia⟨i⟩ máxuma.

---

793. perdunt *vel* perdunt: *corr Py* ‖ 795. Suspicione *vel* Suspitionibus ‖ 798. istanc *vel* istac | protracturum *vel* protacturum ‖ 799. hisce *vel* hisc ‖ 801. sapias *vel* sapeas | *add Ri duce Py* ‖ 803. quo me *vel* q̃m̃ me ‖ 805. Defessus sum (*vel* su) *vel* Defessum ‖ 806. inuestigo *vel* inuestigio *vel* inuenisti g̊ ‖ 811. *del Guy* | *add Bent* ‖

EV. Quid istúc negotist? SY. Túos pater bellíssumus
Amícam adduxit íntro in aedis. EV. Quó modo?
SY. Aduéniens mater rúre eam offendít domi.
EV. Pol haúd censebam istárum esse operarúm patrem. 815
Etiám nunc mulier íntust? SY. Etiam. EV. Séquere me.

SYRA

ANVS

Ecástor lege dúra uiuont múlieres
Multóque iniquióre miserae quám uiri.
Nam sí uir scortum dúxit clam uxorém suam,
Id sí resciuit úxor, inpunést uiro: 820
Vxór uiru⟨m⟩ si clám domo egressást foras,
Viró fit causa, exígitur matrumónio.
Vtinám lex esset éadem quae uxoríst uiro.
Nam uxór contentast quaé bonast unó uiro:
Qui mínus uir una uxóre contentús siet? 825
Ecástor faxim, si ítidem plectantúr uiri,
Siquís clam uxorem dúxerit scortúm suam,
Vt illa⟨e⟩ éxiguntur quae ín se culpam cómmerent,
Plurés uiri sint uídui quam nunc múlieres.

CHARINVS

ADVLESCENS

Límen superum⟨que⟩ ínferumque, sálue, simul autém uale: 830
Húnc hodie postrémum extollo meá domo patriá pedem.

---

812. bellisumus: *corr CD*² ‖ 816. nunc mulier *vel* mulier nunc ‖ 817. uiuunt *vel* uiuolunt ‖ 821. uiro: *corr Pareus* ‖ 822. matrumonio *vel* matrimonio ‖ 823 sq. uiro — bona est *om B* ‖ 828. inse culpam commerent *vel* insculpam conuenirent ‖ 830. superum *vel* superam: *add Pi* | autem uale (*vel* uabe) *vel* autem salue ‖

Ýsus, fructus, uíctus, cultus iám mihi harunc aédium
Ínteremptust, ínterfectust, álienatust. óccidi.
Dí penates meúm parentum, fámiliai Lár pater,
Vóbis mando meúm parentum rém bene ut tutémini. 835
Égo mihi alios deós penatis pérsequar, aliúm Larem,
Áliam urbem, aliam cíuitatem: ab Átticis abhórreo.
Nám ubi mores déteriores íncrebrescunt ín dies,
Ýbi qui amici, qui ínfideles sí[e]nt nequeas pernóscere,
Ýbiqu⟨e⟩id eripiátur animo tuó quod placeat máxume, 840
Íbi quidem si régnum detur, nón cupitast cíuitas.

EVTYCHVS. CHARINVS
ADVLESCENTES II

EV. Díuom atque hominum quaé s⟨u⟩peratrix átque era eadem es [h]óm[i]nibus,
Spé speratam quom óptulisti hánc mihi, tibi gratés ago.
Ecquisnam deus ést, qui mea nunc laétus laetitiá fuat?
Dómi | erat quod quaéritabam. séx sodales répperi: 845
Vítam, amicitiam, †ciuitatem, laétitiam, ludúm, iocum.
Eórum inuentu rés simitu péssumas pessúm dedi:
Íram, inimicitiám, maerorem, lácrumas, exilium, ínopiam,
Sólitudinem, stultitiam, exítium, pertináciam.
* * * * * * * * * * * * * * *

---

832. harum *Nonius* ‖ 833. Interitus *Nonius* ‖ 834. familiae: *corr Bent* ‖ 839. Vbique: *corr Palm duce Pio* | *del Ca* ‖ 840. Vbi qui deripiatur: *corr Scioppius* ‖ 841. est cupita (*vel* cupida): *trai Weisius* ‖ 842 sq. *cf. ad 598* ‖ 842. Diuum *vel* Dium | *add Ribbeckius* | era eadem *vel* era | *del Ribbeckius* ‖ 843. Spem speratam quam (*vel* sperat aequom *vel* sperata cum): *correximus duce A* (SPES—) | hunc mihi tibi *vel* hanc mihi ‖ 844. fiat *vel* fiet: *corr Ca* ‖ 845. quaeritabam *vel* querit abiam ‖ 847. inuentũrus (*vel* inuentũrus) *vel* inuentu st: *corr Guy* | simitu *vel* sim tu ‖ 848 sq. merorem lacrumas *vel* stultitiam exitium pertinatiam merorem lacrumas | *lac sign Ri* ‖

Dáte, di, quaeso, cónueniundi mi éius celerem cópiam. 850
CHA. Ápparatus sum, út uidetis. ábicio supérbiam:
Égomet mihi comés, calator, équos, agaso |, ármiger:
Égomet sum mihi ímperator, ídem egomet mihi oboédio:
Égomet mihi feró quod usust. ó Cupido, quántus es.
Nám tu quemuis cónfidentem fácile tuis factís facis, 855
Eúndem ex confidénte actutum díffidentem dénuo.
EV. Cógito quonam égo illum curram quaéritatum.
CHA. Cérta rest
Me úsque quaerere íllam quoquo hínc abductast géntium
Néque mihi ulla obsístet amnis néc mons neque adeó mare,
Néc calor nec frígus metuo néque uentum neque grándinem: 860
Ímbrem perpetiár, laborem súfferam, solém, sitim:
Nón concedam néque quiescam úsquam noctu néque dius
Príus profecto quam aút amicam aut mórtem inuestigáuero.
EV. Néscioquoia uóx ad auris míhi aduolauit. CHA. Ínuoco
Vós, Lares uiáles, ut me béne tutetis. EV. Iúppiter, 865
Éstne illic Charínus? CHA. Ciues, béne ualete. EV. Ílico
Stá, Charine. CHA. Quí me reuocat? EV. Spés, Salus, Victória.
CHA. Quíd me uoltis? EV. Íre tecum. CHA. Álium comitem quaérite.

850. conueniumdi *vel* conueniundi ‖ 851. ut *vel* ut ut ‖ 852. calator *vel* caltor | agaso *vel* agas | armier *vel* armiger ‖ 854. occupido *vel* cupido: *corr Ca* ‖ 857. ego illum *vel* illum | certarest *vel* certa res est ‖ 859. ulla mihi obstauit *et* atque adeo *Nonius* ‖ 860. Neque frigus neque calorem *Nonius itemque, sed* calor, *Pseudoservius* ‖ 862. dius *vel* dnis *vel* uis ‖ 864. cuia uox *vel* cui noxa ‖ 865. diales *Nonius* | bene tutetis *vel* bene uiuetis: tutetis *Nonius* ‖

Nón amittunt hí me comites quí tenent. EV. Qui súnt ei?
CHA. Cúra, miseria, aégritudo, lácrumae, lamentátio. 870
EV. Répudia istos cómites atque hoc réspice et reuórtere.
CHA. Síquidem mecum fábulari uís, subsequere. EV. Sta ílico.
CHA. Mále facis properántem qui me cómmorare: sól abit.
EV. Si húc item properés ut istuc próperas, facias réctius.
Húc secundus uéntus nunc est: cápe modo uorsóriam. 875
Híc fauoniús serenust, ístic auster ímbricus:
Híc facit tranquíllitatem, iste ómnis fluctus cónciet.
Récipe te ad terrám, Charine, huc: †non me ex aduorsó uides
†Nubis ater imberque instat. aspice non ad sinisteram atque detis
†Caelum ut est splendore plenum ex aduorso uides. 880
CHA. Réligionem †ilic obiecit: récipiam me illúc. EV. Sapis.
Ó Charine, cóntra pariter fér gradum et confér pedem.
Pórrige bracchiúm. ⟨CHA.⟩ Pre⟨he⟩nde. iám tenes? EV. Teneó. CHA. Tene.
⟨EV.⟩ Quó nunc ibas? CHA. Éxulatum. EV. Quíd ibi faceres? CHA. Quód miser.
EV. Né paue: restítuam iam ego te †in gaudiantique ut sis. 885

---

870. lacrume *vel* lacrum uel ‖ 875. # Cape ‖ 876. fauonius serenust istic *vel* serenus fauonius est hic ‖ 877. conciet *vel* coniciet ‖ 878. Recipite: *corr Ca* | me *vel* ne ‖ 879. imberque *vel* inberque | aspice non ad sinisteram *vel* aspiciae non adsinistram | atque *vel* atque ut ‖ 880. est splendore *vel* splendore est ‖ 881. Religionem *vel* Relligionem | ilic *vel* illi ‖ 882. garine: *corr D* ‖ 883. *pers add Ri* | prende *vel* pende: *corr Py* | CHA. *et* EV.: *inv Ri* ‖ 884. *add Ri* | Quod: *corr B* | Quid *vel* Quit | ibi facere uis (*vel* facer his) | Quot miserst: *del B* ‖ 885. gaudiantique *vel* gaudiantque ‖

Máxume quod uís audire, id aúdi⟨e⟩s: quod gaúdeas
†Sta ilico amicus atuenio multum béneuole⟨n⟩s.
Túam | amicam — CHA. Quíd eam? EV. Vbi sit égo scio. CHA. Tune, óbsecro?
EV. Sánam et saluam. CHA. Vbi eam saluam? EV. Égo scio. CHA. Ego me máuelim.
EV. Pótin ut animo sís tranquillo? CHA. Quíd si mi animus flúctua[n]t? 890
EV. Égo istum in tran⟨quilló⟩ quieto túto sistam, né time.
CHA. Óbsecro te, †loquere ubi sit, ubi eam uíderis.
Quíd taces? dic: énicas me míserum tua re⟨ti⟩céntia.
EV. Nón longe hinc abést a nobis. CHA. Quín [ergo] commostras, sí [ut] uides?
EV. Nón uideo hercle núnc, sed uidi módo. CHA. Quin †ego uideo facis? 895
EV. Fáciam. ⟨CHA.⟩ Longum istú[n]c amantist. ⟨EV.⟩ Étiam muttis? ómnia
[CHA.] Cónmostrabo[r]. amícior mihi núllus uiuit átque is est
Qui íllam habet: nequést qu⟨o⟩i magis me mélius uelle aequóm sie[n]t.
⟨CHA.⟩ Nón curo istu⟨n⟩c: dé illa quaero. EV. De ílla ergo ego dicó tibi.
Sáne hoc non in méntem uenit dúdum, ut ob * * * * 900
CHA. Díc igitur, ubi illást? EV. In nostris aédibus. CHA. Aedís probas.

---

886. audire id (*vel* it) *vel* audire | *add Ca* ‖ 888. Tuine *vel* tume atumne: *corr B* ‖ 889. Ego scio *vel* quo ego scio | mauetim *vel* malim ‖ 890. tranquillam: *corr B* | sint antimus (animus *corr D*): *corr Buechelerus* ‖ 891. in transquieto tuto *vel* in tranquietu o: *suppl Sey* ‖ 894. Quin *vel* Cum | *del Guy* | set | *del Bo* ‖ 895. sit uidim *vel* si uidit | Quem | uideo *vel* uidea ‖ 896. Faciam lon ‖ Cum (*vel* cum): *corr Pareus* | emutuis *vel* metuis: *corr Stu* ‖ 897. Conmonstrabor *vel* Cum monstrabor ‖ 898. qui *vel* cum: *corr Pius* | me uelle me melius: *corr Guy* ‖ 899. Non *vel* Nunc | curam de istuc ulla (*vel* ullam): *corr Ri duce Ac* ‖ 900. ob *vel* tibi ‖

Sí tu uera dícis, pulcre aédificatas árbitro.
Séd qui[d] ego istuc crédam? uidisti[s] án de audito [i]nú⟨n⟩tias?
EV. Égomet uidi. CHA. Quís eam adduxit ád uos? EV. †Inique rogas?
CHA. Véra dicis? EV. Níl, Charine, té quidem quicquám pudet.
Quíd ⁻ama refért, quicum istuc uénerit, dum istíc si⟨e⟩t?
[CHA.] Est profecto. CHA. Opta érgo ob istunc núntium quiduís tibi.
EV. Quíd, si optabo? CHA. Deós orato, ut éius faciant cópia⟨m⟩.
EV. Dérides? ⟨CHA.⟩ Seruáta res est démum, si illa⟨m⟩ uídero.
Séd quin ornatum húnc reicio? heus, áliquis [est] actutum hú[n]c foras
Éxite, illinc pállium mihi [ha]ecférte. EV. [H]Em, nunc tu míhi [ut] places.
CHA. Óptume aduení[en]s: puere, cape c⟨h⟩lámydem atque [haec] isti[nc] ⟨a⟩sta ílico,
Vt, si haec non sint uéra, inceptum hoc ítiner[e] perficere éxsequar.
EV. Nón mihi credis? CHA. Ómnia equidem crédo quae dicís mihi:
Séd quin intro dúcis me ad eam, ut uídeam? EV. Paulispér mane.
CHA. Quíd, manebo? EV. Témpus non est íntro eundi. CHA. Énicas.

---

903. *del Py* | uidistis ante audito: *corr Guy* | inotias *vel* inocias | 904. Egomet *vel* Egomes | ad uos *vel* uos | 905. charine *vel* carine | 906. amare fert *vel* ima refert | istac: *corr Ri* istue: *corr Ac* | *add Ca* | 907. *del Ca* | EV.: *corr Ca, idem v. 908 sq. pers permutans* | opta *vel* obta | 908. si *vel* sit | 909. Deridis seruata | uideor | 910. quin *vel* cum | *del Py* | 911. *del Scioppius* [ha]ec *B* | H *del Ri* | ut *del Ac* | 912. en *del Ac* | haec *del Bo* istine sat: *corr Sey duce Ca* | 913. sint *vel* sit | 914. quia edicis mihi *vel* tibi | 915. quin *vel* cum |

EV. Nón opus est, inquám, nunc intro te íre. CHA. Respondé mihi:
Quá causa? EV. Operae nón est. CHA. Cur? EV. Quia nón est illi cómmodu⟨m⟩.
CHA. Ítane? commodum ílli non est, quaé me amat, quam ego cóntra am⟨o⟩?
Omnibus hic lúdificatur mé modis. ego stúltior, 920
Quí isti credam: cómmoratur. c⟨h⟩lámydem sumam dénuo.
EV. Máne parumper átque haec audi. CHA. Cápe sis, puer, hoc pállium.
EV. Máter iratást patri uehemènter, quia scortúm sibi
Ob oculos addúxerit in aédis, dum ruri ípsa abest:
Súspicatur íllam amicam esse ílli. CHA. Sonam sústuli. 925
EV. Eám rem nunc exquírit intus. CHA. Iám machaerast ín manu.
⟨EV.⟩ Núnc si eo te⟨d⟩ íntro ducam — CHA. Tóllo ampullam atque hínc eo.
EV. Máne, mane, Charíne. CHA. Érras: me decipere haúd potes[t].
EV. Néque edepol uolo. CHA. Quín tu ergo itiner éxsequì meum mé sinis?
EV. Nón sino. CHA. Ego mé moror. tu, púere, abi hinc intro ócius. 930
Iam ín currum escendí, iam lora ín manus cepí meas.
EV. Sánus non es. CHA. Quín, pedes, uos ín curriculum cónicitis

917. te ire *vel* ire | res CHA. Ponde: *corr* D^2 | 918. commodi | 919. contra iam *vel* contraham | 920. stultior *vel* stultitior | 921. Qui *vel* Quid | istic redam *vel* istic reddam | 923. Mater *vel* Mane *vel cm* | 924. Oboculis | 925 sq. *pers add Pius pro spatiis* | macharast *vel* macharest | 927. Nam si eo ⟨*vel* scio⟩: *corr Ri* | *add Bo* | ampullam *vel* ampullum | 928. potest: *corr D* | 929. edepol uolo *vel* uolo edepol | itiner *vel* iter | sines *vel* sine *Nonius* | 930. Egomet memor *Priscianus* | puere (*sic Priscianus*) *vel* puer | 931. currum escendi *vel* cursum uescendi | lora *vel* hora |

In Cyprum rectá, quandoquidem páter mihi exiliúm parat?
EV. Stúltus es: noli ístuc, quaeso, dícere. CHA. Certum éxsequist,
Óperam ut sumam ad péruestigandum úbi sit illaec. ⟨EV.⟩ Quín domist. 935
⟨CHA.⟩ Nam híc quod dixit íd mentitust. EV. Véra dixi equidém tibi.
CHA. Iám Cyprum uení. EV. Quin sequere, ut íllam uideas quam éxpetis.
CHA. Pércontatus nón inueni. EV. Mátris iam iram néglego.
CHA. Pórro proficiscór quaesitum. núnc perueni Chálcidem.
Vídeo ibi hospitém Zacynt⟨h⟩o: díco quid eo aduénerim: 940
Rógito quis eam ⟨a⟩uéxerit, quis hábeat, si íbi ind[e]audíuerit.
EV. Quín tu istas omíttis nugas ác mecum huc intro ámbulas?
CHA. Hóspes respondít Zacynthi fícos fieri nón malas.
⟨EV.⟩ Níl mentitust. CHA. Séd de amica se índaudi⟨u⟩isse aútuma[n]t
Híc Athenis ésse. EV. Calc⟨h⟩as ístequidem Zacýnt⟨h⟩iust. 945
⟨CHA.⟩ Náuem conscendó, proficiscor ílico: ia⟨m⟩ súm domi,
[EV.] Iám redi⟨i de⟩ exílio. [CHA.] salue, mí[hi] sodalis Eútyc⟨h⟩e.

---

935. peruestigandum *vel* uestigandum ‖ 936. *add* D^2 | hic *vel* id | mentitust *vel* mentitumst ‖ 938. Percunctatus | neglego *vel* negleglo ‖ 939. chalcidem *vel* calcidem ‖ 941. Cogito: *corr Pius* | *add Sey* ‖ 942. Quin *vel* Cum | nugas *vel* naugas ‖ 943. # zacintho *vel* zacinto *vel* zazyno: *corr Vss* ‖ 944. indaudiissẽ *vel* inaudiissẽ *vel* inaudisse: *corr Ri* ‖ 945. esse # | *add Ca* | zacyntiust *vel* zacyntust *vel* zacinctust ‖ 946. ea sum ‖ 947. *add Ri* | hi *del Guy* ‖

Vt ualuisti? quíd parentis †metuat mater dati:
Béne uocas, benígne dicis. crás apud te, nún⟨c⟩ domi.
Sí⟨c⟩ decet, sic fíeri oportet. EV. †Eloqueni sómnias.
Híc homo non sanús⟨t⟩. CHA. Medicari amícus quin properás ⟨mihi?⟩
⟨EV.⟩ Séquere sis. CHA. Sequór. EV. Clementer, quaéso: calces déteris.
Aúdin tu? CHA. Iam dúdum audiui. EV. Pácem componí uolo
Meó patri cum mátre: nam nunc ést irata — CHA. Í modo.
EV. Própter istanc. CHA. Í modo. EV. Ergo cúra. CHA. Quin tu ergo í modo:
Tám propitiam réddam quam quom própitiast Iunó Ioui.

DEMIPHO. LYSIMACHVS
SENES II

DE. Quási tu numquam quícquam adsimile húius facti féceris.
LY. Édepol numquam: cáui nequid fácerem. uix uiuó miser:
Nám mea uxor própte⟨r⟩ illam tóta in fermentó iacet.
DE. Át e[r]go expur⟨i⟩gátionem habébo, ut ne suscénseat.
⟨LY.⟩ Séquere me. sed éxeuntem fílium uideó meum.

---

949. benigne dicis *vel* benigna aedicis | non: *corr Pius* || 950. *add Pius* | fieri *vel* fierit || 951. non sanus *vel* insanus: *corr Py* | # Medicari | *add Ri* || 952. Seque reses || 956. quam cum *vel* quam ///// || 958. 959. *inv libri: trai Ac* || 958. facerem uix uiuum ser *vel* facere multum miser: *corr Ri* || 959. propte (*corr* D^2) ellam *vel* prope illam || 960. *add Ri* || 961. *add Gru* ||

EVTYCHVS. LYSIMACHVS. DEMIPHO
ADVLESCENS SENES II

EV. Ád patrem ibo, ut mátris iram síbi esse sedatám sciat.
Iám redeo. LY. Placét principium. quíd agis? quid fit, Eútyche?
EV. Óptuma op⟨p⟩ortúnitate[m] ambo áduenistis. LY. Quíd reist?
EV. Ýxor tibi placida ét placatast. cétte dextras núnciam. 965
LY. Dí me seruant. EV. Tíbi | amicam ésse nullam núntio.
DE. Dí te perdant. quíd negotist nám, quaeso, istuc? EV. Éloquar.
Ánimum aduortite ígitur ambo. LY. Quín tibi ambo operám damus.
EV. Quí bono sunt génere nati, ⟨sí⟩ sunt ingenió malo,
Suápte culpa †genere capiunt, génus ingeni⟨o qu⟩om ímprobant. 970
DE. Vérum hic dicit. LY. Tíbi ergo dicit. EV. Éo illud est uerúm magis.
Nám te istac aetáte[m] haud aequom fílio fuerát tuo
Ádulescenti amánti amicam erípere emptam argentó suo.
DE. Quíd tu ais? Charíni amicast ílla? EV. Vt dissimulát malus.
DE. Íllequidem illam sése ancillam mátri emisse díxerat. 975
EV. Própterea igitur tú mercatu's, nóuos amator, uétus puer?

962 sq. *inv libri: trai Py* ‖ 962. Ad patrem *vel* Appatrem ‖ 963. DE. Placet: *corr Sarac* | fit *vel* fiet | eutiche *vel* eutice ‖ 964. EV. Optimam *vel* Optima | ut uenistis *vel* aut uenistis: *corr Ca* ‖ 965. certe: *corr Ca* ‖ 968. DE. | Quin *vel* Quid ‖ 969. *add Ca* ‖ 970. ingenium improbant (*vel* probant): *corr Ri* ‖ 972. fuerat filio: *trai Bo* ‖ 973. emptam argento eripere: *trai Weisius* ‖ 974. charini *vel* charine ‖ 976. mercatus: *corr Ri* ‖

LY. Óptume hercle: pérge *: ego ádsistam hinc altrínsecus.
Quíbus est dictis dígnus, usque onerémus ambo. DE. Núllus sum.
EV. Fílio suo qui ínnocenti fécit tantam iniúriam:
Quém quidem hercle ego †in exilium quom iret, re⟨d⟩duxí domum. 980
Nam íbat exulátum. DE. An abiit? EV. Etiam loquere, lárua?
Témperare istác aetate istís decet te⟨d⟩ ártibus.
DE. Fáteor, deliquí profecto. LY. Etiam loquere, lárua?
†Vacuom esse istac ted aetate his decebat noxiis. 983[b]
⟨EV.⟩ Ítidem ut tempus ánni, aetate⟨m⟩ aliam áliud factum cóndecet.
Nám si istuc iuus ést senecta aetáte scortarí senes, 985
Vbi locist res súmma nostra pública? DE. Ei, perií miser.
⟨LY.⟩ Ádulescentes réi agendae isti mágis solent operá⟨m⟩ dare.
⟨DE.⟩ Iam óbsecro hercle habéte uobis cúm porcis, cum físcina.
⟨EV.⟩ Rédde filió: sibi habeat. DE. Iam, út uolt, per me [sibi] habeát licet.
⟨EV.⟩ Témpere edepol: quóniam ut aliter fácias non est cópiae. 990
DE. Súpplici sibi súmat quod uolt ípse ob hanc iniúriam.
Módo pacem faciátis oro, ut né mihi iratús s⟨ie⟩t.

978. alterinsecus: *corr ex gloss. Plaut.* ‖ 981. ibit exulatum *vel* exibat exilium ‖ 982. *add Abraham* ‖ 983[a]. EV. Etiam: *corr Ladewigius* ‖ 983[b]. ted aetate his *vel* aetate diis ‖ 984. *addidimus* | conuenit: *corr Lachm* ‖ 985. iuus *vel* uius ‖ 986. locis tres: *corr Fl* ‖ 987. *addidimus* | agendae *vel* agenda est ‖ 988. *addidimus* | uobis habete: *trai Ac* ‖ 989. *add D*[2] | filio sibi habeas. EV. Iam ut (*vel* habeas iam): *corr Ca* | *del Guy* ‖ 990. *add D*[2] | Temper edepol *vel* Temperare edepol: *corr Bucchelerus duce Ac* ‖ 991. sibi sumat *vel* sumat | quid: *corr Bo* ‖ 992. faciatis oro *vel* faciat misero | iratus est: *corr Py* ‖

Si hércle sciuissém siue adeo ióculo dixissét mihi,
Sé illam amare, númquam facerem ut íllam amanti abdúcerem.
Eútyche, te⟨d⟩ oró — sodalis eíus es — serua et súbueni. 995
Húnc senem para mé clientem: mémorem dices bénefici.
⟨LY.⟩ Óra, ut ignoscát delictis tuís atque adulescéntiae.
DE. Pérgin tu autem? †hia superbe inuéhere. spero ego míhi quoque
Témpus tale euénturum, ut tibi grátiam referám parem.
⟨LY.⟩ Míssas iam ego istas árti⟨s⟩ feci. ⟨DE.⟩ Et quídem ego dehinc iam — LY. Níl ⟨agis:⟩ 1000
Cónsuetudine ánimus rursus te húc inducet. DE. Óbsecro,
Sátis iam ut habeatís. quin loris caédite etiam, sí lubet.
LY. Récte dicis: séd istuc uxor fáciet, quom hoc rescíuerit.
DE. Níl opust rescíscat. EV. Quid istic? nón rescíscet: né time.
Eámus intro: nón utibilest híc locus, factís tuis, 1005
Dúm memoramus, árbitri ut sint quí praetereant pér uias.
DE. Hércle qui tu récte dicis. eádem breuior fábula
Érit. eamus. EV. Híc est intus fílius apud nós tuos.
DE. Óptumest. illác per hortum nós domum transíbimus.
LY. Eútyche, hanc uoló prius rem agi quám meum intro referó pedem. 1010
EV. Quíd istuc est? LY. Suám quisque homo rem méminit. respondé mihi:

---

993. loculo ‖ 995. *add Guy* | esse rua *vel* esse rura. ‖ 996. benefici *vel* EV. (*s. v.*) bene fiet ‖ 997. *add Ca* | deliciis ‖ 998. LY.: *corr Ca* | hia *vel* huc ‖ 1000. *pers add Ca* | Missus | artificiet | *add Ca* | iam #: *corr Ca* | agis *add Lachm* ‖ 1004. LY. Quid *vel* # Quid: *corr Sarac* ‖ 1005. utibile si *vel* ut si: *corr Ri* ‖ 1006. arbitri ut *vel* arbitrium ‖ 1010. rem agi *vel* rem magis | intro refero *vel* introire fero ‖ 1011. homo rem *vel* honorem ‖

Cérton scis non súscensere míhi tuam matrém? EV. Scio.
†Video me fide. LY. Satis habeo. íd, quaeso, hercle etiám uide.
EV. Nón mihi credis? LY. Ímmo credo: séd tamen metuó miser.
DE. Eámus intro. EV. Immó dicamus sénibus legem [LY.] cénseo 1015
Príus quam [h]abeamus, quá se lege téneant contentíque sint.
Ánnos gnatus séxaginta quí erit siquem scíbimus
Seú maritum síu⟨e⟩ hercle adeo caélibem scortárier,
Cúm eo nos hac lége agemus: ínscitum arbitrábimur,
Et per nos quidem hércle egebit quí suom prodégerit. 1020
Neú quisquam posthác prohibeto ádulescentem fíliu⟨m⟩
Quín amet et scórtum ducat, quód bono fiát modo.
Síquis prohibuerít, plus perdet clám ⟨qua⟩si praehibuerít palam.
Haéc †adeo ut éx hac nocte prímum lex teneát senes.
Béne ualete: atque, ádulescentes, haéc si uobis léx placet, 1025
Ób senum hercle indústriam uos aécumst clare plaúdere.

1012. Certon *vel* Certen ‖ 1015. leges LY. Censeo *vel* leges # censeo: *corr Guy* ‖ 1016. EV. Prius *vel* Prius | quas elege: *corr Gul* ‖ 1017. LY. Annos *vel* Annos | querit *vel* qui erit ‖ 1018. seu hercle: *corr Py* | scortarier *vel* scotarier ‖ 1019. hic: *corr Bo* ‖ 1021. filia ‖ 1023. *add Sey duce Guy* | prohibuerit: *corr Ca* ‖

Gloss. Plaut. (inter v. 444 et 977) excerptum habet dissimulanter *adverbium.*

T. MACCI PLAVTI

MILES GLORIOSVS

GRAECA ALAZON

PERSONAE

PYRGOPOLINICES MILES
ARTOTROGVS PARASITVS
PALAESTRIO SERVOS
PERIPLEC[T]OMENVS SENEX
SCELEDRVS SERVOS
PHILOCOMASIVM MVLIER
PLEVSICLES ADVLESCENS
LVRCIO PVER
MILPHIDIPPA ANCILLA
ACROTELEVTIVM MERETRIX
SERVI
PVER
CARIO COCVS
LORARII

ARGVMENTVM I

Meretrícem Athenis Éphesum miles áuehit.
Id dúm ero amanti séruos nuntiáre uolt
Legáto peregre |, ípsus captust ín mari
Et éidem illi míliti donó datust.
Suom arcéssit †erum Athenis ét forat 5
Geminís communem clám parietem in aédibus,
Licére[t] ut quiret cónuenire amántibus.
Obérrans custos hós uidet de tégulis:
Ridículis autem, quási sit alia, lúditur.
Itémque impellit mílitem Palaéstrio 10
Omíssam faciat cóncubinam, quándo ei
Senís uicini cúpiat uxor núbere.
Vltro ábeat orat, dónat multa. ipse ín domo
Senís prehensus poénas pro moechó luit.

5. arcessit erum athenis *vel* ars cessit erumna thenis || 6. ciam *vel* sciam: *corr* B^2 || 7. *del Pius* || 8. Obherentis: *corr Ri* | uidet *vel* uidit || 9. luditur *vel* deluditur || 11. quando cel (*vel* celi): *corr* B^2 || 13. in modo: *corr* B^2 ||

ARGVMENTVM II

Meretrícem ingenuam déperibat mútuo
Athéniensis iúuenis. Naupact⟨um⟩ ís domo
Legátus abiit: míles in eandem íncidit,
Depórtat Ephesum inuítam. seruos Attici
Vt núntiaret dómino factum náuigat: 5
Capitúr, donatur ílli captus míliti.
Ad erum út ueniret Éphesum scribit. áduolat
Aduléscens atque in próxumo deuórtitur
Apud hóspitem patérnum. medium párietem
Perfódit seruos, cómmeatus clánculum 10
Qua fóret amantum: géminam fingit múlier⟨is⟩
Sorórem adesse. móx ei dominus aédium
Suám clientam sóllicitandum ad mílitem
Subórnat. capitur ílle: sperat núptias,
Dimíttit concubínam et moechus uápulat. 15

1. Meretricem *vel* Meritricem || 2. *add Py* | domum: *corr Sarac* || 3. eandem incidit *vel* eadem incedit || 4. ephesum *vel* epessum | inuitat *vel* inuita: *corr Sarac* || 5. facto: *corr* B^2 || 6. illi *vel* illic || 7. Ad uerum: *corr B ras* | ephesum *vel* epessum || 8. reuortitur: *corr Bo duce Sarac* || 10. clanculum *vel* clancilum || 11. geminat: *corr Scu* | *add Ca* || 12. ait esse: *corr Py* || 13. clientam *vel* dientam || 14. spernat: *corr B ras* || 15. uapulat *vel* uabulat ||

ACTVS I

PYRGOPOLINICES. MILES — **ARTOTROGVS** PARASITVS

PY. Curáte ut splendor meó sit clipeo clárior,
Quam sólis radii esse ólim quom sudúmst solent:
Vt, ubi úsus ueniat, cóntra consertá manu
Praestríngat oculorum ácíem in acie | hóstibus.
Nam ego hánc machaeram míhi consolarí uolo, 5
Ne lámentetur néue animum despóndeat,
Quia sé iam pridem f[i]ériat[t]am géstitem,
Quae mísera gestit [et] †fratrem facere ex hóstibus.
Sed ubi Ártotrogus híc est? AR. Stat proptér uirum
Fortem átque fortunátum et forma régia. 10
Tam béllatorem Márs ⟨se⟩ haud ausit dícere
Neque aéquiperare suás uirtutes ád tuas.
PY. Quemne égo seruaui in cámpis Curculiónieis,
Vbi Búmbomachides Clútomestoridysárchides
Erat ímperator súmmus, Neptuní nepos? 15
AR. Meminí: nempe illum dícis cum armis aúreis,
Quoius tú legiones dífflauisti spíritu

1. meus *Priscianus* ‖ 2. cum solis *Nonius* | sudust: *corr* B^2 *cum Prisciano et Nonio* ‖ 7. *del Sarac* ‖ 8. QUAEMISERE (*vix* A): Quem misera | gestitet *vel* gestat et: *del Ca* | fratrem *vel* fratri: FRETIS (?) ‖ 11. Tum (TUM): *corr Bo* | (MA)RS: ars (*corr* B^2) | *add Bo* | HAU*: Aut ‖ 12. Nequi *vel* Mequia ‖ 13. *URCULIO-N(iei)S: curcus lis donis ‖ 14. bumbomarides: *corr Py* | clutum ista ridis archidis: *corr Ri* (—STARCHIDIS) ‖ 16. cum auris ‖ 17. LEG(IONIS): egionis (legiones *Nonius*) | difflauisti (*sic A*) *vel* diflauisti | spiritu *vel* spiritum ‖

Quasi uéntus folia ⟨a⟩ut pániculum tectórium.
PY. Istúc quidem edepol níl est. AR. Nil hercle hóc quidemst,
Praeut ália dicam — quaé tu numquam féceris. 20
Periúriorem hoc hóminem siquis uíderit
Aut glóriarum pléniorem quam íllic est,
Me síbi habeto, ei egó me mancupió dabo:
Nisi únum |: epityrum éstur insanúm bene.
PY. Vbi tú's? AR. Eccum. edepol uél elephanto in India 25
Quo pácto ei pugno praéfregisti brácchium.
PY. Quid, brácchium? AR. Illud dícere uoluí: femur.
PY. At indíligenter íceram. AR. Pol sí quidem
Conísus esses, pér corium, per uíscera
Perque ós elephanti tránsmineret brácchium. 30
PY. Nolo ístaec hic nunc. AR. Ne hércle operae pretiúm quidemst
Mihi té narrare, tuás qui uirtutés sciam.
Ventér creat omnis hásce aerumnas: aúribus
Per⟨h⟩aúrienda súnt, ne dentes déntiant,
Et ádsentandumst quídquid hic mentíbitur. 35
PY. Quid illúc quod dico? AR. Ehem, scío iam quid uis dícere:
[AR.] Factum hérclest: memini fíeri. PY. Quid id est? AR. Quícquid est.

---

18. peniculum: *corr Ri* ‖ 19. *spat om A* | QVIDEMST: quidem ‖ 20. alia (*sic A*) *vel* aliam | (QU)AETU: tu quae ‖ 21. Periuriorem (*sic A*) *vel* peiuriorem | hoc (*sic A*) *vel* huc ‖ 23. habeto et ego *vel* habetot ego: HABETOEGO: *corr Wagnerus* ‖ 24. *dist Schreinerus* | EPIT(YRUMES)TURINSANUM: epytir aut apud illa esturiens (*vel* ẽsturiens) ane (epityra estu[e]r insane *Varro*) ‖ 25. *dist Ac* | uellephanto: *corr* B^2 *cum A* | INDIAM ‖ 26. Quo (*sic A*) *vel* Qua | PACTOEI: pacto | PRAEF(re)GISTI: praefigisti ‖ 28. ICER(am): hic eram ‖ 30. ELEPHA(nti)T(ra)NSMIN(ere)T: elephante (*corr* B^2) transmitteret (tt *ex* n, *ut vid,* B^2) ‖ 31. istaec (*sic A*) *vel* ista hec | QUIDEMST: quidem ‖ 33. HASCE: has ‖ 34. Peraudienda (*sic A*) *vel* Peraurienda: *corr Pareus* ‖ 36. ILLUCQUODDICO#EHEM: illuc AR. quod (*vel* quoe) dico PY. Hem (*vel* Em) ‖ 37. HERCLEEST: st hercle ‖

PY. Habés — AR. Tabellas uís rogare. habeo, ét stilum.
PY. Facéte aduortis túom animum ad animúm meum.
AR. Nouísse mores mé tuos meditaté decet 40
Curámque adhibere, ut praéolat mihi quod tú uelis.
PY. Ecquíd meministi? AR. Mémini: centum in Cílicia
Et quínquaginta, céntum in Scytholátronia,
Trigínta Sardis, séxaginta Mácedones
Sunt hómines quos tu | óccidisti unó die. 45
PY. Quanta ístaec hominum súmmast? AR. Septem mília.
PY. Tantum ésse oportet: récte rationém tenes.
AR. At núllos habeo scríptos: sic meminí tamen.
PY. Edepól memoria's óptuma. AR. Offaé monent.
PY. Dum tále facies quále adhuc, adsíduo edes: 50
Commúnicabo sémper te mensá mea.
AR. Quid ín Cappadocia, úbi tu quingentós simul,
Ni hebés machaera fóret, uno ictu occíderas?
PY. At péditastelli quía erant, siui uíuerent.
AR. Quid tíbi ego dicam quód omnes mortalés sciunt, 55
Pyrgópolinicem te únum in terra uíuere
Virtúte et forma et fáctis inuictíssumum?
Amánt te⟨d⟩ omnes múlieres, neque iniúria,

---

38. #FABELLAS: tabellas AR. ‖ 39. Facete *vel* Facite (*sic A*) | ANIMUMTUUM | at: *corr* B^2 *cum A* | animum meum (*sic A*) *vel* animam meam ‖ 40. moris me tuos: MORESTUOSME ‖ 41. adhibere (*sic A*) *vel* adhiberet | PRAEOLAT: praeuolat | QUOD: quo ‖ 42. ECQUID: Ec (*vel* et) quide (*corr* B^2) | CILICIAM ‖ 43. *dist Lamb* | SCYTHALATRONIAM: sycholatroniae: *corr Geppertus* ‖ 44. SARDIS (*vel* OS) ‖ 46. ISTIC ‖ 49. MEMORIAES: memoriast | MONENT: monet ‖ 50. QUALE: qualem | EDES: edis ‖ 51. semper te (*sic A*) *vel* te semper ‖ 53. OCCIDERAS: occideris ‖ 54. PEDITASTELLI: peditas telu | SIUI: si ‖ 55. mortales (*sic A*) *vel* mortale ‖ 56. PYRGOPOLYNICEN (*vel* M): Pyrigopolinicen ‖ 57. Virtutẽ: *corr B cum A* | INUICTISSIMIS: inuictis sumis: *corr Ri cum al* ‖ 58. *add Bo* | INIURIAM ‖

Qui sís tam pulcer. uél illae quae here pállio
Me réprehenderunt. PY. Quíd eae dixerúnt tibi? 60
AR. Rogitábant: 'hicine Achílles est?' inquít mihi.
'Immo éius frater' ínquam 'est'. ibi illarum áltera
'Ergó mecastor púlcer est' inquít mihi
'Et líberalis: uíde caesaries quám decet.
Ne illaé sunt fortunátae quae cum istó cubant.' 65
PY. Itane aí[e]bant tandem? AR. Quaén me ambae obsecráuerint
Vt te hódie quasi pompam ílla praeterdúcerem?
PY. Nimiást miseria nímis pulcrum esse hominem.
AR. Ímmo itast:
Molestaé sunt: orant, ámbiunt, exóbsecrant
Vidére ut liceat: ád sese arcessí iubent: 70
Vt tuó non liceat dáre operam negótio.
PY. Vidétur tempus ésse ut eamus ád forum:
Vt ín tabellis quós consignaui híc ⟨h⟩eri
Latrónes ibus dínumerem stipéndium.
Nam réx Seleucus me ópere orauit máxumo, 75
Vt síbi latrones cógerem et conscríberem.
Regi húnc diem mihi óperam decretúmst dare.
AR. Age eámus ergo. PY. Séquimini, satéllitis.

---

59. Quisistã *vel* Quistã: QUIESTAN | PULCHER: pulcherũ | HERE: hercle || 60. ERE: ere: *corr Ri* || 61. achillis (*corr ex Servio et A*) | MIHI (*item Servius*): tibi || 62. INQUAMESTIBI (est *etiam Servius*): inquam inuit || 63. pulchere si (*corr ex Servio et A*) || 64. UIDECAESARIES: uida et caesariis || 65. ILLOCUBANT: isto cubat (*corr* B^2) || 66. AIEBANT: aleuat (e *del Guy*) | QUAEN: quae | OBSECRAUERINT: obsecrauerit || 67. illam (*corr B ras*) praeterducerem: ILLAMPRAETERDUCERENT || 68. NIMIAST (Nimia est *Donatus*): Nimis | HOMINEM#IMMOITAST: hominem || 69. EXOBSECRANT: obsecrant || 70. UIDERE: Viderit (t *del B*) | ARCESSI: accersi || 71. non (*sic A*) *vel* no | dare (*sic A*) *vel* adre | NEGOTIO: negotii (*corr* B^2) || 72. eamus (*sic A*) *vel* eatmus || 73. HICERI: hic aeri || 74. Latronis (*vel* Latroni)bus: *corr ex Nonio et Placido* | denumerem (*corr* B^2 *cum Placido et Donato*) || 75. res: *corr* B^2 | seleucus *vel* seleuticus || 76. latrones *vel* latranes || 77. Rei *vel* Regi | die: *corr* B^2D^2 | decretus dare: *corr* B^2 || 78. Age temus (*vel* tenemus): *corr B* ||

ACTVS II

PALAESTRIO
SERVOS

Mihi ad énarrandum hoc árgumentumst cómitas,
Si ad aúscultandum uóstra erit benígnitas. 80
Qui autem aúscultare nólet, exsurgát foras,
Vt sít ubi sedeat ílle qui auscultáre uolt.
Nunc qua ádsedistis caúsa in festiuó loco,
Comoédiai quám nos acturí sumus
Et árgumentum et nómen uobis éloquar. 85
Alázon Graece huic nómen est comoédiae:
Id nós Latine glóriosum dícimus.
Hoc óppidum Ephesust: íllest miles méus erus
Qui hinc ád forum abiit, glóriosus, ínpudens,
Stercóreus, plenus périuri atque adúlteri. 90
Ait sése ultro omnis múlieres sectárier.
Is déridiculost quáqua incedit ómnibus.
Itaque híc meretricis, lábiis dum ductánt eum,
Maiórem partem uídeas ualgis sáuiis.
Nam ego haú diu apud hunc séruitutem séruio. 95
Id uólo uos scire, quó modo ad hunc deuénerim
In séruitutem ab eó quoi seruiuí prius:
Date óperam: nam nunc árgumentum exórdiar.
Erat érus Athenis míhi adulescens óptumus.
Is amábat meretricem †matre Athenis Átticis 100

---

79. comtas: *corr* B^2D^2 ‖ 80. at ‖ 81. auscultabunt: *corr* B^2 | nollet (nolit B^2) ‖ 82. ille *vel* tille ‖ 84. Comediae: *corr Scioppius* | quandos *vel* quando (quam modo B^2): *corr Py* | aucturi: *corr* B^2 ‖ 86. nomen eloquar comediae: *corr Py* ‖ 88. epesum (ph B^2 D^2) est: *corr Ca* | idē miles *vel* miles: *corr Sey* ‖ 90. adulterii *vel* adelterii ‖ 91. ultro ut: *del* B^2 | ectarier: *corr* B^2D^2 ‖ 92. dericulust *vel* deridicust: *corr Ac* ‖ 93. labris *Charisius* | ducant: *corr Beroaldus duce Charisio* ‖ 95. au *vel* aut (haud B^2) ‖ 96. at | deuenerit: *corr* B^2D^2 ‖ 97. habeo: *corr B* | culi *vel* oculis: *corr B D* ‖ 98. exordiat: *corr* B^2D^2 ‖

Et illa íllum contra: quíst amor cultu óptumus.
Is públice legátus Naupactúm fuit
Magnái rei públicai grátia[st].
Intéribi hic miles fórte Athenas áduenit.
Insínuat sese ad íllam amicam eri ⏑ ⏑ – 105
Occépit eius mátri subpalpárier
Vino, órnamentis ópiparisque obsóniis:
Itaque íntumum ibi se míles apud lenám facit.
Vbi prímum euenit míliti huic occásio,
Sublínit os illi[s] lénae, matri múlieris 110
Quam erus méus amabat. nám is illius fíliam
Conícit in nauem míles clam ⟨m⟩atrém suam
Eamque húc inuitam múlierem in Ephesum áduehit.
Vbi amícam erilem Athénis auectám scio,
Ego quántum uiuos póssum mihi nauém paro: 115
Inscéndo, ut eam rem Naúpactum ad erum núntiem.
Vbi súmus prouecti in áltum, fit quod ⟨dí⟩ uolunt:
Capiúnt praedonis náuem illam ubi uectús fui.
Prius périi quam ad erum uéni quo ire occéperam.
Ille ⟨quí⟩ me cepit dát me hu⟨i⟩c dono míliti. 120
Hic póstquam in aedis me ád se ⟨de⟩duxít domum,
Video íllam amicam erílem Athenis quaé fuit.
Vbi cóntra aspexit me, óculis mihi signúm dedit,
Ne se áppellarem. deínde, postquam occásiost,
Conquéritur mecum múlier fortunás suas. 125
Ait sése Athenas fúgere cupere ex hác domu:

---

101. Vt *Donatus* | amoris cultor *Donatus* ‖ 103. Magna rei publicã (publicae B^2D^2): rei magnai publicai *Victorinus* (*et* gratiai) ‖ 104. Interiuit (Interim ut B^2): *corr Ac* | miles *vel* milis ‖ 105. at | meri *vel* ///eri | *lac sign Ca* ‖ 106. subpalparier *vel* subpalpariter ‖ 108. milis ‖ 110. illis *vel* illos: *corr Scu* ‖ 111. filia: *corr* B^2D^2 ‖ 112. Contigit *vel* Contegit: *corr Ca* | milis ‖ 113. aduenit: *corr* B^2 ‖ 114. 115. *inv libri: trai Ac* ‖ 115. citius possum B^2 ‖ 116. Inscendo *vel* Incendo | at (*quod deinceps non notamus*) | nuntiet: *corr* B^2 ‖ 117. fit *vel* sit | *add Lipsius* ‖ 120. *add Beroaldus* ‖ 121. *add Ca* ‖ 124. deinde postquam *vel* dein posquam ‖ 125. fortuna sua: *corr* B^2D^2 ‖ 126 sqq. cuperet *et* amaret *et* odisset qua *et* milite: *corr* B^2 ‖

Sese íllum amare méum erum Athenis quí fuit,
Neque péius quemquam odísse quam istum mílitem.
Ego quóniam inspexi múlieris senténtiam,
Cepí tabellas, cónsignaui clánculum, 130
Dedi mércatori quoídam, qui ad illum déferat
Meum erúm qui Athenis fúerat, qui ha⟨n⟩c amá-
uerat,
Vt [h]is húc ueniret. ís non spreuit núntium:
Nam [et] uénit is et in próxumo hic deuórtitur
Apud suóm paternum | hóspitem, lepidúm senem: 135
Itaque ⟨ís⟩ illi amanti suo hóspiti morém gerit
Nosque ópera consilióque adhortatúr, iuuat.
Itaque égo paraui hic íntus magnas máchinas,
Qui amántis una intér se facerem cónuen[i]as:
Nam unúm conclaue cóncubinae quód dedit 140
Milés, quo nemo nísi ea⟨p⟩se inferrét pedem,
In eó conclaui egó perfodi párietem,
Qua cómmeatus clam ésset hi⟨n⟩c huc múlieri.
Et séne sciente hoc féci: is consiliúm dedit.
Nam méus conseruos ést homo haud magní preti, 145
Quem cóncubinae míles custodem áddidit.
Ei nós facetis fábricis et doctís dolis
Glaucúmam ob oculos óbiciemus eúmque ita
Faciémus ut quod uíderit ne uíderit.
Et móx ne erretis, haéc duarum hodié uicem 150
Et hínc et illinc múlier feret imáginem
Atque éadem erit, uerum ália esse adsimulábitur.

---

130. tabellas (*vel* tapellas) consignauit: *corr* B^2D *ras* ‖ 131. qui at *vel* quia ‖ 134. *del Sey* | uenit et is (*vel* uenit eius *vel* uenietis) in: *corr Ribbeckius* ‖ 136. *add Ri* | morem *vel* mortem ‖ 137. iuuat *vel* uiuat ‖ 139. *del Ca* ‖ 140. conclauem: *corr B* | quod *vel* quo ‖ 141. quo *vel* q̃m | *add Turnebus* ‖ 143. *add Ca* ‖ 144. senem scientem: *corr* B^2 | fecitis *vel* fecisti: *corr* B^2 ‖ 145. aut: *corr* B^2 *cum Donato* ‖ 147. FACETIS: facitis | doctis *vel* dolis: FA(CTI)S ‖ 148. GLAUCUMAM: Glaucuma (glaucomam *Priscianus*) | obitiemus: IC(IE)MUS (obiciemus *Priscianus*) ‖ 149. ne *Priscianus*: non (*item A*) | uideat *Priscianus* ‖ 150. *dist Handius* ‖ 151. HINC: hic | FER(et): ut feret (*vel* ferret): *corr* B^2D^2 ‖ 152. alia esset (*vel*

Ita súblinetur ós custodi múlieris.
Sed fóris concrepuit híne a uicinó sene.
Ipse éxit: hic illest lépidus quem dixí senex. 155

PERIPLEC[T]OMENVS. PALAESTRIO
SENEX SERVOS

PE. Ni hércle diffregéritis talos pósthac, quemque in tégulis
Víderitis aliénum, ego uostra fáciam latera lórea.
Míquidem iam arbitrí uicini súnt, meae quid fiát domi:
Íta per inpluuium íntro spectant. núnc adeo edico ómnibus:
Quémque a milite hóc uideritis hóminem in nostris tégulis, 160
Éxtra unum Palaéstrionem, huc déturbatote ín uiam.
Quód ille gallinam aút columbam sé sectari aut símiam
Dícat: disperístis, ni usque ad mórtem male mulcássitis.
Átque adeo, ut ne légi fraudem fáciant aleáriae,
Ádcuratote út sine talis dómi agitent conuíuium. 165
PA. Néscioquid malefáctum a nostra hic fámiliast, quantum aúdio:
Íta hic senex talós elidi iússit conseruís meis.
Séd me excepit: níli facio quíd illis faciat céteris.

---

esse): *om A* ‖ 153. SUBLINETUROS: sublinitor es (*vel* est: sublinitust os B^2) | mulieris (*sic A*) *vel* mulieres ‖ 154. senem: *corr B cum A* ‖ 155. DIXI: dixit (*corr* B^2) | SENEX (*vel* M): senex ẽ (*vel* est (*del* B^2) ‖ 156. Ni (*sic A*) *vel* Nisi | DEFREGERITIS: defrigeritis *vel* defrieretis *vel* defregeretis: *corr Ribbeckius* | (quem) QUEM ‖ 157. ego uostra: UESTRAEGO, *ut vid* ‖ 158. Mihi quidem: MIHIEQUIDEM | (UICINI)SUNT: et (*vel* ae) uicis eunt (et uicini sciunt B^2) ‖ 160. QUEMQUEM ‖ 161. DECUR(BATOTE) | INUIAM: inuia ‖ 162. QUOT | SIMIAM: scimiã *vel* scimia (*corr* B^2D^2) ‖ 163. DISPERI(STIS): disperisti | male (*sic A*) *vel* ale | MULCASSITIS: mulcasitis ‖ 164. ALEARIAE: alariae ‖ 165. ADCURATOTE: Accurratote | TALISDOLISAGITENTCONUIUIUM: taliis domi agitet conuiuium (*vel* conuium) ‖ 166. NESCIOQUIT | ANOSTRAHIC: nostra (nostrae B^2) huic ‖ 167. CONSERUISMEIS: conseruus meus (*corr B ras*) ‖ 168. EXPE(TIT) | NIHIL | QUOD ‖

Ádgrediar hominem. PE. Éstne aduorsum hic qui áduenit Palaéstrio?
⟨PA.⟩ Quíd agis, Periplec[t]ómene? PE. Hau multos hómines, si optandúm foret, 170
Núnc uidere et cónuenire quám te mauellém. PA. Quid est?
Quíd tumultuás cum nostra fámilia? PE. Occisí sumus.
⟨PA.⟩ Quíd negotist? PE. Rés palamst. PA. Quae rés palamst? PE. De tégulis
Módo nescioquis ínspectauit uóstrum familiárium
Pér nostrum inpluuium íntus apud nos Phílocomasium atque hóspitem 175
Ósculantis. PA. Quís homo id uidit? PE. Túos conseruos. PA. Quís is homost?
PE. Néscio: ita abripuít repente sése subito. PA. Súspicor
Mé periisse. PE. Vbi ab[i]ít, conclamo: 'heus, quíd agis tu' inquam 'in tégulis?'
Ílle mihi abiens íta respondit, sé sectari símiam.
PA. Vaé mihi misero quoí pereundumst própter nili béstiam. 180
Séd Philocomasium hícine etiam núnc est? PE. Quom exibam, híc erat.

---

169. PE. *pro* # *Ri* | HICQUIAUENITPALAESTRIO (aduenit *Ri*): est quasi ‖ 170. *add Ri* | PERIPLECTOMENE#HAU: peri plectomenem (*vel* peripletomenem: periplectomene *B ras*) PE. haud (*vel* # haut): *corr Ri* | FORET: fuerit ‖ 171. uideret et quam ueniret quante mauellet: *corr ex A* ‖ 172. *solus habet A* (QUM) ‖ 173. *add Ri* | ESTADETEGULIS: est PE. de tequlis (*vel* tectulis: *corr* B^2) ‖ 174. NESCIOQUIS: nescio quisis | UESTRUMFAMILIARIUM: uestrarum familiarum (*vel* familiarium) ‖ 175. PHILOCOMASIUM: philocomaziu *vel* filocomatium ‖ 176. IDUIDIT: tuidit *vel* uidit | QUISIS: quisis erit: *corr* B^2 ‖ 177. ARRIPUIT ‖ 178. PERIISSE: perisse *vel* perisset | ABIIT: habiit: *corr Bo* | QUID: aquid *vel* et quid | INQUAMINTEGULIS: inquam ‖ 179. SIMIAM: scimiam (*corr B*) ‖ 180. MISERO: amisero (*corr* B^2) | pereundum si (*vel* ii): PEREUNDUSET | nihil bestia (*vel* olestia): *corr* B^2 *cum A* ‖ 181. (HIC)INEETIAN: hicinae etiam | ERAT: eram (*corr B*) ‖

PA. Í sis, iube transíre huc quantum póssit, se ut uideánt domi
Fámiliaris: nísi quidem illa nós uolt qui seruí sumus
Própter amorem suom ómnis crucibus cóntubernalís dari.
PE. Díxi ego istuc: nísi quid aliud uís. PA. Volo. hoc ei dícito: 185ª
Prófecto ut ne quoquám de ingenio dégrediatur múliebri
Eárumque artem et dísciplinam optíneat colere. PE. Quem ád modum? 186
PA. Vt eum qui se hic uídit uerbis uíncat ne is se uíderit.
Síquidem centiéns hic uisa sít, tamen infitiás eat.
(Ós habet, linguám, perfidiam, málitiam atque audáciam, 189ª
Cónfidentiám, confirmitátem, fraudulentiam:
Qui árguat se, eum cóntra uincat iúre iurandó suo. 190
Dómi habet animum fálsiloquom, falsíficum, falsiiúrium,
Dómi dolos, domi délenifica fácta, domi fallácias.)
Nám mulier holitóri numquam súpplicat, siquást mala:
Dómi habet hortum et cóndimenta ad ómnis mores málificos.
PE. Ego istaec, si erit hic, núntiabo. séd quid est, Palaéstrio, 195
Quód uolutas túte tecum in córde? PA. Paulispér tace,

---

182. ISTISIUBE: Sis iube: *corr Geppertus* | transire huc: HUCTRANSIRE | POSSINT | UIDEANT: uideat ‖ 185ª. HOCEI: hic ‖ 185ᵇ. *solus habet A* ‖ 186. COLERE#Q(UE)MADMODUM: colerem (*vel* colorem) PE. et quemadmodum (et *del* B^2) ‖ 187. SEHIC: hic se | UERBISUINCATNEISSE: ueruis (*vel* uerui) uincta uinctane esse ‖ 189—192. *secl Goe ex parte cum aliis* ‖ 189. OS: Hos (*corr* B^2) | perfidiam (*sic A*) *vel* perfidia | MALITIAM: militia (*corr* B^2) | audatia *et* Confidentia *et* fraudulentia (*corr* B^2D^2 *cum A*) ‖ 191. *non habet A* | falsilocom *vel* falsilocum | falsiuirium *vel* falsiiurium ‖ 194. MORESMALEFICOS: molis malificos (*vel* milificos) ‖ 195. ISTAEC: ista haec (*corr B*) ‖ 196. uolut

Dúm ego mihi consília in animum cónuoco et dum cónsulo
Quíd agam, quem dolúm doloso cóntra conseruó parem,
Qui íllam hic uidit ósculantem: id uísum ut ne uisúm siet.
PE. Quaére: ego hinc abscéssero aps te huc ínterim. illuc sís uide, 200
Quem ád modum adstitít seuero frónte curans, cógitans.
Péctus digitis púltat: cor credo éuocaturúst foras.
Écce auortit: níxus laeuo in fémine habet laeuám manum.
Déxtera digitís rationem cónputat: fer⟨u⟩ít femur
Déxterum, ita ueheménter eicit: quód agat aegre súppetit. 205
Cóncrepuit digitís: laborat, crébro commutát status.
Éccere autem cápite nutat: nón placet quod répperit.
Quícquid est, incóctum non exprómet, bene coctúm dabit.
Écce autem aedificát: columnam ménto suffigít suo.
Ápage, non placét profecto míhi illaec aedificátio: 210
Nam ós columnatúm poetae esse ín⟨d⟩audiui bárbaro,
Quoí bini custódes semper tótis ⟨h⟩oris óccubant.
Eúge, euscheme hercle ástitit et dúl⟨i⟩ce et comoédice.

(*vel* uolunt) astute | TACE: tacet (*corr* B^2) || 198. CONSERUO: conserua || 199. it uisum ut: IDUISUM | NE: me | SIET: sit || 200. QUAERE: Quare *vel* Quere | interim (*sic A*) *vel* interũ | ILLUC: illus *vel* illius (*corr* B^2) || 201. ADSTITITSEUERO: abstitit seuera | CURANSCOGITANS: curas cogitas || 202. EUOCATURUST: euocaturus (*corr* B^2) || 203. ECCE: Ecce autem | NIXUS: nisus | LAEUO: laeua | FEMINE: femina (*corr* B^2) || 204. Dexteram: *corr D cum A* | FERIT: feries: *corr Stu* || 205. EICITQUOD: quod | AGIT: acta: *corr Ri* || 206. CREBROS || 207. QUOD: quo || 208. EXPROMET: ex-(*vel* x)promit | coctum dabit (*sic A*) *vel* coctu adbabit (*vel* ad abit) || 209. COLUMNAM: columna | SUFFIGIT: suffulsit || 210. Apace (*corr* B^2 *cum A*) | ILLAEC: illam || 211. oscolum natum *vel* osculum natum (*sic A*) | AUDIUI (auditaui *Festus Pauli*): inaudiui (*item Donatus*): *corr Bo* || 212. uini: *corr Ca* | occubat: *corr* B^2 || 213. uscheme: *corr ex Paulo* (eus) | astitis et *vel* astitisset: adstetisti et *Paulus* | *add Gul* ||

Númquam hodie quiéscet prius quam id quód petit perféc⟨er⟩it.
Hábet, opinor. áge siquid agis: uígila, ne somnó stude: 215
Nísi quidem hic agitáre mauis uárius uirgis uígil⟨i⟩as.
Tíbi ego dico: an héri adbibisti[s]? heus te ádloquo⟨r⟩, Palaéstrio:
Vígila inquam, expergíscere inquam: lúcet hoc inquam. PA. Aúdio.
PE. Víden hostis tibi adésse tuoque ⟨t⟩érgo obsidium? cónsule,
Árripe opem auxiliúmque ad hanc rem: própere hoc, non placidé decet. 220
Ánteueni aliqua et áliquo saltu círcumduce exércitum.
Cóge in obsidiúm perduellis, nóstris praesidiúm para.
†Intercludite inimicis commeatum, tibi muní uiam,
Quá cibatus cómmeatusque ád te et legionís tuas
Túto possit péruenire. hanc rém age: res subitáriast. 225
Réperi, comminíscere, cedo cálidum consiliúm cito,
Quae híc sunt uisa ut uísa ne sint, fácta ut facta né sie⟨n⟩t.
(Mágnam illic homo rem íncipissit, mágna munit[is] moénia.)
Tu[de] únus si recípere hoc ad te dícis, confidéntiast
Nós inimicos prófligare pósse. PA. Dico et récipio 230

214. Numquam *vel* Namquam | it quot (*corr* B^2) | petit *vel* pitit | *add Beroaldus* || 215. studet: *corr* B^2 || 216. *add Bergkius* || 217. anheriatus uestis: *correximus* | adloqui: *corr Beroaldus* || 218. expergis inquam: *suppl* B^2 | hoc inqua (*vel* inqua PA.): *corr* B^2 || 219. Vident *vel* Viden | *add Py* | consuli || 220. Arripet: *corr* B^2D | *dist Ac* | properem: *corr BD* || 221. et aliqua *vel* aliqua: *trai Mue* | aliquos aut tu (*vel* autu): *corr Kiesslingius* || 222. Cor in: *corr Ca* || 226. Rep(p)erit: *corr B* || 227. uis (*vel* tuis) aut tui sane: *corr Ca* | infecta ne: *corr Spengelius* || 228. *secl Ribbeckius* | honorem: *corr Meursius* | incipis sed: *corr Salm* | *del Salm* || 229. *del Reizius* | unus *vel* unius || 230. possit ||

Ád me. PE. Et ego[m] impetráre dico[m] id quód petis. PA. At te Iúppiter
Béne amet. PE. Auden párt[em]icipare mé quod commentú's? PA. Tace,
Dum ín regionem astútiarum meárum te induco: út scias
Iúxta mecum méa consilia. PE. Sálua[m] sumes índidem.
PA. Erus meus elephánti corio círcumtentust, nón suo,
Néque habet plus sapiéntiai quám lapis. PE. Ego[m] istúc scio.
PA. Núnc sic rationem íncipisso, hánc instituam astútiam:
Vt Philoc[h]omasio[m] húc sororem géminam germanam álteram
Dícam Athenis áduenisse cúm amatore aliquó suo
Tám similem quam lác⟨te⟩ lactist: ápud ⟨te⟩ eos hic deuórtier
Dícam hospitio. PE. Euge, eúge, lepide: laúdo commentúm tuom.
PA. Vt, si illic concríminatus sít aduorsum mílitem
Méus conseruos, eám uidisse hic cum álieno osculári, eam
Árguam uidísse apud te cóntra conseruóm meum
Cúm suo amatore ámplexantem atque ósculantem. PE. †Immo ut óptume.

231. *del Guy* | inpetrarẽ (*corr B ras*) | *del Ca* ‖ 232. aut in parte mici pare: *corr Buggius* | commentus: *corr Lamb* ‖ 234. consilia *vel* consiliam | Saluan *B ras* ‖ 235. circumtectus *Donatus* | sum non (est B^2 *cum Donato*) ‖ 236. sapientiame *vel* sapientiam: *corr Mue* | ego *vel* aego | istue: *corr B* ‖ 237. incipissom: *corr B* | instituam *vel* institum ‖ 238. *del Py* | hanc: *corr Ri* | altera: *corr* B^2D^2 ‖ 239. aduenissaet: *corr* B^2 | amatorẽ: *corr BD* | aliquid quot suo: *corr* B^2 ‖ 240. Tum: *corr* B^2 | tam (quam lac B^2) lacti est ‖ 242. congriminatus: *corr* B^2 ‖ 243 sq. eum | uidisset: *corr* B^2 | *verba* hic — uidisse *om* B^1 ‖ 244. arguam *vel* arguum ‖ 245. amatorem: *corr B* ‖

Ídem ego dicam, si ⟨éx⟩ me exquiret míles. PA. Sed simíllumas
Dícito esse: et Phílocomasio id ⟨p⟩r⟨a⟩écipiundumst út sciat:
Né titubet, si ⟨ex⟩quíret ex ea míles. PE. Nimis doctúm dolum.
Séd si ambas uidére in uno míles concilió uolet,
Quíd agimus? PA. Facilést. trecentae póssunt causae cónligi:
'Nón domist: abit ámbulatum: dórmit: ornatúr: lauat:
Prándet: potat: óccupatast: óperae non est: nón potest'.
Quántum uis prolátionis: dúm modo hunc primá uia
Índucamus, uéra ut esse crédat quae mentíbimur.
PE. Plácet ut dicis. PA. Íntro abi ergo et si ístist mulier, eám iube
Cíto domum transíre atque haec ei díce, monstra, praécipe,
Vt teneat consília nostra, quem ád modum exorsí sumus,
Dé gemina soróre. PE. Docte tíbi illam perdoctám dabo.
Númquid aliud? PA. Íntro ut abeas. PE. Ábeo. PA. Et quidem ego ibó domum.
Átque hominem inuestígando operam huic díssimulabilitér dabo,
Quí fuerit conséruos, qui hodie sí[e]t sectatus símiam.

---

246. *add Ri* | similimas *vel* silimilimas ‖ 247. esset et: *corr B* | *add Pius* ‖ 248. *add Ri* (queret B^2) ‖ 249. in uno mi.lis (miles B^2): MILESINUNO | uolet: UELIT ‖ 250. trecentẽ: *corr* B^2 *cum A* | causae (*sic A*) *vel* causa | CONLIGI: conlici *vel* concili (conici *B ras*) ‖ 251. ABIT: abiit ‖ 252. POTAT: potest (*corr* B^2D^2) ‖ 253. UISPROLATIONIS: is (est B^2) prolationum | HUNC: nunc ‖ 254. mentibitur (*item A*): *corr B* (*cf. 35*) ‖ 255. ABI: abiit | mulier (*sic A*) *vel* muliere *vel* mulierem ‖ 256. TRANSIRE: transiret (*corr* B^2D) | atque (*sic A*) *vel* atquem | DICEMONSTRA: monstram (monstra *B ras*) ‖ 257. CONSILIA: consimilia (*corr* B^2) ‖ 258. perdocta (*corr* B^2D^2 *cum A*) ‖ 259. ABEAS#ABEO#ET: habeas PE. abeo PA. ec (*corr* B^2) ‖ 260. ATQUE: At quem | INUESTIGANDO: inuestigandos | DISSIMULABILITERDABO: dissimulando ‖ 261. *del Bo* | simia: *corr* B^2 *cum A* ‖

Nam ílle non potuit quín sermone suo áliquem familiárium
Párticipauerít de amica erí, sese uidísse eam
Híc in proxumo ósculantem cum álieno adulescéntulo.
Nóui morem egomét: 'tacere néqueo solus quód scio'. 265
Si ínuenio qui uídit, ad eum uíneam pluteósque agam.
Rés paratast: uí pugnandoque hóminem caperest cérta res.
Si íta non reperio, íbo odorans quási canis uenáticus
Vsque donec pérsecutus uólpem ero uestígiis.
Séd fores crepuérunt nostrae: ego uóci moderabór meae: 270
Nam íllic est Philocomásio custos, méus conseruos, qui ít foras.

SCELEDRVS. PALAESTRIO
SERVI II

SC. Nísi quidem ego hodie ámbulaui dórmiens in tégulis,
Cérto edepol scio mé uidisse hic próxumae uicíniae
Phílocomasium erílem amicam síbi malam rem quaérere.
PA. Híc illam uidit ósculantem, quántum hunc audiuí loqui. 275
SC. Quís hic est? PA. Tuos conséruos. quid agis, Scéledre? SC. Te, Palaéstrio,

---

262. illem non (*corr B ras et D cum A*) | QUIN: qui | SERMONE: sermoni | FAMI(li)ARIUM: familiarum ‖ 263. PARTICIPAUERIT: Particauerit | ERISESEUIDISSE: eriuse (*vel* eriqui) uidisset (eri se uidisse B^2) ‖ 264. cum (*sic A*) *vel* quom ‖ 265. morem (*sic A*) *vel* more | EGOMET: ego et | QUODSCIO: scio ‖ 266. QUIDUIDIT | UINEAM: uineas ‖ 267. paratast (*sic A*) *vel* paratust | HOMINEMCAPEREST: hominem capere *vel* capere ‖ 268. ibo odorans (*sic A*) *vel* ibi odoras ‖ 269. PERSECUTIUS | PRO ‖ 270. fores crepuerunt (*sic A*) *vel* foris concrepuerunt | UOCIMODERABORMEAE: uoce moderabo me ‖ 271. QUIIT: atque (*vel* # atque) it ‖ 272. dormiens (*sic A*) *vel* dormies ‖ 274. Philocomasium (*sic A*) *vel* Philocomasiem | MALAMREM: alium *vel* malum (?) ‖ 275. hunc (*sic A*) *vel* huc | LOQUI: loquere *vel* loquentem ‖ 276. TE: ste *vel* iste (sta B^2) ‖

Vólup est conuenísse. PA. Quid iam? aut quíd negotist? fác sciam.
SC. Métuo — PA. Quid metuís? SC. Ne hercle hodie quántum hic familiáriumst
[SC.] Máxumum in malúm cruciatumque ínsuliamus. PA. Tú sali
Sólus: nam ego istam ínsulturam et désulturam níl [hic] moror. 280
SC. Néscis tu fortásse apud nos fácinus quod natúmst nouom.
PA. Quód id est facinus? SC. Ínpudicum. PA. Túte sci⟨a⟩s solí[te] tibi:
Míhi ne dixis: scíre nolo. SC. Nón enim faciam quín scias.
Símiam hodie súm sectatus nóstram in horum tégulis.
PA. Édepol, Sceledre, homó sectatu's níli nequam béstiam. 285
SC. Dí te perdant. PA. Té — istuc aequom⟨st⟩, quóniam occepisti, éloqui.
SC. Fórte fortuná per inpluuium húc despexi in próxumum:
Átque ego illi aspicio ósculantem Phílocomasium cum áltero
Néscioquo adulescénte. PA. Quod ego, Scéledre, scelus ex te aúdio?
SC. Prófecto uidi. PA. Tútin? SC. Egomet, duóbus his⟨ce⟩ oculís meis. 290
PA. Ábi, non uerisímile dicis néque uidisti. SC. Núm tibi

---

277. Volupest conuenisse (*sic A*) *vel* Volupes conuenisset | aut quid: AUTQUIDIAM | NEGOTIEST: negotii | FASCIAM || 278. METUO#QUIDMETUIS#: Metu quid metuis PA. | hic familiarumst: ESTFAMI—— || 279. insuliamus *vel* insuliamus est || 280. hic *vel* hil: *del Bent* || 281. Nescis *vel* Nesis | fortasse (*sic A*) *vel* fortasset | facinus quod natumst *vel* facinust quot natus (?) hic || 282. *add Gul* | *del Ca* || 283. dixis *vel* dixit | scire *vel* scerere | scias *vel* sciat || 285. sectatus: *corr Lamb* | nihili *vel* mihi || 286. *add Ri* | quoniam *vel* quom || 288. illic *vel* illa(s): *corr Ac* || 289. audio *vel* auno || 290. his *vel* hic: *corr Brixius* || 291. num *vel* nun(c) ||

Líppus uideor? PA. Médicum istuc tibi mélius⟨t⟩ percontárier.
Vérum enim tu istam, sí te di ament, témere hau tollas fábulam.
Tuís nunc cruribús capitique fraúdem capitalem híne creas:
Nám tibi iam ut pereás paratumst dúpliciter, nisi súpprimis 295
Tuóm stultiloquiúm. SC. Qui uero dúpliciter? PA. [hic] Dic[t]ám tibi.
Prímumdum, si fálso[m] insimulas Phílocomasium, hoc périeris:
Íterum, si id uerúmst, tu ei custos ádditus * périeris.
SC. Quíd fuat me néscio: haec me uídisse ego certó scio.
PA. Pérgin, infelíx? SC. Quid tibi uis dícam, nisi quod uíderim? 300
Quín etiam nunc íntus hic in próxumost. PA. Eho an nón domist?
SC. Vísse, abi intro túte: nam ego mi[hi] iám nil credi póstulo.
PA. Cértumst facere. SC. Híc te opperiar: eádem illi insidiás dabo,
Quám ⟨m⟩ox ⟨h⟩or⟨sum⟩ ad stábulum iuuenix récipiat se ⟨a⟩ pábulo.
Quíd ego nunc faciám? custodem mé illi miles [tr]ád⟨d⟩idit: 305
Núnc si indicium fácio, interii: sí taceo, ⟨interií⟩ tamen,

---

292. *add Ri* | percunctarier || 293. temere *vel* emere | haud (*vel* aut) ollas: *corr Py* || 294. cruribus capitique *vel* ruribus capiti qui || 295. Iam: *corr Ca* | nisi *vel* nesi (*item v. 300*) | suprimis *vel* supprinus || 296. *del Guy* || 297. falsom *vel* falsum: *corr Ca* || 298. tu ei *vel* tui | additus *vel* additos | *lac sign Ac* || 299. Quia: *corr* B^2 | fuat *vel* fuit *vel* at | me *vel* meat || 301. hic inproxumo est *vel* hinc inproxumust | Eho *vel* Eo || 302. abi *vel* abiit mihi iam *vel* mihi || 303. Certum (*vel* Pertum) est facere (*vel* faceret) | operiat *vel* op(p)eriam: *corr* B^2 | eadem (*vel* eidem) illi *vel* eadem || 304. uxor: *corr Ca duce Sarac* | iuuenis: *corr Sarac* | se *vel* si | *add Bo* || 305. *del et add Dousa* || 306. *add Ca* ||

Si hóc palam fuerít. quid peius múliere aut audácius?
Dúm e[r]go in tegulís sum, †illac hec sum hospitio edít foras.
Édepol facinus fécit audax. hócine si milé⟨s⟩ sciat,
Crédo ⟨h⟩ercle ⟨h⟩as sustóllat aedis tótas [itollat] atque[m] hunc ín crucem. 310
Hércle quicquid est mússitabo pótius quam intereám male.
Nón ego possum quae ípsa sese uénditat tutárier.
PA. Scéledre, Sceledre, quís homo in ter⟨r⟩[em]a t⟨e⟩ álter est audácior?
Quís magis de[h]is inimícis natus quám tu[m] atque irat⟨ís⟩? SC. Quid est?
PA. Iúben tibi oculos éxfodiri quíbus id quod nusquámst uides? 315
SC. Quíd, nusquam? PA. Non égo [mu]tuam empsim uítam uitiosá nuce.
SC. Quíd negotist? PA. Quíd negoti sít rogas? SC. Cur nón rogem?
PA. Nón tu tibi istam praétruncari línguam largiloquám iubes?
SC. Quam ób rem iubeam? PA. Phílocomasium eccám domi, quam in próxumo
Vídisse ai[e]bas te ósculantem atque ámplexantem cum áltero. 320

---

307. quid *vel* quod | aut audacius *vel* audacius ‖ 308. hec sum (*vel* sunmt: se B^2) ‖ 309. *add Pius* ‖ 310. *add Ca* | *del Pius* | hic (hinc B^2): *corr Heraldus* | in crucem *vel* crucem ‖ 311. quam *vel* quum ‖ 312. quae issa sese *vel* quaesisse ‖ 313. interemat est alter: *corr et trai Ri duce Ac* ‖ 314. h *del et* is *add Ca* | quantum | SC. Quid est PA. *vel* quid est ‖ 315. Iubent: *corr* B^2 | nusquam hic uidis ‖ 316. mutuam ea ipsitui tam: *corr Lindemannus* ‖ 317. Quid negotii est *vel* Quit genegotūst | rogas *vel* hogas ‖ 318. Noui (*vel* Non iui) & ibi (nũ tute tibi B^2): *corr Ri* | p̄tunc (p̄trunc B^2) ari (*vel* dari) ‖ 319. iubeat *et* qua: *corr* B^2 ‖ 320. aleuas *vel* alas (aiebas B^2): *corr Bent* | amplexante *vel* ampleocante: *corr* B^2 ‖

⟨SC.⟩ Míru⟨m⟩s⟨t⟩ lolio uíctitare té tam uili trítico.
PA. Quíd iam? SC. Quia luscítiosu's. ⟨PA.⟩ Vérbero, [h]edepol tú quidem
Caécus, non luscítiosu's: nam †illam quidem illa domi.
SC. Quíd, domi? PA. Domi hércle uero. SC. Abi, lúdis me, Palaéstrio.
⟨PA.⟩ Túm mihi sunt manus ínquinatae. ⟨SC.⟩ Quídum? ⟨PA.⟩ Quia ludó luto. 325
SC. Vaé capiti tuó. PA. ⟨Tuo⟩ istuc, Scéledre, promittó fore,
Nísi oculos orátionemque ália[m] commutás tibi.
(Séd foris [con]crepuérunt nostrae. SC. At ego †ilico obserui foris:
Nám nil est qua hi⟨n⟩c húc transire ea póssit nisi recto óstio.
PA. Quín domi eccam: néscio[ut]quae te, Scéledre, scelera súscitant.) 330
SC. Míhi ego uideo, míhi ego sapio, ⟨míhi⟩ ego credo plúrumum:
Mé homo nemo déter⟨r⟩ebit quín ea sit in his aédibus.
Híc obsistam, ne ínprudenti huc éa se subrepsít mihi.
PA. Méus illic homost: déturbabo iam égo illum de pugnáculis.
Vín iam faciam ut stúltiuidum †ut fateare? SC. Áge face. 335
PA. Néque te quicquam sápere corde néque oculis utí? SC. Volo.

---

321. *add Ca* | olio: *corr ex Fulgentio* ‖ 322. SC. Quid iam PA. | luscitiosus *vel* lasciuiosus (es *add Fulgentius*) | ueherbero: *corr* B^2 ‖ 323. luscitiosus *vel* lusciosus: lusciosus es *Nonius* ‖ 325. Tam: *corr* B^2 | # quidum # ‖ 326. *add Ca* ‖ 327. oculus: *corr* B^2 | *del Guy* ‖ 328—330. *secl Ladewigius* ‖ 328. *del Lindemannus* | ilico obserui *vel* ila obseruis (illas obseruaui B^2) ‖ 329. transire *et* recto *vel* transiret *et* recte ‖ 330 Quem | *del Ca* | suscitat: *corr* B^2 ‖ 331. *add Py* ‖ 332. detereuti *vel* deteruti: *corr Klotzius* ‖ 333. obsistam *vel* obsitam ‖ 335. Vim: *corr Pius* | ut (te *s. scr.* B^2) fateare *vel* fateare ‖ 336. sapere *vel* te saperet | uolo — a nobis (*v. 339*) *solus habet B* ‖

⟨PA.⟩ Némpe tu istic a⟨i⟩s ésse erilem cóncubinam?
SC. Atque árguo
Eám me uidisse[t] ósculantem hic íntus cum alienó uiro.
PA. Scín tu nullum cómmeatum híne esse a nobís?
SC. Scio.
PA. Néque solariúm neque hortum nísi per inpluuiúm?
⟨SC.⟩ Scio. 340
PA. Quíd nunc? si ea domíst: si facio ut éam exire hinc uideás domo,
Dígnun es uerbéribus multis? SC. Dígnus. PA. Serua istás fores,
Né tibi clam se súbterducat ístinc atque huc tránseat.
SC. Cónsiliumst ita fácere. PA. Pede[s] ego iám illam huc tibi sistam ín uiam.
SC. Ágedum ergo face. uólo scire, utrum egon íd quod uidi uíderim 345
Án illic faciat, quód facturum dícit, ut ea sít domi.
Nam égo quidem meos óculos habeo néc rogo utendós foris.
Séd hic illi subpárasitatur sémper: hic eae próxumust:
Prímus ad cibúm uocatur, prímo pulmentúm datur.
Nám illic noster ést fortasse círciter triénnium: 350
Néc quoiquam quam illí | in nostra méliust famulo fámilia.

---

337. *add Ca* | esset: *corr* B^2 (*item v. 339*) | # atque ‖ 338. ne uidisset: *corr Ca* ‖ 340. *add Gul* ‖ 341. nunc si *vel* si nunc si (*dist Sey*) | eam *vel* sedeam | hinc exire: *trai Ac* | domi ‖ 342. Dignum (*vel* Dignus) es (*vel* est): *corr Ri* | dignus *vel* dignum ‖ 343. Ne *vel* Nec | dam se *vel* clam | istinc *vel* est hinc | huc *vel* hunc ‖ 344. *del Ac* | INUIAM: inuitam ‖ 345. face *et* scire utrum (*sic A*) *vel* facet *et* sciret utror/////t | EGON: ego ‖ 346. illic (*sic A*) *vel* illio ‖ 347. ROGOUTENDOS: roga utendi *vel* rogat utende | foris (*sic A*) *vel* foras ‖ 348. EAE: ea (ei B^2) | proxumust (*sic A*) *vel* proxumus ‖ 350. fortasset *vel* fortasse (*sic A*): *qualia non semper notamus* ‖ 351. NEC: Neque | ILLIIN: illi | MELIUSEST: melius ‖

Séd ego hoc quod ago id me ágere oportet: hóc obser
uare óstium.
Síc obsistam, hacquidém pol certo uérba mihi num
quám dabunt.

PALAESTRIO. **PHILOCOMASIVM.** **SCELEDRVS**
SERVOS MVLIER SERVOS

PA. Praecépta facito ut mémineris. PH. Totiéns
monere mírumst.
PA. At métuo ut satis sis súbdola. PH. Cedo uél
decem, edocébo 355
Minumé malas ut sínt malae, mihi sólae quod su-
pérfit.
[PA.] Age núnciam insiste ín dolos: ego ábs te pro-
cul recédam.
⟨PA.⟩ Quid aís tu, Sceledre? SC. Hanc rém gero:
habeo aúris, loquere quíduis.
PA. Credo égo istoc exempló tibi esse péreundum
extra pórtam,
Dispéssis manibus pátibulum quom †habebis. SC.
Quamnam óbrem? 360
PA. Respícedum ad laeuam: quis †illaec est mulier?
SC. Pro di immortáles,

352. QUOD: quid | id (*sic A*) *vel* it *vel* ad | agere oportet hoc obseruare (*sic A*) *vel* acerer oportet huc obseruaret | HOSTIUM || 353. Sic (*sic A*) *vel* Hic || 354. TOTIENS: tolles | monere (*sic A*) *vel* munera || 355. ut satis: SATIS | DECEMEDOCEBO: dece edocebo *vel* dice me docebo || 356. MINIME: memini | QUOD: quo || 357. *del Ri* | NUNCIAM: iam nunc | EGOATE || 358. *add Ri* | AISTUSCELEDRE#HANC: astu (*vel* asstas *vel* stas) sceledre (*vel* celebre) SC. hanc (*vel* hac) || 359. ISTOC: istuc | exemplo (*sic A*) *vel* extemplo | PERFUNDUM: eundum (*vel* eundem) actutum si (eundum *Gellius*) | portam *Gellius* (*item A, ut vid*): portam est || 360. DISPENSIS: dispersis (dispessis *Gellius*) | habebis (*sic Gellius*) *vel* habetuis: UIDETIS || 361. Respicedum ad (*sic A*) *vel* Respice& dum al ||

Eri cóncubinast haéc quidem. PA. Mihi quóque pol ita uidétur.
Age núnciam, quandó lubet. SC. Quid agám? PA. Perire própera.
PH. Vbi istést bonus seruos quí probri me máxumi innocéntem
[PA.] Falso ínsimulauit? PA. Ém tibi, hic mihi díxit tibi quae díxi. 365
PH. Tun mé uidisse in próxumo hic, sceléste, ais osculántem?
PA. Atque cum álieno adulescéntulo dixít. SC. Dixi hercle uéro.
PH. Tun mé uidisti? SC. Atque hís quidem hercle oculís — PH. Carebis, crédo,
Qui plús uident quam quód uident. SC. Numquam hércle deterrébor
Quin uíderim id quod uíderim. PH. Ego stúlta et mora múltum, 370
Quae cum hóc insano fábuler, quem pól ego capitis pérdam.
SC. Nolí minitari: scío crucem futúram mihi sepúlcrum:
Ibi meí sunt maiorés siti, patér, auos, proauos, ábauos.
Non póssunt mihi mináciis tuis hísce oculi exfodíri.
Sed paúcis uerbis té uolo, Palaéstrio: opsecró te, 375

---

363. lubet (*sic A*) *vel* iuuet | PERIREPROPERA: peripe propero *vel* peri perpropere ‖ 364. ISTEEST: iste | PROBRI: prodiuit *vel* prodit | MAXIMI: maxume ‖ 365. INSTIMULAUIT | #EMTIBIHICMIHIDIXITTI(BI)QUAEDIXI: PH. Em (*vel* hem) tibi PA. (*s. scr. B*) hic mihi (*vel* mi) id dixit PH. (*s. scr. B*) tibi quem dixti (*vel* dixit) ‖ 366. TUNE: Tute me: *corr Ribbeckius* | SCELESTEAIS: sceleste *vel* scelestem ‖ 368. Tun me: TUNE | QUIDEMHERCLE: quidem | *distinximus* | CREBRO ‖ 369. uident (*sic A*) *vel* uidet | dat/////erebo/// *vel* deterebo: *corr* B^2 *cum A* ‖ 370. quod uiderim (*sic A*) *vel* quod uiderit | et mora (*sic A*) *vel* moror ‖ 371. FABULER: fabulet *vel* fabulem | perdam (*sic A*) *vel* perdat ‖ 373. mei (*sic A*) *vel* me | SUNTMALORISSITI: maiores sunt siti (*vel* sunt) ‖ 374. mihi possunt (*sic A*) *vel* possunt mihi | MINIS | oculis (*sic A*) *vel* oculi | EXFODIRI: fodiri ‖ 375. OPSECROTE: obsecro ‖

Vnde éxit haec? PA. Vnde nísi domo? SC. Domó?
PA. Me uiden? SC. Te uídeo.
Nimis mírumst facinus quó modo haec hinc húc transire pótuit.
Nam cérto neque soláriumst apud nós neque hortus úllus
Neque fénestra nisi cla⟨t⟩ráta. nam certe égo te hic intus uídi.
PA. Pergín, sceleste, inténdere hanc argúere? PH. Ecastor érgo 380
Mihi hau fálsum euenit sómnium quod nóctu hac somniáui.
PA. Quid sómnia[ui]sti? PH. Ego éloquar: sed amábo aduortite ánimum.
Hac nócte in somnis méa soror geminást germana uísa
Venísse Athenis ín Ephesum cum súo amatore quódam.
Ei ambo hóspitio huc in próxumum mihi déuortisse uísi. 385
PA. Palaéstrioni⟨s⟩ sómnium narrátur. [PA.] perge pórro.
PH. Ego laéta uisa, quía soror uenísset, propter eándem
Suspícionem máxumam sum uísa sustinére.
Nam argúere in somnis mé meus mihi fámiliaris uísust,

---

376. HAEC: hac huc | DOMOMODOME | UIDENTE#UIDEO: uidente uideo: *corr Gru* ‖ 377. NIMIS: Nisi | mirumst (*vel* mirum): MISERUMEST | HINCHUC: hic | POTU(IT): potuerit ‖ 378. SOLARIUMEST: solarius (solarium B^2) ‖ 379. fenestra (*sic A*) *vel* fenetra | nisi: NEQ· | *add Scu* | CERTE: certo | hic intus (*vel* inus): INTUS ‖ 380. Pergin sceleste (*sic A*) *vel* Pergi scelestẽ | INTENDEREHANCARGUERE: intendere et hanc arguere *vel* intenderet hec arguerit | ERGO: ego ‖ 381. HAU: haud *vel* aut | EUENIT: eueniat | NOCTE ‖ 382. *del Ca* | ADUORTITE: aduortit *vel* aduortito ‖ 383. GEMINAST: gemina et *vel* gemina ‖ 384. Venisse (*sic A*) *vel* Venisset | QUOMSUO: cum eo (*vel* meo) ‖ 385. ET: Hi: *corr Ri* | HOSPITIUM | DEUERTISSE: deuortis *vel* diuorti sunt ‖ 386. SC.: *corr Ac* | *add Dousa* | *del Ac* ‖ 389. arguere (*sic A*) *vel* argueret | me familiaris meus mihi: *trai ex A* | UISUST: uisus est *vel* uisu sedetis ‖

Me cum álieno adulescéntulo, quasi núnc, esse ausculátam,
Quom illa aúsculata méa soror gemina ésset suompte amícum.
Id me ínsimulatam pérperam falsum ésse somniáui.
PA. Satin éadem uigilanti éxpetunt quae in sómnis uisa mémoras?
Eu hércle praesens sómnium: abi íntro et conprecáre.
Narrándum ego istuc míliti censébo. PH. Facere cértumst:
Neque mé quidem patiár prob⟨r⟩i falso ínpune insimulátam.
SC. Timeó quid rerum gésserim: ita dórsus totus prúrit.
PA. Scin té perisse? ⟨SC.⟩ Núnc quidem domi cértost: certa rés est
Nunc nóstrum obseruare óstium, ubiubíst. PA. At, Sceledre, quaéso,
Vt ád id exemplum sómnium quam símile somniáuit,
Atque út tu suspicátus es eam uídisse osculántem.
SC. Nescío quid credam egomét mihi iam: ita quód uidisse crédo
[SC.] Me id iám non uidisse árbitror. PA. Ne tu hércle sero, opínor,

---

390. cum (*sic A*) *vel* cum cum | TUESAUSCULATAM: est osculatam (*vel* auscultata) esse (*vel* est): *corr Ca* ‖ 391. illa (*sic A*) *vel* illam | ausculta (*sic A, ut vid*) *vel* osculata | SUUMPTE: sumptu *vel* suum ‖ 392. ID: Ita *vel* Item ‖ 393. UIGILANTI: uigilantis | uisa memoras (*sic A*) *vel* uisam memorast ‖ 394. EU: Heus | PRAESENSSOMNIUM#ABI: pdent somnium (*vel* p̄sentia om̄a) abi (*vel* aut) | conprecare (*sic A*) *vel* conprecarint ‖ 395. CERTUMEST: certum ‖ 396. PROBI: prodi *vel* prout: *corr Ca* | insimulatam (*sic A*) *vel* insimulata ‖ 397. gesserit: *corr ex A et Nonio* | DORSUMTOTUM prurit (*sic Nonius et A*) *vel* prorit ‖ 398. perisse (*sic A*) *vel* periisse *add Ac* | nunc *vel* sed (*ex* Scel.?) nunc: NUM | CERTOEST: certo SC. ‖ 399. UBI(UBIST): ubisset *vel* ubi isset | sceledre (*sic A*) *vel* sceleraet ‖ 400. QUAM: quasi *vel* quia ‖ 401. ut tu (*sic A*) *vel* uitu suspicatus es (*vel* est): SUSPICATUS ‖ 402. *solus habet A* ‖ 403. MEIDIAM: Meeam *vel* Meam | ARBITROR: arbitri *vel* arbitraris | SERO-

Resipísces. si ad erum haec rés prius †deuenerit, peribis púlcre.
SC. Nunc démum experior mi ób oculos calíginem opstitísse. 405
PA. Dudum édepol planumst íd quidem: quae hic úsque fuerit íntus.
SC. Nil hábeo certi quíd loquar: non uíd⟨i⟩ eam, etsi uídi.
PA. Ne tu édepol stultitiá tua nos paéne perdidí⟨s⟩t⟨i⟩:
Dum té fidelem fácere ero uoluísti, absumptu's paéne.
Sed fóres uicini próxumi crepuérunt: conticíscam. 410

PHILOCOMASIVM. PALAESTRIO. SCELEDRVS
MVLIER SERVI II

PH. Inde ígnem in aram, ut Éphesiae Diánae la⟨e⟩ta laúdes
Gratésque agam eique ut Árabico fumíficem odore amoéne:
Quae me ín locis Neptúniis templísque turbuléntis
Seruáuit, saeuis flúctibus ubi sum ádflictata múltum.
SC. Palaéstrio, o Palaéstrio. PA. O Scéledre, Sceledre, quíd uis? 415
SC. Haec múlier quae hinc exít modo estne erílis concubína

OPINOR: opinor obsecro ‖ 404. RESIPISCESSI: Respicis si *vel* Resipisci | DEUENERITPERIBIS: ob oculos peruenit (*vel* creuerit) peruis (peribis B^2) ‖ 405. experior (*sic A*) *vel* experiar | MIHI: prius | OBSTITISSE (*item Servius Dan*): obtigisse *vel* optingessint‖ 406. ♯(*vix* A)EDEPOL | PLANUMESTID: planum hic | HIC: hinc 407. *add Ca* ‖ 408. nostra (nos B^2) poene | *add Ca* ‖ 409. facere ero *vel* facere | absumptus es *vel* absumptust ‖ 410. crepuerunt conticiscam *vel* concrepuerunt conticescam ‖ 411. lata *vel* latas: *corr Pareus* ‖ 412. arabico *vel* arabio *et* odore *vel* odorem (arabico ture *Servius*) ‖ 413. Qui: *corr* B^2 | neptuniis *vel* neptunis ‖ 415. palestrio *vel* palestrios (*bis*) | (PA.) o *vel* os ‖

Philocómasium an non ést ea? PA. Hercle opínor, ea uidétur.
Sed fácinus mirumst, quó modo haec hi⟨n⟩c hú[n]c transire pótu[er]it:
Si quídem east. SC. An dubiúm tibist eam ésse hanc? PA. Ea uidétur.
SC. Adeámus, appellémus. heus, quid istúc est, Philocomásium?
Quid tíbi istic in ⟨ist⟩isce aédibus debétur? quid negótist?
Quid núnc taces? tecúm loquor. PA. Immo édepol tute técum:
Nam haec níl respondet. SC. Te ádloquor, uití probrique pléna,
Quae círcum uicinós uagas. PH. Quicúm tu fabuláre?
SC Quicúm nisi tecum? PH. Quís tu homo's? aut mécum quid est negóti?
SC. Mé rogas? hem, quí sim? PH. Quin ego hóc rogem quod nésciam?
PA. Quís ego sum igitur, si [tu] húnc ignoras? PH. Míhi odiosus, quísquis es,
Ét tu et hic. SC. Non nós nouisti? PH. Neútrum. SC. Metuo máxume —
PA. Quíd metuis? SC. Enim né ⟨nos⟩ nosmet pérdiderimus úspiam:
Nám nec te neque mé nouisse ait haéc. PA. †Persectari hic uolo,
Scéledre, nos nostri án alieni símus: ne clam quíspiam

---

417. est ea *vel* est ei ‖ 418. nunc transire(t) potuerit: *corr Ri* ‖ 419. quidem *vel* quid dem | tibi est *vel* id est | esse hanc *vel* essa et hec | ea *vel* eam ‖ 420. At eamus: *corr Py* | philocomasium *vel* philomasium ‖ 421. insce *vel* in hisce: *corr Sey* ‖ 422. Immo *vel* Inmo ‖ 423 sq. est (*del* B^2D^2) respondit | adloquar *vel* alloquor | propinque: *corr ex Nonio* | plenus (*et* Qui) *Nonius* | uagas (*sic Nonius*) *vel* uaga es ‖ 425. homo est (*vel* es) ‖ 426. rogas hem qui sim *vel* rogassem quid sit: *distinximus* | qut *vel* quę: *corr* B^2 ‖ 427. *del Py* | hunc *vel* huc | es *vel* ẽ ‖ 429. *add Reizius* ‖ 430. te nequem me *vel* tete neque me me: *corr* B^2D ‖ 431. ne dum: *corr Bo* ‖

Nós uicinorum ínprudentis áliquis inmutáuerit.
SC. Cérte equidem nostér sum. PA. Et pol ego. ⟨SC.⟩ Quaéris tu, muliér, malum.
Tíbi ego dico: heus, Phílocomasium. PH. Quaé te intemperiaé tenent,
Quí me perperám perplexo nómine appellés? PA. Eho, 435
Quís igitur uocáre? PH. †Dicere nómen est. SC. Iniúria's[t]:
Fálsum nomen póssidere, Phílocomasium, póstulas.
†Adice testu non dicat ei et méo ero [non] facis iniúriam.
PH. Égone? SC. Tu⟨ne⟩. PH. Quaé heri Athenis Éphesum adueni uésperi
Cúm meo amatore, ádulescente Athéniensi? SC. Díc mihi, 440
Quíd hic tibi in Ephesóst negoti? PH. Géminam germanám meam
Híc sororem esse ín⟨d⟩audiui: eam uéni quaesitúm. SC. Mala's.
PH. Ímmo ecastor stúlta multum, quaé uobiscum fábulem.
Ábeo. SC. Abire nón sinam te. PH. Mítte. SC. Manufestária[res] es[t].
Nón omitto. PH. At iám crepabunt míhi manus, mal⟨a⟩é tibi, 445
Nísi me omittis. SC. Quíd, malum, astas? quí⟨n⟩ retines altrínsecus?
PA. Níl moror negótiosum míhi esse tergum. quí scio
Án ista non sit Phílocomasium átque alia eius símilis sit?
PH. Míttis an non míttis? SC. Immo ui átque ⟨in⟩uita⟨m⟩ ingrátiis,

---

433. *add Ri* | quaeres | tu *vel* tum ‖ 434. ego dico *vel* dico | tenent *vel* tenent periae ‖ 436. *del Dousa* ‖ 439. *add Ri* | athenis *vel* at h///s | uesperi *vel* uesperis ‖ 440. meo *vel* mea ‖ 441. geminam germanam meam *vel* age ninam germana mea ‖ 442. *add Bo* | ueni *vel* uenio ‖ 443. ecastor *vel* et castor ‖ 444. abeo SC. abire *vel* SC. Abeo auir& | *del Ri* ‖ 445. mihi iam crepabunt *vel* iam crepabunt: *trai Bo* ‖ 446. detenes *vel* detines: *corr Py* | altrinsecus (*sic gloss. Pl.*) *vel* alteris insecus ‖ 447. scio *vel* sico ‖ 448. sit *vel* sunt ‖ 449. Mittis *vel* Mitti | ingratiis *vel* ingratis ‖

Nísi uoluntate íbi⟨s⟩, rapiam té domum. PH. Hosti-
⟨c⟩um hóc mihi 450
Ést domicilium, Athénis domus est. ⟨SC.⟩ Át erus ⟨hic⟩.
⟨PH.⟩ Ego istám domum
Néque moror neque uós qui | homines sítis noui néque scio.
SC. Lége agito: te núsquam mittam, nísi das firmatám fidem,
Te húc, si omisero, íntro ituram. PH. Ví me cogis, quísquis es.
Dó fidem, si omíttis, isto me íntro ituram quó iubes. 455
SC. Écce omitto. PH. At ego ábeo missa. SC. Múliebri †fecisti fide.
PA. Scéledre, ⟨e⟩ manibus ámisisti praédam: [SC.] tam east qu[e]ám potis
Nóstra erilis cóncubina. [PA.] uín tu facere hoc strénue?
SC. Quíd faciam? ⟨PA.⟩ Ecfer míhi machaeram huc íntus. SC. Quid faciés ea?
PA. Íntro rumpam récta in aedis: quémque hic intus uídero 460
Cúm Philocomasio ósculantem, eum ego óbtruncabo extémp⟨u⟩lo.
SC. Vísanest ea ésse? PA. Immo edepol pláne east. SC. Sed quó modo
Díssimulabat. PA. Ábi, machaeram huc écfer. SC. Iam faxo híc erit.
⟨PA.⟩ Néque eques neque pedés profectos⟨t⟩ quísquam tanta audácia,

---

450. uoluptate (*vel* -ẽ) ibi: *corr Ca* | hostium *vel* ostium: *corr Lipsius* | hoc mihi *vel* homhist ‖ 451. est domicilium *vel* Domicilium est | est ac erus (*vel* herusa) ego: *corr Ri* ‖ 452. homines *vel* homini | noui neque scio *vel* nouim neque sio ‖ 453. firmatam *vel* firmata ‖ 454. sio (*vel* sino) misero (*vel* miser&) | ui *vel* uim es *vel* est ‖ 455. ituram *vel* itura | quo iubes *vel* iubes ‖ 456. fecisti *vel* feci ‖ 457. *add Fl* | *del Ac* | ea si queam ‖ 459. *add Ac et pers usque ad v. 462 permutatas corr* | ecfer *vel* haec fer/// ‖ 460. rumpam *vel* rupam ‖ 461. philocomasio *vel* plicomasio | obtruncabo *vel* obstruncabo me | *add Ca* ‖ 462. planete ast *vel* planeast *vel* east ‖ 463. ecfer *vel* etfaer ‖ 464. *add Ac* | profectos *vel*

Qui aéque faciat cónfidenter quí⟨c⟩quam quam muliér[es]
faci[un]t. 465
Vt utrobique orátionem dócte †diuit ut tuam:
Vt sublinitur ós custodi caúto, conseruó meo.
Nímis beat, quod cómmeatus tránstinet trans párietem.
SC. Heús, Palaestrió, machaera níl opust. PA. Quid
iam? aút quid est?
SC. Dómi eccam erilem cóncubinam. PA. Quíd, domi?
SC. In lectó cubat. 470
PA. Édepol ne tu tíbi malam rem répperisti, ut praédicas.
SC. Quíd iam? PA. Quia hanc attíngere ausu's múlierem
hinc ex próxumo.
SC. Mágis hercle metuó. PA. Sed numquam quísquam
faciet quín soror
Ístaec sit gemina húius. eam pol tu ósculantem hic uíderas.
⟨SC.⟩ Íd quidem palámst eam esse ut dícis. quid pro-
piús fuit 475
Quam út perirem, si élocutus éssem ero? PA. Ergo sí sapis,
Mússitabis. plús oportet scíre seruom quám loqui.
Égo abeo a te, néquid tecum cónsili commísceam,
Átque apud hunc eró uicinum: tuaé mihi turbae nón
placent.
Érus si ueniet, sí me quaeret, híc ero: hinc me ar-
céssito. 480

---

p̄fectus: *corr Kampmannus* ‖ 465. Qui aeque *vel* Que | *add* B^2 | *del Luchsius* ‖ 466. utrobique *vel* ut ubique | ductae: *corr* B^2 | diuit uttuã *vel* du it intuã ‖ 467. OS: us (*corr* B^2) | CUSTODI: custodiit | cauto (*sic A*) *vel* causto ‖ 468. QUOD: quot | trans (*sic A*) *vel* tam ‖ 469. Heus (*sic A*) *vel* Heius | nihil (*sic A*) *vel* hil | OPUST: opus | AUTQUIDST: haud quid opus est ‖ 470. eccam erilem concubinam (*sic A*) *vel* hec camerile concubina | cubat (*sic A*) *vel* cubant ‖ 472. Quid (*sic A*) *vel* Qui | ausus: *corr Lamb* | HINCEX: hic in ‖ 473 sq. #SED *et* EAM: sed (*vel* se) *et* PA. eam | QUIN: qui | ISTAEC: ista | GEMINA: germana | OSCULTANTEM (*fort. expuncto* T) | hic (*sic A*) *vel* hinc ‖ 475. *add Ribbeckius* | ID: Et | ut dicis (*sic A*) *vel* iudicis | QUID: SC. Quid ‖ 476. SIELOCUTUS: si locutus | ESSEM: esse et *vel* fuissem (*corr* B^2) ‖ 477. MUSSITABIS: Musitabis ‖ 478. ATENE: te ne *vel* ne ‖ 479. APUDHUNC: apud hunc (*vel* hanc) ‖ 480. QUAERET: quaerit | HINCMEARCESSITO: hic me accersito ‖

SCELEDRVS. **PERIPLEC[T]OMENVS**
SERVOS SENEX

SC. Satin ábiit ille néque †erile negótium
Plus cúrat quasi non séruitute⟨m⟩ séruiat?
Certo íllaquidem hic nunc íntus est in aédibus:
Nam egomét cubantem eám modo offendí domi.
Certúmst nunc obseruátioni operám dare. 485
PE. Non hércle hisce homines mé marem, sed féminam
Vicíni rentur ésse serui mílitis:
Ita mé ludificant. meámne hic in ui[t]a hóspitam
Quae heri húc Athenis cum hóspite aduenít meo
Tractátam et ludificátam, ingenuam et líberam? 490
SC. Perii hércle: hic ad me récta habet rectám uiam.
Metuo íllaec mihi res né malo magnó fuat,
Quantum húnc audiui fácere uerborúm senem.
⟨PE.⟩ Accédam ad hominem. [PE.] tún Sceledre hic, scelerúm caput,
Meam lúdificauisti hóspitam ante aedís modo? 495
SC. Vicíne, ausculta quaéso. PE. Ego auscultém tibi?
⟨SC.⟩ Expúr⟨i⟩gare uólo me. PE. Tun te expúr⟨i⟩ges [mihi],

---

481. abut *vel* abit (*sic A*): *corr* B^2 | erile (*sic A*) *vel* herilem || 482. quasi (*sic A*) *vel* quam si | seruitute (*sic A*) *vel* seruite: *corr Scu* || 483. ILLAQUIDEMHIC: quidem illa (*vel* ulla) hic (*vel* hinc) | in aedibus (*sic A*) *vel* pedibus || 484. EGOMET: ego et (*vel* ex) | EAMMODO: ea domo | offendi *vel* ostendi: OFFENDAM || 486. hisce: HICSE | marem sed (*sic A*) *vel* morem sed te || 488. MEANNE: meamane | inuita: INUITAM | hospita *vel* hospi: *corr* B^2 *cum A* || 489. Quae (*sic A*) *vel* Qua | HERI: eri *vel* heri || 490. Tractata (*vel* Tracta) et ludificata ingenua et libera: *corr ex A* || 491. PERI | habet (*sic A*) *vel* habit *vel* abit | RECTAMUIAM: recta uia || 492. fuat (*sic A*) *vel* fiat || 493. hunc (*sic A*) *vel* huc || 494. *del Ca* || 495. ludificauisti (*sic A*) *vel* ludificasti *vel* ludifiuisti || 496. SC. Vicine *vel* Vicine *et* PE. *vel* SC. | auscultem (*sic A*) *vel* auscultam || 497. i (*bis*) *add Ri* | TUN: tune | *del Ri* ||

Qui fácinus tantum támque indignum féceris?
An quía latrocinámini, arbitrámini
Quiduís licere fácere uobis, uérbero? 500
SC. Licétne? PE. At ita me dí deaeque omnís ament,
Nisi míhi supplicium uírgarum de té datur
Longúm diutinúmque a mane ad uésperum:
Quod meás confregisti ímbricis et tégulas,
Ibi dúm condignam té sectaris símiam: 505
Quodque índe inspectauísti meum apud me hóspitem,
Ampléxam amicam quom ósculabatúr suam:
Quodque cóncubinam erílem insimulare aúsus es
Probrí pudicam méque summi flágiti:
Tum quód tractauisti hóspitam ante aedís meas: 510
Nisi míhi supplicium stímuleum de ⟨té⟩ datur,
Dedécoris pleniórem erum faciám tuom,
Quam mágno uento plénu⟨m⟩st undarúm mare.
SC. Ita súm coactus, Périplec[t]omene, ut nésciam,
Vtrúm me ⟨ex⟩postuláre [prius] tecum aequóm si⟨e⟩t, 515
†Nisi istaec non est haec neque istast mihi,
Me expúr⟨i⟩gare haec tíbi uidetur aéquius:
Sicút etiam nunc néscio quid uíderim:
Itást ista huius símilis nostraí tua,
Siquidém non eademst. PE. Víse ad me intro: iám scies. 520
SC. Licétne? PE. [ne] Quin te iúbeo: ei, placide nóscita.

---

498. tantum (*sic A*) *vel* tam ‖ 501. me di deaeque *vel* madida eaeque | ament *vel* amet ‖ 502. datur *vel* batur ‖ 504. inbricis *vel* imbricis ‖ 505. condignam *vel* -um | sectatus: *corr ex Servio* ‖ 506. hospitem *vel* -te ‖ 507. Amplexum: *corr Bo* | quo *vel* cum | suam *vel* sua ‖ 508. Quodque *vel* Quod | es *vel* ẽ ‖ 510. hospitam *vel* hospitem ‖ 511. Nisi tibi (*vel* te): *corr Lamb* | dedatur *vel* datur: *corr Lamb* ‖ 513. uentũ: *corr* B^2D^2 | plenus (plenust B^2): *corr Py* ‖ 514. sum *vel* suum | *del Ri* ‖ 515. *add Ri* | *del Reizius* | aequo sit *vel* aequumst: *corr Ca* ‖ 517. Me *vel* Ma | *add Ri* ‖ 519. Itast ista *vel* Istas | nostrae: *corr Ri* ‖ 520. uise ad *vel* qui sedeat ‖ 521. *del Lipsius* | iuueo *vel* uiueo | et

SC. Ita fácere certumst. PE. Heús, Philocomasiúm, cito
Transcúrre curriculo ád nos: ita negótiu⟨m⟩st.
Post, quándo exierit Scéledrus a nobís, cito
Transcúrrito ad uos rúrsum curriculó domum. 525
Nunc pól ego metuo, néquid infuscáuerit.
Si hic nón uidebit múlierem — aperitúr foris. 527.528
SC. Pro di ínmortalis, símiliorem múlierem
Magisque eándem, ut pote quae nón sit eadem, nón reor 530
Deos fácere posse. PE. Quíd nunc? SC. Conmeruí malum.
PE. Quid ígitur? eanest? SC. Étsi east, non ést ea.
PE. Vidístin istam? SC. Vídi et illam et hóspitem
Conpléxum atque osculántem. PE. Eanest? SC. Néscio.
PE. Vin scíre plane? SC. Cúpio. PE. Abi intro ad uós domum 535
Contínuo: uide sitne ístaec [domum] uostra intús. SC. Licet:
Pulcre ádmonuisti. [si] iám ego ad te exibó foras.
PE. Numquam édepol hominem quémquam ludificárier
Magís facete uídi et magis mirís modis.
Sed éccum egreditur. SC. Périplec[t]omene, te ópsecro 540
Per deós atque homines pérque stultitiám meam

---

placide: *corr Ri* ‖ 522. heus *vel* heius | philocomasium *vel* philocomosium ‖ 523. Transcurrere: *corr* B^2 | negotiis (negotiust B^2) ‖ 524. quam do *vel* quam ‖ 525. rursum *vel* rusum ‖ 527 sq. fobis: *corr* B^2 ‖ 530. poteq, nosit: *corr* B^2 | reo: *corr* B^2 ‖ 531. conmeru: *corr* B^2 ‖ 532. ean est *vel* eam st | aest: *corr* B^2 ‖ 533. Vidisti inistam *vel* Vidistin eam ‖ 534. Conplexam: *corr Ac* ‖ 535. Vim: *corr B ras* | abit: *corr* B^2D^2 ‖ 536. ista haec: *corr* B^2 | *del Bo* ‖ 537. atte *vel* ate ‖ 539. FAC(ET)E: facite: *corr* B^2 | uidit et *vel* uidet: *corr* B^2 *cum A* ‖ 540. *del Ri* | TE *ex* TOE ‖ 541. stultitia mea: *corr* B^2 *cum A* ‖

Perqué tua genua — PE. Quíd opsecras me? SC. Inscítiae
Meae ét stultitiae ignóscas. nunc demúm scio
Me fuísse excordem, caécum, incogitábilem:
Nam Phílocomasium eccam íntus. PE. Quid nunc, fúrcifer? 545
Vidístin ambas? SC. Vídi. PE. Erum exhibeás uolo.
⟨SC.⟩ Meruísse equidem me máxumum fateór malum
Et tuaé fecisse me hóspitae aio iniúriam.
[SC.] Sed méam esse erilem cóncubinam cénsui,
Quoi mé custodem erus áddidit milés meus. 550
Nam ex úno puteo símilior numquám potis
Aqua aéque sumi quam haéc est atque ista hóspita.
Et mé despexe ad té per inpluuiúm tuom
Fateór. PE. Quidni fateáre ego quod uíderim?
Et ibi ósculantem meum hóspitem cum ista hóspita 555
Vidísti? SC. Vidi: cúr negem quod uíderim?
Sed Phílocomasium mé uidisse cénsui.
PE. Ratusne ístic me hominem esse ómnium minumí pretei,
Si ego mé sciente páterer uicinó meo

---

542. GENUA: gea ‖ 543. stultitiae (*sic A*) *vel* stultitiae meae | DEMUM: dem *vel* idem: *corr* B^2D^2 ‖ 544. excorde: *corr* B^2D^2 *cum A* ‖ 545. quis: *corr* B^2 *cum A* ‖ 546. UIDISTIN: Vidisti | EXHIBEAS: exibeas ‖ 547. *add* D^2 | EQUIDEMME: tequidem e (*vel* et) | FATEOR: facior ‖ 548. FECISSE: fecisset | HOSPITIAE | alo iniuria (*vel* miuiria): *corr* B^2 *cum A* ‖ 551. umo: *corr* B^2 *cum A* | potis: POTEST ‖ 552. Atquam: *corr* B^2 *cum A* | aeque (*sic* A^1) *vel* aquae (*sic* A^2) | summis: *corr* B^2 *cum A* | atquem histham: *corr* B^2 *cum A* | hospita (*sic A*) *vel* hospitam ‖ 553. MEO | DESPEXEADTE: despexi atte ‖ 554. #QUIDNUNC: quid (*vel* quit) ni | FATEAREERGO(*vel* ETEGO): fatear et ego et | UIDERIM: uiderit (*corr* B^2) ‖ 555 sq. *solus habet A* | ISTAC (*vel* ISTA) ‖ 557. uidisset: *corr* B^2 *cum A* ‖ 558. ISTICMEHOMINEMESSE: me istic hominem esse | MINIMIPRAETEI: minimum (*corr* B^2) pretii ‖ 559. scientem patere: *corr* B^2 *cum A* ‖

Eam fíeri apud me tam ínsignite iniúriam? 560
SC. Nunc démum a me insipiénter factum esse árbitror,
Quom rém cognosco. at nón malitiosé tamen
Feci. PE. Ímmo indigne: nám hominem seruóm suos
Domitós habere opórtet oculos ét manus
Orátionemque. SC. Égone si post húnc diem 565
Muttíuero, etiam quód egomet certó sciam,
Dato éxcruciandum me: égomet me dedám tibi.
Nunc hóc mihi ignosce, quaéso. PE. Vincam animúm meum,
Ne málitiose fáctum id esse aps te árbitrer.
Ignóscam tibi istuc. SC. Át tibi di faciánt bene. 570
⟨PE.⟩ Ne tu hércle, si te dí ament, linguam cónprimes:
Posthác etiam illud quód scies nescíueris
Nec uíderis quod uíderis. SC. Bene mé mones:
Ita fácere certumst. séd satine oratú's? PE. Abi.
SC. Numquíd nunc aliud mé uis? PE. Ne me nóueris. 575
⟨SC.⟩ Dedit híc mihi uerba. quám benigne grátiam
Fecít, ne iratus ésset. scio quam rém gerat:

---

560. Em: *corr* B^2 *cum* A | TAMINSIGNITAM: itam (*corr* B *ras*) insignite | iniuria: *corr* B^2 *cum* A || 561. AME: me | TAMINSIPIENTER | arbitror (*sic* A) *vel* arbitro || 563. HOMINEMSERUOSSUOS: homine seruo suo (*corr* B^2) || 565. huc: *corr* B^2 *cum* A || 566. Muttiuero (*sic* A) *vel* Metuero | ego mes *vel* ego me: *corr* B^2 *cum* A | SCIO || 567. EXCRUCIANDUM: excruciatum | EGOMETMEDEDAM: ego me (egomet B^2) didam (dedam B^2D^2) || 568. IGNOSCE: ignoscam (ignoscas B^2) || 569. malitiose: MALITIOSUM | arbitrer (*sic* A) *vel* arbitre || 570. TIBIISTUT *ex* TIISTUC | TIBIDI: tibi (di *s. scr.* B^2) || 571. NI | herclesite (*sic* A) *vel* hercles ita | ament (*sic* A) *vel* amant | CONPRIMES: conprimis | *dist Buechelerus* || 572. POSTHAC: Post haec || 573. NEC: Ne || 574. pacere *vel* parcere: *corr* B^2 *cum* A | ESTSED: esset (est B^2) | ORATUS#ABI: oratus abit: *corr* Ac || 575. PE. *et* SC.: *trai* Ac || 576. quam (*sic* A) *vel* qua | GRATIAM: gratia || 577. socios (*vel* sodos) qua: *corr* B^2 *cum* A ||

Vt, míles quom extemplo á foro adueniát domum,
Domi cómprehendar. úna hic et Palaéstrio
Me habént uenalem: sénsi et iam dudúm scio. 580
Numquam hércle ex ista nássa ego hodie escám petam.
Nam iam áliquo aufugiam et me óccultabo aliquót dies,
Dum haec cónsilescunt túrbae atque irae léniunt.
Nam uní satis populo ímpio meruí mali.
(Verúm tamen, de me quídquid est, ibo hínc domum.) 585
PE. Illic hínc abscessit. sát edepol certó scio
Occísam saepe sápere plus multó suem.
†Quin íd adimatur ne íd quod uidit uíderit.
Nam illíus oculi atque aúres atque opínio 589
Transfúgere ad nos. úsque adhuc actúmst probe:
Nimiúm festiua⟨m⟩ múlier operam praéhibuit.
Redeo ín senatum rúsum. nam Palaéstrio
Domí nunc apud mest, Scéledrus nunc autémst foris:
Frequéns senatus póterit nunc habérier.
Ibo íntro: ne, dum absum †multae sortitae fiat. 595

578. miles (*sic A*) *vel* mihi | exemplo *vel* extemplo (*sic A*) || 579. COMPREHENDAR: comprehendat || 581. hercule *Festus* | massa: *corr ex A et Festo* | hodie ego *Festus* | (hodie) capetam *vel* capiam: *corr ex A et Festo* || 582. aufugiam (*sic A*) *vel* aut fugiam | ALIQUOT: aut aliquot (*vel* aliquod) || 583. haec (*sic A*) *vel* hae || 584. UNI: nunc || 585. *secl Ribbeckius* | de me: DEM | hic: *corr* B^2 *cum A* || 588. QUINID: Quod in || 590. ad hunc (huc B^2) actum est: ADHUCTUMEST || 591. *add Gul* | OPERAMPRAEHIBUIT: opera peribunt || 592. SENATURUSUM: senatum (*vel* sinuatum) rursus || 593 sq. Frequens senatus sceledrus nunc autem foras Domi nunc apud me poterit nunc haberier (*vel* aberrier): *trai et corr ex A* || 595. MULTAESORTITAEFIAT: multi sortito (*vel* fortito) fuam ||

ACTVS III

PALAESTRIO. PERIPLEC[T]OMENVS. PLEVSICLES
SERVOS SENEX ADVLESCENS

PA. Cóhibete intra límen etiam uós parumper, Pleúsicles.
Sínite me prius próspectare, ne úspiam insidiaé sient,
Cóncilium quod habére uolumus. nam ópus est nunc tutó loco,
Vnde inimicus néquis nostri spólia capiat cónsili.
[Vnde inimicus néquis nostra spólia capiat aúribus.] 599[b]
Nám bene consultum ínconsultumst, si íd inimicis úsuist, 600
Néque potest quin, si íd inimicis úsuist, obsít tibi.
(Nám bene ⟨consultúm⟩ consilium súrripitur saepíssume,
Sí minus cum cura aút cautela lócus loquendi léctus est.)
Quíppe †hi si resciuere inimíci consiliúm tuom,
Tuópte tibi consílio occludunt línguam et constringúnt manus, 605
Átque eadem quae illís uoluisti fácere illi faciúnt tibi.
Séd speculabor, néquis aut hinc aút ab laeua aut déxtera
Nóstro consilió uenator ádsit cum auritís plagis.
Stérilis hinc prospéctus usque ad últumamst plateám probe.

---

596. ETIAM *ex* ETIM | PLEUSICLES: pleussicles *vel* pleusides || 597. PERSPECTARE: prospectare *vel* perspectari | SIENT: sint || 598. UOLIMUS | est nunc: EST || 599. NEQUI | NOSTRI: nostris *vel* nostra | CAPTAT | consili *vel* consiliis || 599[b]. *om A* | nostra *solus B* || 600. ESTSI(ID): si id *vel* si fit | INIMICUSUIST: inimicis usus || 601. QUIN(SII)D: qui (*vel* quin) nisi | usuist *vel* usu est | obsit (*vel* obsi *vel* obsat) mihi: *corr Ac* || 602 sq. *secl Weisius* || 602. *add Bo* || 603. CAU(*ex* CA)TELLALOCUS: catalogo *vel* catalogos | LECTUS: lectum || 604. HISIRESCIUERE: scire siuere | TUUM: suum || 606. ILLIFACIU(NT): faciunt || 607. AUTABLAEUA: aut a leua *vel* a leua | dextera *vel* adextra: (A)DEXTERA || 608. auritis *vel* auratis || 609. ESTPLATEA(M): plateamst *vel* platea st̃ ||

Éuocabo. heus, Périplec[t]omene et Pleúsicles, progrédimini. 610
PE. Écce nos tibi oboédientes. PA. Fácilest imperium ín bonis.
Séd uolo scire: eodém consilio quód intus meditatí sumus
Gérimus rem? PE. Magis nón potest esse ád rem utibile. PA. Immo * *
Quíd tibi, Pleusiclés? PL. Quodne uobis pláceat, displiceát mihi?
Quís homo sit magís meus quam ⟨t⟩u's? ⟨PE⟩. Lóquere lepide et cómmode. 615
PA. Pól ita decet hunc fácere. PL. At hoc me fácinus misere mácerat
Meúmque cor corpúsque cruciat. PE. Quíd id est quod cruciát? cedo.
PL. Mé tibi istuc aetátis homini fácinora puerília
Óbicere ac neque té decora néque tuis uirtútibus
Á te expetere: †te ex opibus summis mei honoris grátia 620
Míhique amanti ire ópitulatum atque éa te facere fácinora,
Quaé istaec aetas fúgere facta mágis quam sectarí solet.
Eám pudet me tíbi in senecta obícere sollicitúdinem.
PA. Nóuo modo tu homo amás. siquidem te quícquam quod faxís pudet,
Níl amas, umbrá's amantum mágis quam amator, Pleúsicles. 625

---

610. *del Ri* | et *vel* ut | pleusides *vel* plesicles: *corr* B^2 ‖ 613. non potest esse ad rem ut sibile *vel* ad rem non potest esse utibile | *lac signavimus* ‖ 614. pleusicles *vel* pleusides (*item 625*) ‖ 615. quamus *vel* quamuis | PE. *add Gru* | et *vel* mee ‖ 616. PA. *solus D* | decet *vel* ded/// | anc (haec B^2) | PE. | hoc me *vel* hoc | miserũ *vel* miserã ‖ 617. cruciat *vel* cruciant | PL. | ced(ent) *vel* te: *corr Ca* ‖ 618. PE. ‖ 619. atque *vel* neque: *corr Ribbeckius duce Ri* ‖ 620. Aetate *vel* Ea te: *corr Ri* | mihi: *corr Py* ‖ 621. ea te *vel* a te ‖ 623. sollicitudine *vel* sollicitudinem ‖ 624. PA. *vel* PE. | *dist Ri* | taxis: *corr* B^2D^2 ‖ 625. es *vel* ẽ ‖

PL. Háncine aetatem éxercere me | amoris grátia?
PE. Quíd ais tu? tam tíbi ego uideor óppido Acherúnticus?
Tám capularis? támine tibi diu uídeor uita⟨m⟩ uíuere?
Nam équidem haud sum †natus annos praeter quínquaginta et quáttuor:
Cláre oculis uideó, pernix sum pédibus, manibus móbilis. 630
PA. Si álbicapillus híc uidetur, ne útiquam ab ingenió⟨st⟩ senex:
Ínest in hoc emússitata súa sibi ingenua índoles.
PL. Pól idquidem experiór ita esse ut praédicas, Palaéstrio:
Nám benignitás quidem huius óppido adulescéntulis⟨t⟩.
⟨PE.⟩ Ímmo, hospes, magis quóm peric[u]lum fácies. magis noscés mea⟨m⟩ 635
Cómitatem ergá te amantem. PL. Quíd opus nota nóscere?
PE. * * * * * * * * * * * * * * *
Vt apud te exemplum éxperiundi hábeas, ne ⟨quaer⟩ás foris.
Nám nisi qui ipse amáuit, aegre amántis ingenium ínspicit.
Ét ego amoris áliquantum habeo [h]umórisque [me] etiam in córpore 640
Néquedum exarui éx amoenis rébus et uoluptáriis.

---

626. Hancine *vel* Hacine | gratia *vel* gratiam ‖ 627. tu itane: totam *Nonius* | acheruntius *Nonius* ‖ 628. capularis *vel* copularis | tamine *vel* tam me | *add Ca* | uiuere *vel* uidere ‖ 629. haud *vel* aut ‖ 630. Clare *vel* Claris | uideo *vel* uideor | manibus pedibus (*vel* sum pedes): *trai Guy* ‖ 631. albi (*vel* albus: albet *Nonius*) capillus | ab *Nonius*: ibi | *add Scioppius* | senes *Nonius*‖ 632. emusitata: *corr ex Nonio* ‖ 633. PE. ‖ 634. adolescentules *vel* adolescentule: *corr Ca* ‖ 635. hospes *vel* hospis | *del Guy* | mea *vel* inea ‖ 636. Comitante merce te (*vel* merced///): *corr Ca* | nota noscere *vel* nos tam scire | *lac sign Ri* ‖ 638. te *add* B^2 | ne ita̩s *vel* negis: *suppl Luchsius* ‖ 639. Nam ipsi *vel* Nam: *corr Gru* | qui *vel* quod ‖ 641. amenis *vel* amoris ‖

Vél cauillatór facetus uél conuiua cómmodus
Ídem ero: neque ego óblocutor sum álteri in conuíuio.
Íncommoditate ábstinere me ápud conuiuas †quomodo
Cómmemini[t]: et meae orátionis iústam partem pérsequi 645
Ét meam partem itidém tacere[t], quom álienast orátio.
Mínume sputatór, screator sum, ítidem minume múccidus:
Póst Ephesi sum nátus, †non enim in Apulis, non sum Animula.
PA. Ó lepidum †semine, si quas mémorat u⟨i⟩rtu⟨t⟩ís habet:
Atque equidem plane éduc⟨a⟩tum in nútricatu Vénerio. 650
PE. Plús dabo quam praédicabo ex mé uenustatís tibi.
Néque ego | umquam aliénum scortum súbigito[m] in conuíuio:
Néque praeripio púlpamentum néque praeuorto póculum:
Néque per uinum umquam éx me[a] exoritur díscidium in conuíuio.
Síquis ibist odiósus, abeo dómum, sermonem ségrego. 655
Vénerem, amorem amoénitatemque áccubans exérceo:
PL. †Tu quidem edepol omnis moris ad uenustatem uacet.

---

643. Item: *corr Vss* | neque ego *vel* neque | oblecutor *vel* obliuiscor: *corr* B^2D^2 || 644. conuiuias: *corr* B^2 || 645. partem *vel* parem || 647. Minimis (Minime B^2) putatur scrahator || 648. animula *Pseudoservius cum Paulo*: in imula || 649. semine *vel* semisemne | *add Scu* || 650. *add Bent* || 651. uenustatis *vel* uenustas || 652. subigito min *vel* sub digito meo | conuiuio *vel* conuiuium || 653. pulpamenthum *vel* pulmentum | praeuorto *vel* peruorto | copulum: *corr* B^2 || 654. discidium in *vel* discidium || 655. ibi est odiosus *vel* sibi odiosus est | habeo: *corr* B^2 | segrego *vel* secreto || 656. amoram (*corr* B^2D^2) amonitatem (*corr* B^2) quę accubas (*corr* B^2) || 657. PA.: *corr Pistoris* | uenustatem *vel* uenustate | uacet *vel* uicet ||

⟨PA.⟩ Cédo tris mi hominis aúric⟨h⟩alco cóntra cum istis móribus.
PL. Át quidem illuc aetátis qui sit nón inuenies álterum
Lépidiorem ad ómnis res nec †magis qui amicus amico sit magis. 660
PE. Túte me ut fateáre[t] faciam esse ádulescentem móribus:
Íta apud omnis cónparebo tíbi res benefactís frequens.
Ópusne erit tibi áduocato trísti, iracundo? écce me.
Ópusne leni? léniorem díces quam mutúmst mare:
Líquidiusculúsque ero quam uéntus est fauónius. 665
Vél hilarissumúm conuiuam hinc índidem expromám tibi
Vél primariúm parasitum atque óbsonatorem óptumum.
Tum ád saltandum nón cinaedus málacus aequest á[n]tque ego.
PA. Quíd ad illas artís opt⟨ass⟩is, si óptio eueniát tibi?
PL. Huíc pro meritis út referri páriter possit grátia 670
Tíbique, quibus nunc mé esse experior súmmae sollicitúdini.
[PE.] Át tibi tanto súmptui esse míhi molestumst. ⟨PE.⟩ Mórus es[t].

---

658. *add Ribbeckius* | Cedo tris *vel* Ceteris | hominis *vel* hominibus | contramtum histis: *corr Ca duce* B^2 ‖ 660. quid amicus amicos sint: *corr* B^2 ‖ 661. adulescente: *corr* B^2 ‖ 662. conparebo *vel* conparabo | bona factis ‖ 663. Opus ne (*vel* nec) | tris furacundo: *corr* D^2 ‖ 664. dicis | quam mutum est mare *vel* quantum e amare ‖ 665. Liquidius cuiusque *et* faonius *vel* facinus: *corr ex Nonio* (fabonius) ‖ 666. hilarissimum *vel* hilarissimus | conuiuium | indidam: *corr Ca* ‖ 667. obsonat oram *vel* obsotorem: *corr* B^2 ‖ 668. salutandum: *corr ex Nonio* | maiacus equestant (*vel* egestant) que: *corr duce Nonio* ‖ 669. Quid *vel* Qui | at tillas *vel* attollas: *corr* B^2 | optissi (optassi B^2): *corr Ca* ‖ 670. Huius: *corr Guy* | referet: *corr* B^2 ‖ 671. esset experiosum me sollicitudini (*vel* sollicitudine): *corr* B^2 ‖ 672. *del Taubmannus* | sumptui *vel* sumptu | molestus # *vel* molestumst # | *del Ca* ‖

Nam ín mala uxore átque inimico síquid sumas, súmptus est:
Ín bono hospite átque amico quaé⟨s⟩tus est quod súmitur,
Et quod in di[ui]nis rébus sumat súmpti, sapientí lucrost. 675
Deúm uirtute est te únde hospitio accípiam apud me cómiter.
Es[t], bibe, animo obséquere mecum atque ónera te hilaritúdine:
Líberae sunt aédis, liber[s]um aútem ego me [tu] uolo uíuere.
Nám mihi deum uirtúte dicam própter diuitiás meas
Lícuit uxorém dotatam génere summo dúcere: 680
Séd nolo mihi oblátratricem in aédis intro míttere.
PL. Qúr non uis? nam prócreare líberos lepidúmst opus.
PE. Hércle uero líberum esse téte, id multo lépidiust.
(PA. Tú homo et alterí sapienter pótis es consulere ét tibi.)
Nám bona uxor suáue ductust, sí sit usquam géntium, 685
[PE.] Vbi ea possit ínueniri: uérum egone eam ducám domum,
Quaé mihi numquam hoc dícat: 'eme, mi uír, lanam, unde tibi pállium

---

673. sumat: *corr Ca* ‖ 674. *add* D^2 ‖ 675. *del Leo* | sumas sumptu: *correximus* ‖ 676. est tasenunde (est eundem *Nonius*): *corr Hauptius* | accipiem: *corr ex Nonio* | commitas *vel* est comitas: *corr Ri* ‖ 677. Est bibe *vel* Est bono: siue *Nonius* | onerate hilaritus me *vel* onerata hilarissime: *corr ex Nonio* ‖ 678. *del Ri* | tuo *vel* tuo: *del Lorenzius* | libere (bibere B^2): *corr Ribbeckius* ‖ 679. uirtutem: *corr* B^2 ‖ 680. summo *vel* sumo ‖ 681. oblatraticem: *corr* B^2 *cum A, ut vid* | INTRODUCERE ‖ 682. PA. | lepidus sonus: *corr ex A* ‖ 683. TETEID: ut *vel* it (id B^2) | LEPIDIUSEST: est lepidius ‖ 684. *secl Ribbeckius* | est: *corr* B^2 (*cum A, ut vid*) ‖ 685. SUAUEDUC(TU)STSI: sua deductust (*vel* deducta est) ‖ 686. POSSIT: possi *vel* possim ‖ 687. numquam (*sic A*) *vel* nunc quam | eme mi (*sic A*) *vel* e memini | IANAM: tanam ‖

Málacum et calidum ˘cónficiatur túnicaeque hibernaé bonae,
Ne álgeas hac híeme'? hoc numquam uérbum ex uxore aúdias:
Vérum prius quam gálli cantent, quaé me e somno súscitet, 690
Dícat: ˘da, mi ˘uír, Calendis meám qui matrem múnerem:
Dá qui †faciat condi at dá quod dem quinquátribus
Praécantrici, cóniectrici, hériolae atque harúspicae:
Flágitiumst si níl mittetur, quaé supercilió spicit.
Túm plicatricém clementer nón potest quin múnerem: 695
Iám pridem, quia níl abstulerit, súscenset ceriária:
Tum ópstetrix expóstulauit mécum, parum missúm sibi:
Quíd? nutrici nón missuru's quícquam quae uernás alit?'
Haéc atque †huius símilia alia dámna multa múlierum
Me úxore prohibént, mihi quae huius símilis sermonés sera[n]t. 700
PA. Dí tibi propitií sunt: nam hercle si ístam semel amíseris
Líbertatem, haud fácile in eundem rúsum restitués locum.

---

688. MALACUM: Malam cum | HIBERNAE: mihi bernae *vel* //////ibernae ‖ 689. algeas *et* ex uxore (*sic A*) *vel* aleas *et* uxore ‖ 690. galli *vel* calli | MEE: me ‖ 691. mihi: *corr cum A, ut vid* | qui (*sic A*) *vel* que | MUNEREM: uenerit ‖ 692. faciat condi at dan (*vel* conclamando: da B^2D^2) | DEM : det: *corr* B^2 ‖ 693. PRAEC(ANTR)ICI: Preccatrici *vel* Precatatrici | conlectrici: COC-T(ri)CI: *corr Ca* ‖ 694. Flagitium est si (*sic Festus*) *vel* Flagitium si (*sic* [SI] *A*) | mitteturq, *vel* mittetur: *corr ex A et Festo* ‖ 695. PLICAT(rices): patricam: *corr Stu* | POTEST: potest esse (*vel* pota est) hinc | QUIN: quam (*corr* B^2) ‖ 696. CERIARIA: ceraria ‖ 697. OPSETRIX: obstrex: *corr* B^2D^2 ‖ 698. QUID: Quii | missurus: *corr Lamb* ‖ 699. similia (*sic A*) *vel* similias ‖ 700. PROHIBENT: prohibenti | SIMILESSERMONESSERANT: similis (*vel* simile) sermonis erant: *corr Lamb* ‖ 701. propitii sunt: PROPITI | NAMHERCLE: hercle nam | ISTAM: ista ‖ 702. HAUD: aut (*corr* B^2) | facile (*sic A*) *vel* eacile | IN: in te | RUSUMRESTITUISLOCUM: rusum (*vel* rursum) restitues uocum (*vel* uccum) ‖

Át illa laus est, mágno in genere et ín diuitiis máxumis
Líberos hominem éducare, géneri monimentum ét sibi.
PE. Quándo habeo multós cognatos, quíd opus est mihi líberis? 705
Núnc bene uiuo et fórtunate atque út uolo atque animo út lubet.
Méa bona mea morté cognatis dídam, inter eos pártiam:
Hí apud me aderunt, mé curabunt: uísent quid agam, quíd uelim:
Príus quam lucet ádsunt, rogitant nóctu ut somnum céperim.
(Eós pro liberís habebo, quí mihi mittunt múnera.) 710
Sácrificant: dant índe partem míhi maiorem quám sibi,
Ábducunt ad éxta, me ad se ad prándium, ad cenám uocant.
Ílle miserrumúm se retur, mínumum qui misít mihi.
Ílli inter se cértant donis: égomet mecum mússito:
'Bóna mea inhiant: mé certatim nútricant et múnerant.' 715
⟨PA.⟩ Nímis bona ratióne nimiumque ád te et tuam uitám uides,

---

703. genere (*sic A*) *vel* generet | masumis: *corr* B^2 *cum A* || 704. HOMINES | educaret: *corr* B^2 *cum A* || 705. fit mihi liberis: MIHI: *corr Goe duce Ri* || 706. ETFORTUNATE: et (*vel* ei) fortunato | UOLOATQ·: uolo atquam | animo ut lubet: UTANIMOUTUOLET || 707. MEABONA: Meam bona | COGNATISDIDAM: cognatim dicam | PARTIAM: partim || 708. HI: Li *vel* Licet (Hi B^2) | MEADERUNT: me (*vel* te) ederunt | UISENT: uisant *vel* uisam | AGAMQUIDUELIM: agam (*vel* agant) hic quid uelit (*vel* uelint) || 709. lucet (*sic A*) *vel* lucent | rogitant noctu ut (*sic A*) *vel* rogitat noctum | SOMNUMCEPERIM: somnium caeperiam || 710. *secl Guy* | HABEBOQUIMIHI: habeo quam || 711. dent *vel* dus: *corr* B^2 *cum A* | MALOREM || 712. exta (*sic A*) *vel* extra | se prandium: *corr* B^2 *cum A* | UOCANT: uocat (*corr* B^2D^2) || 713. miserrimum (*sic A*) *vel* miserrummum *vel* miser summum || 714. EGOMETMECUMMUSSITO: ego et mucum (haec mecum B^2) musito || 715. MECERTATIMNUT(RI)CANTETMUNERANT: certatim nutricunt et munera || 716. ADTEETTUAMUITAM: atte (*vel* ate) et tua multam (*vel* multa) | uides: HABES ||

[PA.] Et tibi sunt gemini ét trigemini, sí te bene habes, fílii.
⟨PE.⟩ Pól si habuissem, sátis cepissem míseriarum e líberis.
* * * * * * * * * * * * * * * *
Cóntinuo excruciárer animi: si eí forte fuissét febris, 720
[PE.] Cénserem emorí: cecidissetue ébrius aut de equo úspiam,
Métuerem ne ibi díffregisset crúra aut ceruicés sibi.
⟨PL.⟩ Huíc homini dignúmst diuitias ésse et diu uitám dari,
Qui ét rem seruat ét se bene habet suísque amicis úsuist.
PA. Ó lepidum caput. íta me di deaéque ament, aequóm fuit 725
Deós parauisse, úno exemplo ne ómnes uitam uíuerent.
Sícut merci prétium statuit quíst probus agoránomus:
Quaé probast ⏑ ⏓ ⏑ ⏓ ⏑, pró uirtute ut uéneat,
Quae ínprobast, pro mércis uitio dóminum pretio paúperet:
Ítidem diuos díspertisse uítam humanam aequóm fuit: 730

---

717. TRIGEMINI: triticemini (tricemini B^2) | HABETFILIA || 718. habuisset satis cepisse: *corr* B^2 *cum A* | ELIB(ERI)S: liberis || 719. *lac sign Ri* || 720. *solus habet A* (SIEI *vel* STET) || 721. *dist Bergkius* | cecidisset ne (*item A*): *corr Ri* | DEEQUOUSPIAM: dequo suspiam (*vel* suscipiam) || 722. DEFREGISSET (*item* B^2): defrigisset: *corr Ribbeckius* | AUT: ad || 723. *add Ribbeckius* | ESSEET: esset (esse *B D ras*) | DARI: dare || 724. et rem (*sic A*) *vel* ecrem | SE: qui | USUIEST: uult *vel* uule (*om* B^1) || 725. PL. *vel* PA. | media eaeque (*vel* media eaque *vel* medietaque) amet: *corr* B^2D^2 *cum A* | aequom *vel* q̃m: AEQUUM || 726. PARAUISSE: parauisset | UNOUNO || 727 sqq. *verba* pro uirtute — inprobast *om A, verba* quist probus — probast *om reliqui: lac sign Ri, ubi* (quae inproba est) mers pretium eis statuis (pro uirtute) *habet Nonius* (*ex v. 727?*) | SICUT: Sicuti | ueniat (neuiant *Nonius*): *corr Beroaldus* | inproba si pro: *corr ex Nonio* | mercis (*sic A et Nonius*) *vel* mercedis | PAUPERET: pauper erit (pauperat *Nonius*) || 730. DISPERTISSE: disperdisset | AEQUM ||

Quí lepide ingeniátus esset, uítam ei longinquám darent,
Qui ínprobi essent ét scelesti, is ádimerent animám cito.
Si hóc parauissént, et homines éssent minus multí mali
Ét minus audactér scelesta fácerent facta: et póstea,
Quí homines probi éssent, esset ís annona uílior. 735
PE. Quí deorum consília culpet, stúltus inscitúsque sit,
Quíque eos uituperét. nunc istis rébus desistí decet:
Núnc uolo opsonáre ut, hospes, tuá te ex uirtute ét mea
Meaé domi accipiám benigne, lépide et lepidis uíctibus.
PL. Níl me paenitét iam quanto súmptui fuerím tibi. 740
Nam hóspes nullus tám in amici hospítium deuortí potest,
Quín, ubi triduóm continuom fúerit, iam odiosús siet:
Vérum ubi dies decém continuos sít, east odiorum Ílias.
Tam étsi dominus nón inuitus pátitur, serui múrmurant.
PE. Séruiendae séruituti ego séruos instruxí mihi, 745
Hóspes, non qui míhi imperarent quíbusue ego essem obnóxius.

---

731. INGENIATUS: ingenuatus | EILONGINGUAM: longinquam || 732. QUIIMPROBIESSENTETSCELESTIISADIMERENTANIMUM: Qui in (*vel* Quin) probi est (*vel* [e]stet) scaeles hisus (*vel* scaele//////// is: scaelesti his B^2) adhimerant (adhimerent B^2) animam || 733. (PA)RAUISSEN(TE)T: parauisset (parauissent B^2D^2) | ESSENT: esset || 734. FACERENT: faceret || 735. is: IIS || 736. CONSIL(IA)-CULPET: concilia culpe | INSCITUSQ·: insictusque || 737. QUIQ·: Quid que (*vel* quae) | UITIPERET | NUNCISTIS: nunciam (*vel* nuntiam) isti || 738. uolo (*sic A*) *vel* uolom | OPSONARE: obsonare *vel* obsonorae | UT: uelut *vel* tlut | TUATE: tuam te *vel* tua | et mea (*sic A*) *vel* tua || 739. DONI: demi (*corr* B^2) || 740. QUANTUMSUMPTUM: quanto sumptum: *corr Ca* | FUERIMIHIBI || 741. HOSPESNULLUS: hoc pis (*vel* hospis) nullus *vel* hoc pusillus | INAMICI: inimici | deuorti *vel* diuorti: DEUERTI (*ex* DEUERI) || 742. SIET: sit || 743. SITEAESTODIORUMILIAS: ite astodorum illas || 744. INUITUSPARTITUR: uitus (*vel* uitiis) sit patitur | MURMURANT: murmurat || 745. SERUIENDAESERUITUTI: seruienti seruitute | seruos (*sic A*) *vel* miser uos | INSTRUXI: introduxi *vel* introuxi || 746. IMPERARENT: inpararent | QUIBUSUE: quibus | ESSEM: aessae (*om B*) ||

Si íllis aegrest míhi id quod uolup est, meó remigio rém gerunt:
Támen id quod odiót faciundumst cúm malo atque ingrátiis.
Núnc quod occepi ópsonatum pérgam. PL. Si certúmst tibi,
Cómmodulum obsoná, ne magno súmptu: mihi quiduís sat[a] est. 750
PE. Quín tu istanc orátionem hinc ué⟨te⟩rem atque antiquam ámoues?
[Nam] Próletarió sermone núnc quidem, hospes, útere.
Nam í[i] solent, quando áccubuere[t], ubi céna adpositast, dícere:
'†Quid opus fuit hoc sumptu tanto nostra gratia?
Ínsaniuisti hércle: nam idem hoc hóminibus sat[a] erá[n]t decem.' 755
Quód eorum caussa óbsonatu⟨m⟩st, cúlpant[e] et comedúnt tamen.
PA. Fít pol illuc ad illúc exemplum: ut dócte et perspecté sapit.
PE. Séd ⟨e⟩idem hominis númquam dicunt, quámquam adpositumst ámpliter:
'Iúbe illud demi: tólle hanc patinam: rémoue pernam, níl moror:
Aúfer illam offám porcinam: próbus hi[n]c conger frígidus⟨t⟩: 760
Rémoue, abi aufer': néminem eorum ha⟨e⟩c ádseuerare aúdias,

---

747. Si illius egressi mihi inicit (*vel* incit) quod uolupis me horem remigio rem gero: *corr ex A* ‖ 748. odiose faciundumst cum (*vel* facihundum ficum) malum atque mingratis (*vel* malum ingratis): *corr ex A* (ODIOST) ‖ 749. CERTUMST: certus ‖ 750. nemo agnum sumptũ (*vel* suptu) ‖ 751. Quantu ‖ 752. *del Bent* | proletario *vel* ploletario | hospis ‖ 753. ii *vel* hii ‖ 754. tanto *vel* tanta ‖ 756. caussa (*vel* causa) obsonatu si ‖ 757. illut (*vel* illud) *bis*: *corr Bo* | perspecie *vel* perspiciẽ ‖ 758. *add Ri* | numquam *vel* umquam | atpositumst *vel* appositum ‖ 759. demi tolle *vel* denui tolli | pernam *vel* perdam ‖ 760. porcinam *vel* portinam | concer | *add Ri* ‖ 761. aufer *vel* aufert | neminem *vel* nemine ‖

Séd procellunt se ét procumbunt dímidiati, dum áp-
petunt.
PA. Bónus bene ut malós desc⟨r⟩ipsit móres. PE. Haud
centésuma⟨m⟩
Pártem dixi atque, ótium rei sí s[t]it, possum ex-
prómere.
PA. Ígitur id quod ágitur †hic prímum praeuortí
decet. 765
Núnc hoc animum aduórtite ambo. míhi opus est
operá tua,
Périplec[t]omene: nám ego inueni lépidam sycophántiam,
Qui ádmutiletur míles ⟨us⟩que caésariatus, átque uti
Huíc amanti ac Phílocomasio[m] hanc écficiamus cópiam,
Vt hic eam abducát abeatque. ⟨PE.⟩ Dári istanc ra-
tioném uolo. 770
PA. Át ego mihi anulúm dari istunc tuóm uolo. PE.
Quam ad re⟨m⟩ úsuist?
PA. Quándo habebo, igitúr rationem ⟨m⟩eárum fabri-
carúm dabo.
PE. Vtere, accipe. PA. Áccipe a me rúsum rationém
doli
Quam ínstitui. PE. Perpúr⟨i⟩gatis dámus tibi ambo
operam aúribus.
⟨PA.⟩ Érus meus ita mágnus moechus múlierumst, ut
néminem 775
Fúisse[t] aeque néque futurum crédo. PE. Credo ego
istú[n]c idem.
PA. †Itaque Alexandrí praestare praédicat formám suam:
Ítaque omni⟨s⟩ se ultró sectari in Épheso memorat
múlieres

---

762. *Iteratur post v. 777* (*ubi est* Sed [*vel* Se] procumbunt in mensam dimidiati petunt) | *dist Ac* ‖ 763. descipsit *vel* decepsit ‖ 764. rei *vel* re | *del Py* ‖ 766. hoc *vel* huc ‖ 767. *del Ri* | lepidem: *corr Ca* ‖ 768. *add Ca* ‖ 769. philocomasium: *corr Ca* ‖ 770. abducit | dare ‖ 771. quamatre ‖ 773. PL. accipe | rusum *vel* rufum *vel* rursum ‖ 774. PE. *vel* PL. | *add Fl* | ambo damus tibi: *trai Fl* ‖ 775. moeccus *vel* cecus ‖ 776. atque neque | PL.: *corr Ac* ‖

⟨PE.⟩ Édepol qui te dé isto multi †cupiunt non mentí⟨ri⟩er:
Séd ego ita esse ut dícis teneo púlcre. proin, Palaéstrio, 780
Quám potis tam uérba confer máxume ad conpéndium.
PA. Écquam tu potís reperire fórma lepida múlierem,
Quoí fa⟨ce⟩tiárum †corpusque sit plenum ét doli?
PE. Íngenuamne [h]an[c] líbertinam? PA. Aequi ístuc facio, dúm modo
Eám des quae sit quaéstuosa, quaé alat corpus córpore
Quoíque sapiat péctus: nam cor nón potest, quod núlla habet. 786
PE. Laútam uis an quaé nondum sit laúta[m]? PA. Sic consúcidam:
Quám lepidissumám potis quamque[m] ádulescentem máxume.
PE. Hábeo eccillam meám clientam, méretricem adulescéntulam.
Séd quid ea usus ést? PA. Vt ad te eám iam deducás domum 790
Ítaque eam huc ornátam adducas: éx matronarúm modo
Cápite compto crínis uittasque hábeat adsimulétque se
Túam esse uxorem: ita praécipiundumst. PL. Érro quam insistás uiam.
PA. Át scietis. séd [ha]ecqua ancillast ílli? PE. Est primé cata.

---

779. mentier *vel* metier ‖ 780. palesirio ‖ 782. PA. *vel* PL. | Et quam ‖ 783. *add Ca* ‖ 784. Ingenuumne | atque istuc faciomdum (*vel* faciundum) ‖ 785. desque *vel* diesque ‖ 786. iam cor ‖ 787. PE. *om B* | uis an *vel* uisam ‖ 788. quamquem *vel* quamquam ‖ 789. PE. *om. B* | ECCILLAM: hec illam | CLIENTAMMEAM: meam dienta (*vel* cliente) | MERETRICEM: meletricem *vel* melectricem ‖ 790. QUIDEAUSUS: qui te (*vel* te quid) ausus | ESTAUT | deducas (*sic A*) *vel* delucas ‖ 791. EXMATRONARUM: matronarum ‖ 792. at simul etque (*vel* eq,) ‖ 793. TU(A)M: Tam | esse uxorem (*sic A, ut vid*) *vel* uxorem esse ‖ 794. scietis (*sic A*) *vel* stetis | HAECQUA: haecque | primicata: *corr Salm* ‖

PA. Eá quoque opus est. íta praecipi⟨t⟩o múlieri atque ancíllulae, 795
Vt simulet se túam esse uxorem et déperire hunc mílitem:
Quásique hu⟨n⟩c anulúm faueae s⟨u⟩ae [ancille] déderit, ea porró mihi,
Míliti ut darém: quasique ego reí sim interpres. PE. Aúdio:
[PA.] Né me surdum †uerberauit si audis: ego recté meis
Aúris ut * * * PA. * * * * * * * * * 799[b]
Eí dabo: ⟨a⟩ tuá mihi uxore[m] dícam delatum ét datum, 800
Vt sese ad eum cónciliarem. ille — eíus modist — cupiét miser:
Quí nisi adulterió studiosus reí nulli aliaest ínprobus.
PE. Nón potui⟨t⟩ reperíre, si ipsi Sóli quaerendás dares,
Lépidioris duás ad hanc rem quám ego . habe animúm bonum.
PA. Érgo adcura: séd propere opust. nunc tu aúscultа mi, Pleúsicles. 805
PL. Tíbi sum oboediéns. ⟨PA.⟩ Hoc facito: [PA.] míles domum ubi aduénerit,
Mémineris ne Phílocomasium nómines. PL. Quem nóminem?
PA. †Diceam. PL. Nempe eandém quae dudum cónstitutast. PA. Páx, abi[s].

---

795. *add Sarac* ‖ 796. deperire huc *vel* perire hunc ‖ 797. hoc (*sic A*) *vel* huc | famęsę (*vel* famose) ancille: *corr Scal* ‖ 798. sim interpres *vel* sum interpes ‖ 799[a]. *del Ri* | uerberauit *vel* uerberat uit ‖ 799[b]. AURISUT——— *accessit ex A* ‖ 800. EIDABO: Dabo | *add Ca* | tua *vel* tuam ‖ 801. SESEAD: sese at *vel* sedeat | eum *vel* mecum | conciliarem *vel* conciliare | *dist Madvigius* ‖ 803. *add Py* | reperire *vel* reperiri ‖ 804. rem *vel* aeram | habe *vel* ab ‖ 805. adcuras et properã (*vel* properas): *corr Brixius* | mi pleusides *vel* pleusicles ‖ 806. *add et del Palm et Gru* | huc facito *vel* hoc facto ‖ 807. quem (*sic A, ut vid*) *vel* quam ‖ 808. constituitast *vel* constituta est (*sic A*) | *del Ca* ‖

PL. Méminero: sed quíd meminisse id réfert, * ego té tamen.
PA. Égo enim dicam túm, quando usus póscet. intereá tace: 810
Vt quom etiam hic †agit, actutum pártis defendás tuas.
PL. É[g]o ego intro igitur. PA. Eí, praecepta sóbrie adcurés face.

PALAESTRIO. LVRCIO
SERVOS PVER

PA. Quantás res turbo, quántas moueo máchinas.
Erípiam ego hodie cóncubinam míliti,
Si cénturiati béne sunt manup[u]larís mei. 815
Sed illúm uocabo. heus Scéledre, nisi negótium⟨st⟩,
Progrédere ante aedis: té uoco, Palaéstrio.
LV. Non óperaest Sceledro. PA. Quíd iam? LV. Sorbet dórmiens.
PA. Quid, sórbet? LV. Illud 'stért[er]it' uolui dícere:
Sed quía consimilest quóm stertas quasi sórbeas — 820. 821
PA. Eho, an dórmit Sceledrus íntus? LV. Non nasó quidem:
Nam eo mágnum clamat. ⟨PA.⟩ Tétigit calicem clánculum:
Prompsit †amardiminam ámphoram cellárius.

---

809. quid *vel* qui ‖ 810. poscit ‖ 811. cum *vel* nunc | *ante* actutum *aliud verbum habuit A, ut vid* ‖ 812. *del Ri* | et praecepta: *corr Gul* | ut cures: *corr Ri* ‖ 815. *del Pareus* ‖ 816. heus *vel* heius | *add Ri* ‖ 817. uoco *vel* uoca ‖ 818. dormiens (*sic A*) *vel* dormes ‖ 819. steterit *vel* sterterit ‖ 820 sq. quod: *corr Ac* | stercas *vel* stertas ‖ 822. Eho (*sic A*) *vel* Eo | non naso (*sic A*) *vel* nonaso ‖ 823. *add Ac* ‖ 824. Dormisit *vel* Domisit: *corr Pareus* (PR— *A*) | amardiminam *vel* a arclimin | cellarius *vel* cellararius ‖

[PA.] Eho tú, sceleste, qui ílli suppromú's: eho. 825
LV. Quid uís? PA. Qui[d] lubitumst ílli condormíscere?
LV. Oculís, opinor. PA. Nón te istuc rogitó, scelus.
[LV.] Procéde huc: periistí iam nisi uerúm scio.
[PA.] Prompsísti tu illi uínum? LV. Non prom⟨p⟩sí.
PA. Negas?
LV. Nego hércle uero: nam ílle me uetuit dícere. 830
Neque équidem heminas ócto exprom⟨p⟩si in úrceum,
Neque ílle hic calidum | éxbibit in prándium.
PA. Neque tú bibisti? LV. Dí me perdant, sí bibi,
Si bíbere potui[sti]. PA. Quíd iam? LV. Quia enim obsórbui:
Nam nímis calebat, ámburebat gútturem. 835
⟨PA.⟩ Alii ébrii sunt, álii poscam pótitant:
Bonó subpromo et prómo cellam créditam.
⟨LV.⟩ Tu hercle ⟨íti⟩dem faceres, sí[t] tibi esset crédita:
Quoniam aémulari nón licet, nunc ínuides.
⟨PA.⟩ Eho, an úmquam prompsit ántehac? respondé, scelus. 840. 841
Atque út tu scire póssis, * dicó tibi:
Si fálsa dicis, Lúrcio, excruciábere[t].
LV. Ita uéro? ut tu ipse mé dixisse délices:
Post ⟨é⟩ sagina ego éicia⟨r⟩ cellária, 845

---

825. *del Ac* | Eho *vel* Eoh | *dist Ri* | suppromus *vel* suppm̄'s: *corr Scu* || 826. *del Beroaldus* || 827. istuc *vel* istic || 828. huc *vel* huic || 830. me uetuit *vel* metuit || 831. feminas || 832. exuiuit: *corr Ca* || 833. bibisti *vel* biuisti || 834. bibere *vel* bere | quid enim absorbui *schol. Luc.* || 835. caleuit *vel* caluit: *corr ex Nonio* | ambureuat: adurebat *Nonius* || 836. *add Pareus* | ebrii *vel* ebri (*sic A*) | alia postcam potaitam (*vel* postquam potatam): *corr Palm et Ac cum Lipsio* || 837. subp̄mo et promo *vel* subpromo || 838. diem: ID—: *corr Bergkius* || 840 sq. anumquam (*sic A*) *vel* numquam | PROMPSIT: promisit || 843. palsa | uotio *vel* uocio: *corr Fl duce Gronovio ex inscr* (LUCRIO) || 844. LV. *add D* | *dist Bo* || 845. e *add Ri* ||

Vt tíbi †si promtis álium subpromúm pares.
PA. Non édepol faciam: age[t] éloquere audactér mihi.
LV. Numquam édepol uidi prómere. uerum hóc erat:
Mihi ímperabat, égo promebam póstea.
PA. Hoc ílli crebro cápite sistebá⟨n⟩t cadi. 850. 851
LV. Non hércle tam istoc uálide cassabá⟨n⟩t cadi.
Sed in célla erat †paulum nimis loculi lúbrici:
Ibi erát bilibris aúla sic proptér cados:
Ea saépe deciens cómplebatur ⟨ín⟩ die: 855[a]
†Ea plenam atque inanem fieri plena maxuma 855[b]
Vbi bácc⟨h⟩abatur aúlla, cassabánt cadi.
PA. Abi, abi íntro iam. uos ín cella uinária
Bacchánal facitis: iam hércle ego erum adducam á foro.
LV. Perii: éxcruciabit mé erus, domum si uénerit,
Quom haec fácta scibit, quía sibi non díxerim. 860
Fugiam hércle aliquo atque hoc ín die⟨m⟩ extollám malum.
Ne díxeritis óbsecro huic uostrá⟨m⟩ fidem.
PA. Quo[t] té agis? LV. Missus sum álio: iam huc reuénero.
PA. Quis mísit? LV. Philocomásium. PA. Abi: actutúm redi.
LV. Quaesó tamen, tu meám partem, infortún⟨i⟩um 865

---

846. promtis *vel* proptis | (su)BPROMUMPARES: subpromis paris ‖ 849. imperauat *vel* imperauit | promebam (*sic A*) *vel* prome ‖ 850 sq. Hic: *corr Brixius* | illi *vel* ille | cebro *vel* celebro: *corr Lindemannus* | sistebat *vel* sistebas: *corr Beroaldus* (*cum A?*) ‖ 852. *om A* | cassauat *vel* cessauit: *corr Py* ‖ 853. erit ‖ 854. uilibris | auilis hic: *corr Ri et Bo* ‖ 855. deciens *vel* deiciens | compleuatur *vel* completur | *add Scal* ‖ 855[b]. —NEM-(FI)ER(iope)RAMA(xi)M— ‖ 856. Vbi (*sic A*) *vel* Vidi | AULLA: auia | cassabat: *corr ex A* ‖ 857. ABI(ABIINTROI)AM: Abi ablintro (*vel* Abi intro) iam: *dist Langenus* ‖ 858. erum: ILLUM | ADDUCAMAFORO: adducata (*vel* adducta) fore ‖ 859. excruciauit ‖ 860. Quom *vel* Quomodo: CUM | sciuit: *corr D*[2] | DIXERIM: dixerit ‖ 861. *add Ca* | extollat ‖ 863. Quot *vel* Quod | tu: *corr Pius* | iam *vel* ian ‖ 865. infortinum: *corr Sverdsioeus* ‖

Si díuidetur, me ábsente accipitó tamen.
PA. Modo íntellexi quám rem mulier gésserit:
Quia Scéledrus dormit, hú⟨n⟩c subcustodém suom
Foras áblegauit, dum áb se huc transiré⟨t⟩. placet.
Sed Périplec[t]omenus quam eí mandaui múlierem 870
Nimis lépida forma dúcit. di hercle hanc rem ádiuua⟨n⟩t.
Quam dígne ornata incédit, ⟨h⟩aud meretrície.
Lepide hóc succedit súb manus negótium.

PERIPLEC[T]OMENVS. SENEX — **ACROTELEVTIVM.** MERETRIX
MILPHIDIPPA. ANCILLA — **PALAESTRIO** SERVOS

PE. Rem omném tibi, Acroteleútium, tibique úna, Milphidíppa,
Domí demonstraui [in] órdine. hanc fabricám fallaciásque 875
Minus sí tenetis, dénuo uolo pércipiatis pláne.
Satis si íntellegitis, áliud est quod pótius fabulémur.
AC. Stultítia ⟨at⟩que insipiéntia †mfalsta haé⟨c⟩ sit,
Me ire ín opus alienum aút tibi mea⟨m⟩ óperam pollicitári,
Si ea in ópificina[m] nésciam aut mala ésse aut fraudulénta. 880

---

866. diuidetur *vel* id uidetur ‖ 867. quam *vel* qua ‖ 869. Foris: *corr Lamb* | dum *vel* a dum ‖ 870. *del Ri* ‖ 871. adiuuat *vel* at uiuat ‖ 872. aut ‖ 874. omnem acretele tibi ut ium (*vel* ut unum): *corr Stu duce Ca* ‖ 875. *del Py* ‖ 876. tenetis *vel* netetis | plane *vel* uplane ‖ 877. quod *vel* quid ‖ 878. mfalsta *vel* mfalsa ‖ 879. Me ire *vel* Mei rei | operam *vel* opera ‖ 880. eam: *corr Ca* | nesciat ‖

PE. At méliust * monérier. AC. Meretrícem commonéri
Quam sáne magni réferat, nil clámst. quin egom⟨et⟩ últro,
Postquam ádbibere aurís meae tuae [m]óram oratiónis,
Tibi díxi, miles quem ád modum potísset deasciárei.
PE. At némo solus sátis sapit: nam ego múltos saepe uídi 885
Regiónem fugere cónsili prius quám reperta⟨m⟩ habére⟨nt⟩.
AC. Siquíd faciendumst múlieri male átque malitióse,
Ea síbi inmortalis mémoriast meminísse[t] et sempitérna.
Sin béne [aut] quid aut fidéliter faciúndumst, eadem ⟨e⟩uénie[n]t
Oblíuiosa[e] extémp⟨u⟩lo ut fiá[n]t, meminisse néquea[n]t. 890
PE. Ergo ístuc metuo quó⟨m⟩ uenit uobís faciundum utrúmque:
Nam id próderit mihi, míliti[a] male quód facietis ámbae.
AC. Dum né scientis quíd bonum faciámus, ne formída.
PE. Mala †milla mer est * * * * * * * * * *
AC. * * * * * né paue[t], peióribus conuéniunt. 895

---

881. PE. *vel* PA. | meliust *vel* melius | commoneri *vel* commoueri ‖ 882. egom *vel* ego in: *corr Ac* | sustro *vel* fustro: *corr Gul* ‖ 883. adbibere *vel* adhibere | meae *vel* mea (*vel* meae) et | tuam moram: *corr Gul* ‖ 884. deasdarei *vel* asseclarei: *corr Palm* ‖ 886. *add Py et Lamb* ‖ 889. *del Ca* | faciundum si: *corr Ca* | ueniunt: *corr Ri* ‖ 890. Obliuiose *vel* Obliulose | *del Ri* (*ter*) | *add Bo* | nequeunt *vel* neque eunt ‖ 891. metuo *vel* metu | *add Mue* ‖ 892. *del Ac* ‖ 893. nescientis: *corr Beroaldus* | quod *vel* quid | faciamus *vel* faciemus ‖ 894 sq. milla mer *vel* mulier | *lac sign Ri* ‖

PE. Ita uós decet. conséquimini. PA. Cesso égo illis obuiam íre?
Venire saluom gaúdeo. lepide hércle ornatus [in]cédit.
⟨PE.⟩ Bene ópportuneque óbuiam es, Palaéstrio. em tibi ádsunt
Quas mé iussisti addúcere[t] et [e]quo ornátu. PA. Eu, noster ésto.
Palaéstrio Acroteleúti[c]um salútat. AC. Quis ⟨h⟩ic am⟨á⟩bost,
Qui tám pro nota nóminat me? PE. Hic nóster architéctust.
AC. Salue, árchitecte. PA. Sálua sis. s[i]ed díc mihi. [ha]ecquid híc te
Oneráuit praeceptís? PE. Probe meditátam utramque dúco.
PA. Audíre cupio quem ád modum: nequíd peccetis páue[u]o.
PE. Ad túa praecepta dé meo nil hís nouom adpos⟨í⟩ui.
AC. Nempe lúdificari mílitem tuom erúm uis? PA. Exlocúta's[t].
⟨AC.⟩ Lepide ét sapienter, cómmode et facéte res paráta⟨st⟩.
PA. Atque huíus uxorem †tu uolo adsimulari. ⟨AC.⟩ Fíet.
PA. Quasi míliti animum adiéceris simuláre. ⟨AC.⟩ Sic futúrumst.
⟨PA.⟩ Quasique éa res [est] per me intérpretem et tuam áncillam †eieceretur.

---

896. AC. cesso ‖ 897. Venere | *del Bo* ‖ 898. obuiam *vel* obuia | palestridem (*vel* plestridem) tibi: *corr Ca* ‖ 899. ne iussisti (*vel* iusisti) | AC.: *corr Ac* | esio ‖ 900. qui sic | *add Ca* ‖ 901. Qui *vel* Quid | notam minat (*vel* mittat) notã PE. hic (*vel* ehic): *corr Guy duce Py* ‖ 902. siet *vel* iset ‖ 903. duco *vel* ducam ‖ 904. paueuo *vel* paueno ‖ 905. his nouom *vel* his | atposui *vel* posui: *corr Ca* ‖ 907. facite | parate: *corr Ca* ‖ 908. huius *vel* huis | fiat: *corr Beroaldus* ‖ 909 sq. PA. *om B* | adieceris *vel* adieris | *add Ca* | aeres (*vel* heres) aest *vel* res est: *corr*

AC. Bonus uátes poteras ésse: nam quae súnt futura dícis.
PA. Quasique ánulum hunc ancíllula[m] tua[m] abs té detulerit á⟨d⟩ me,
Quem ego míliti * * darem tuis uérbis. AC. Vera dícis.
PE. Quid istís nunc memoratís opust, quae cómmeminere? AC. Méliust.
Nam, mí patrone, hoc cógitato: ubi próbus est architéctus, 915
Bene líneatam sí semel carínam conlocáuit,
Facile ésse nauem fácere, ubi [fundata constitutast]
Nunc haéc carina sátis pro⟨be⟩ fundáta et bene statútast:
Adsúnt fabri †architectique ateam ⟨h⟩aud inperíti.
Si nón nos mater⟨i⟩árius remorátur quod opus⟨t⟩ quí det, 920
Noui índolem nostri íngeni, cito erít parata náuis.
PA. Nempe tú nouisti mílitem, meum erúm? AC. Rogare mírumst:
Populi ódium quidni nóuerim, magnídicum, cincinnátum,
Moechum únguentatum? PA. Núm ille te nam nóuit? AC. Numquam uídit:
Qui nóuerit me quís ego sim? PA. Nimis lépide fabuláre. 925
Eo †potiuerim lepidius pol fíeri. AC. Potin ut hóminem

Ri | interpretem *vel* interpetem | ancillam eieceretur *vel* ancilla ceretur || 911. uatis | num: *corr Ca* | qui || 913. Quem *vel* Quarem || 914. PE. *vel* PA. | commeminere *vel* comminere || 916. liniatam: *corr Ca* || 917. *del Ri* || 918. hic: *corr Ca* | profundata bene et: *suppl et trai Ac* || 919. eabri *vel* muliebria | aut *vel* ant: *corr Py* || 920. t *add Lamb* || 922. mirumst *vel* mirus || 923. quinni nouerit *vel* qum nouerint | magnidicum *vel* magnidicunt || 924. Moechumun (*vel* Menechmum) guentatum | illaetaenam *vel* illa eam: *corr Bo* || 925. sum *vel* sim || 926. potiuerim *vel* potiueriin *vel* potiuerun ||

Mihi dés, quiescas cétera? ni lúdificata lépide
Ero, cúlpam omnem in me inpónito. PA. Age ígitur intro abíte:
Insístite hoc negótium sapiénter. AC. Alia cúra.
PA. Age, Périplec[t]omene, ⟨h⟩as núnciam duc íntro. ego ad forum íllum 930
Conuéniam atque illi hunc ánulum dabo átque[m] praedicábo
A[t] túa | uxore míhi datum esse[t] eamque[m] íllum deperíre.
Hanc ád nos, quom extemplo á foro ueniémus, mittitó⟨te⟩,
Quasi clánculum ad ⟨eum⟩ míssa sit. PE. Faciémus: alia cúra.
PA. Vos módo curate: ego illúm probe iam onerátum hu[n]c a⟨c⟩ciébo. 935
PE. Bene ámbula, bene rém geras. egone hóc si efficiam pláne,
Vt cóncubina⟨m⟩ mílitis meus hóspes habeat hódie
Atque hínc Athenas áuehat: ⟨si⟩ hodie húnc dolum dolámus,
Quid tíbi ego mittam múneris? AC. * * * * * * * * * * * * * * * dat †ne ab si mulier óperam. 940
PE. Lepidíssume et compsíssume [AC.] confído confutúrum.
⟨AC.⟩ Vbi fácta erit conlátio nostrárum malitiárum,
⟨H⟩aud uéreor ne nos súbdola perfídia peruincámur.

---

928. inponit *Nonius* | age igitur *vel* agite ‖ 929. AC. Alia *vel* alia ‖ 930. *del Ri* | as *vel* ad: *corr Ca* | nuntiam | ego *vel* egom ‖ 931. hunc *vel* hoc ‖ 932. eamquam ‖ 933. Hoc *vel* Hec *vel* Hao | quam: *corr Ca* | *add Bo* ‖ 934. clanculum *vel* danculum | *add Py* ‖ 935. oneratur | aciebo *vel* acibo ‖ 936. gerat: *corr Sey* | egone *vel* ego nec ‖ 937. militis meus *vel* meus | hospis ‖ 938. habeat: *corr Dousa* | *add Gru duce Ca* ‖ 939 sq. mittam *vel* mita | *lac sign Ri* ‖ 941. Lepidi sum et: *corr Gru* | comi sumet *vel* cõmissum: *corr ex gloss. Plaut.* | *del Ri* | cum futurum: *corr Ca* ‖ 942. *add Ribbeckius* | militiarum ‖ 943. Aut ‖

PE. [H]Abe⟨á⟩mus ergo intro, haéc uti meditémur cogitáte,
Vt áccur[r]ate et cómmode hoc quod agéndumst exsequámur: 945
Nequíd, ubi miles uénerit, titubétur. AC. Tu moráre.

ACTVS IV

PYRGOPOLINICES. MILES — **PALAESTRIO** SERVOS

PY. Vólup est, quod agas si íd procedit lépide at⟨que ex⟩ senténtia.
Nam égo hodie ad Seleúcum regem mísi parasitúm meum,
Vt latrones quós conduxi hinc ád Seleucum dúcere⟨t⟩:
Qui éius regnum tútarentur, míhi dum fieret ótium. 950
PA. Quín tu tuam rem cúra potius quám Seleuci, quaé tibi
Cóndicio noua et lúculenta fértur per me intérpretem.
PY. Ímmo omnis res pósteriores póno atque operam dó tibi.
Lóquere: auris meás profecto dédo in dicioném tuam.
PA. Círcumspice[to]dum, néquis nostro hic aúceps sermoní si⟨e⟩t: 955
Nam hóc negoti clándestino ut ágere⟨m⟩ mandatú⟨m⟩s⟨t⟩ mihi.

---

944. Habemus: *corr Ca* ‖ 945 sq. *ordine inv libri: trai Gul* | huc | agendumst *vel* agendum ‖ 947. Volup *vel* Voluptas | si id *vel* siit | *add Ri* ‖ 948. hodie *vel* hodi | seleucum *vel* seleuticum (*item v. 949*) ‖ 950. Que | eius regnum *vel* eius ‖ 951. tutauam *vel* tuam | seleu(ti)cique: *dist Brixius* ‖ 952. offertur *Servius Dan* (*et* mihi — per te) ‖ 954. dido ‖ 955. Circumspicito cum: *corr Guy* ‖ 956.clandestino *vel* dandestino | mandatus: *corr Ca* ‖

PY. Némo adest. ⟨PA.⟩ Hunc árrabonem ⟨a⟩móris primum a me áccipe.
PY. Quíd hic? undest? PA. A lúculenta átque festiua fémina,
Quaé te amat tu⟨a⟩mque éxpetessit púlcram pulcritúdinem.
Eíus hunc mi anulum ád te ancilla pórro ut deferrém dedit. 960
PY. Quíd ea? ingenua⟨n⟩ án festuca fácta ⟨e⟩ serua[re] líberast?
PA. Váh, egone ut ad te ab líbertina esse aúdere⟨m⟩ internúntius, 962. 963
Qui íngenuis satis résponsare[t] néqueas, quae cupi⟨ún⟩t tui?
PY. Núptanest an uídua? PA. Et nupta et uídua. PY. Quo pactó potis 965
Núpta et uidua esse ⟨é⟩adem? PA. Qui⟨a⟩ aduléscens nuptast cúm sene.
PY. Eúge. PA. Lepida et líberali fórmast. PY. Caue mendácium.
PA. Ád tuam formam illa úna dignast. PY. Hércle pulcram praédicas.
Séd quis east? PA. Senis húius uxor Périplec[t]omen[s]i. PY. †Proxumo.
PA. Éa demoritur te átque ab illo cúpit abire: odít senem. 970
Núnc te orare atque óbsecrare iússit, ut eam cópiam

---

957. PY. *vel* PA. | accepi ‖ 958. PY. Quid *vel* Quid | PA. (*s. scr.*) *vel* PY. A ‖ 959. tumque *vel* cumque: *corr Pius* | expetisset: *corr Ri duce Pio* ‖ 960. Eius *vel* Eis | nunc: *corr Ac* | deferret ‖ 961. *dist Sey* | n *add Ac* | ac festuca | e *add Dousa* ‖ 962 sq. Wah *vel* Va | abste ‖ 964. responsaret *vel* responderet: *del Ca* | que cupit uti *vel* capiti uti: *corr Scioppius* ‖ 965. Nuptanistan *vel* Nuptanst: *corr Ri* | uidua PA. (*s. scr.*) *vel* uida PY. | quid ‖ 966. Nupta et uidua *vel* Vidua et nupta | adem *vel* asdem *vel* idem | nupta si *vel* nupta: *corr Ca* ‖ 967. Lepida *vel* Lepide ‖ 968. pulchrum: *corr Pius* ‖ 969. ea est *vel* haec st | *del Ri* ‖ 970. ab illo *vel* abilo | cipit *vel* incipit: *corr Ac* ‖ 971. capiam *vel* cupiam ‖

Síbi potestatémque facias. PY. Cúpio hercle equidem, si ílla uolt.
PA. Quaé cupit? PY. Quid illá faciemus cóncubina[m] quaé domist?
PA. Quín tu illam iube ábs te abire quó[d] lubet: sicút soror
Eíus ⟨h⟩uc gemina[m] uénit[e] Ephesum et máter accersúntque eam. 975
PY. Ého tu, aduenit Éphesum mater éius? PA. Aiunt quí sciunt.
PY. Hércle occasiónem lepidam, ut múlierem excludám foras.
PA. Ímmo uin tu lépide facere? PY. Lóquere et consiliúm cedo.
PA. Vín tu illam actutum ámouere, a te út [h]abeat per grátiam?
PY. Cúpio. ⟨PA.⟩ Tum [PA.] te hoc fácere oportet. tíbi diuitiarum ádfatimst: 980
Iúbe sibi aurum atque órnamenta quae ílli instruxti múlieri
Dóno habere †auferet abs te quo lubeát sibi.
PY. Plácet ut dicis. séd ne | istam amíttam et haec mutét fidem
Víde modo. PA. Vah délicatu's: quaé te tamquam oculós amet.
PY. Vénus me amat. PA. [a]St, táce: aperi[un]tur fóris: concede huc clánculum. 985
Haéc celox illíust quae hi⟨n⟩c egréditur internúntia.

---

973. illa *vel* illā | quando mist (*vel* misit) || 974. iubet || 975. ug: *corr Gru* || 976. Eon tu: *corr Ri* | aeuius || 978. facere PY. loquere *vel* faceret PY. loquerit || 979. habeat *vel* habeant || 981. Iube *vel* Iubi | quae illi *vel* illi | instruxit: *corr Ca* || 982. quo *vel* quod | iubeat: *corr D* || 983. et haec *vel* haec || 984. Vide *vel* Vido | delicatus: *corr Ri* | tę tanquam *vel* etiam | amet *vel* meos || 985. *del Ca* | tace *vel* tacet | *del Bent* | foris *vel* fores | huc danculum *vel* hunc clanculum || 986. illius est *vel* illius | *add Beroaldus* | egreditur *vel* egredietur ||

⟨PY.⟩ Quaé [haec] celox? ⟨PA.⟩ Ancíllula illius ést quae hi⟨n⟩c egreditúr foras:
Quae ánulum istunc áttulit quem tíbi dedi. PY. Edepol haéc quidem
Béllulast. PA. Pithécium haec est praé illa et spinturnícium.
Víden tu illam oculis uénaturam fácere atque aucupium aúribus? 990

MILPHIDIPPA. PYRGOPOLINICES. PALAESTRIO
ANCILLA MILES SERVOS

MI. Iámst ante aedis círcus ubi sunt lúdi faciundí mihi.
Díssimulabo hos quási non uideam néque esse hic etiamdúm sciam.
PY. Táce: subauscultémus, ecquid dé me fiat méntio.
MI. Númquis[nam] hic prope adest quí rem alienam pótius curet quám suam?
Qui aúcupet me quíd agam? qui de[m] uésperi uiuát suo? 995
Eós nunc homines métuo mihi ne obsínt neue op⟨s⟩te⟨n⟩t úspiam: 996[a]
Éra mea, quoius própter amorem cór nunc miser * * * * 996[b]
Dómo s⟨i⟩ ibit †ac dum huc transiuit atque húius cupiens córporist,

---

987. *del Bo* | est quae *vel* est | *add Beroaldus* | foras *vel* foris || 988. dedit: *corr B ras* || 989. Bellulast *vel* Belluas | phitecium: *corr Pius* || 990. oculis uae (*vel* ut) naturam: *corr ex Nonio* || 991. Tam est | ludificandi: *corr Ca* || 993. haec quid *vel* ecqui || 994. *del Reizius* | prope adest *vel* properat est || 995. QUIDAGAM: quid (*vel* quit) aquam | quidem: *corr Ca* | uiuat *vel* iuiat || 996[a]. opte *vel* obtet || 996[b]. *solus A habet in marg sup* [(ẹṛ)A *et* (MISER)CỌ *vel* ẹCO] ||

Quae ámat hunc hominem nímium lepidum et nímia pulcritúdine,
Mílitem Pyrgópolinicem. PY. Sátin haec quoque me déperit?
Meám laudat speciem. ⟨PA.⟩ Édepol huius sérmo[nis] haud cinerem quaéritat. 1000
PY. Quo árgumento? PA. Quía enim loquitur laúte et minume sórdide.
(Quídquid istaec dé te loquitur, níl attrectat sórdidi.)
Tum aútem illa ipsast nímium lepida nímisque nitida fémina.
PY. Hércle uero iam ádlubescit prímulum, Palaéstrio.
PA. Príusne quam illam oculís †tuis? PY. Vídeo id quod credó tibi. 1005
†Cum haec elocutam illam autem absentem subigit me ut [PA.] amem. ⟨PA.⟩ Hercle hánc quidem
Níl tu amassis: míhi haec desponsast. tíbi si illa hodie núpserit,
Égo hanc continuo uxórem ducam. PY. Quíd ergo hanc dubitas cónloqui?
PA. Séquere hac me ergo. PY. Pédisequos tibi sum. MI. Útinam, quoius causa * *
Fóras sum egressa, cónueniundi míhi potestas éuen[i]at. 1010
PA. Erit ét tibi exoptatum óptinget: bonum habe ánimum, ne formída:

---

998. nimia pulchritudine *vel* nimiam pulchritudinem ‖ 999. Militem (*sic A*) *vel* Pilitem | haec *vel* hoc | deperit *vel* deperii ‖ 1000. *add Ri* | *del Gru* | haut cinerem *vel* aut emerem ‖ 1001. PA.: *corr Ri* | #Q(UIA): quia: *corr Ri* | laute (*vel* laudĕ) et minime sordide: (NIHILATTRECT)ATSORD(IDI) ‖ 1002. *secl Ri* | Quid ait (*vel* ad) ista hec: QUIDISTAECQUAE: *corr Bo* | sordide: *corr Ri* ‖ 1003. Tu *vel* Tum (*sic A*) | illa ipsa est (*sic A*) *vel* milia ipsa | lepida *vel* lepidam | nitida *vel* itidẽ ‖ 1005. iliam | uideo *vel* ideo ‖ 1006. elocutam *vel* locuta | me ut *vel* metuit | *del Ac* | amem *vel* amen | *add Ac* ‖ 1007. desponsa est *vel* desponsatast tibi ‖ 1008. ergo hanc *vel* ergo hac ‖ 1009. pedis equis *vel* pedis sequus ‖ 1010. Foras *vel* Fori | *del Ri* ‖ 1011. Erit et *vel* Erit | habe *vel* habet ‖

Homo quídamst qui scit quód quaeris ubi sít. MI. Quem ego hic audíui?
PA. Sociúm tuorum concíliorum et partícipem †consiliarium.
MI. Tum pól ego id quod celo haú celo. PA. Immo et célas et non célas.
⟨MI.⟩ Quo argúmento? ⟨PA.⟩ Infidós celas: ego súm tibi firme fídus. 1015
MI. Cedo sígnum, si harunc Báccharum es. PA. Amat múlier quaedam quéndam.
MI. Pol istúc quidem multae. PA. At nón multae de dígito donum míttunt.
MI. Enim cógnoui nunc: fécisti modo míhi ex procliuo plánum.
Sed hic númquis adest? PA. Vel adést uel non. MI. Cedo té mihi solae sólum [esse].
PA. Breuin án longinquo sérmone? MI. Tribus uérbis. PA. Iam ad te rédeo. 1020
PY. Quid ego? híc astabo tántisper cum hac fórma et factis síc frustra[m]?
PA. Patere átque asta: tibi ego hánc do operam. PY. †Properando excrúcior.
PA. Pedetémptim tu [haec] scis tráctari soli⟨tá⟩s hasce huius modi mércis.
PY. Age age, út tibi maxume cóncinnu⟨m⟩s⟨t⟩. PA. Nullúmst hoc stolidius sáxum.

1014. HAU: haud | *spat om A* | E(TCE)L(A)SET: etiam (*vel* et etiam) sed || 1015. celas (*sic A*) *vel* colas | FIR(ME)FIDUS: firma fides *vel* firme fidelis || 1016. ES (*ut vid*): est || 1017. de digito donum *vel* didigito domum || 1018. procliuo patrem: *corr Gul* || 1019. numquis (*sic A*) *vel* nunc quis | uel adest *vel* uel est | solae solum esse *vel* si soluẽ: *del Pius* || 1020. Breuin: BREUEM | an longinquo *vel* am loginquo || 1021. *dist Sey* | cum hac forma *vel* quom hac formam | sit (*vel* si sic) frustram: *corr Ca* || 1022. atque *vel* aeque | sta tibi *vel* ast abi | excrucior *vel* excruciet || 1023. *del Ri* | tractare: *corr Py* | soles *vel* sole: *corr Ri* | hasce huius *vel* huius || 1024. *add Ca* | nullumst *vel* nullus est ||

Redeo ád te. quid me uóluisti? MI. Quo pácto hoc †cilium accépi, 1025
†Velis ut fero ad te cónsilium. PA. Quasi hu⟨n⟩c dépereat — MI. Teneo ístuc.
PA. Conlaúdato formam ét faciem et uirtútis commoráto.
MI. Ad eám rem habeo omnem aciém, tibi ut⟨i⟩ dudúm iam demonstráui.
PA. Tu cétera cura et cóntempla et de meís uenator uérbis.
PY. Aliquám mihi partem hodie óperae des deníque: iam tandem ades †ilico. 1030
PA. Adsum: ímpera, siquid uís. PY. Quid illaec narrát tibi? ⟨PA.⟩ Lamentári
[PA.] Ait íllam miseram, crúciari et lacrimántem se adflictáre,
Quia tís egeat, quia té careat: ob eám rem huc ad te míssast.
PY. Iube adíre. PA. At scin quid tú facias? face té fastidi plénum,
Quasi nón lubeat: me inclámato, quia síc te uolgo uólgem. 1035
PY. Memini ét praeceptis párebo. PA. Voco | érgo hanc quae te quaérit?
PY. Adeát, siquid uolt. PA. Síquid uis, adi, múlier. MI. Pulcer, sálue.
PY. Meum cógnomentum cónmemora[ui]t. di tíbi dent quaequomque óptes.

1025. accepi *vel* apeli ‖ 1026. UELIS**A— | ut *vel* it | depereat *vel* depereant ‖ 1027. commemorato (*sic A*) *vel* commemorate ‖ 1028. matiem *vel* faciem: *corr Ca* | *add Herm* | iam *vel* clam ‖ 1030. iam tandem: TANDEM | ades *vel* adest ‖ 1031. illa haec *vel* haec: *corr Gru* | *add Py* | lamentari *vel* te lamentari ‖ 1033. tis *vel* scis | ad te *vel* ate ate | missa est (*sic A*) *vel* missat ‖ 1034. scin *vel* sin | facite *vel* facito: *corr Ca* | fastidi (*sic A*) *vel* fastili ‖ 1035. sic tam: *corr Py* ‖ 1036. quae te (*sic A*) *vel* ut ‖ 1037. uis adi *vel* uis ‖ 1038. commemorauit *vel* quis commerauit: *del Herm* | quaecumque (*sic A*) *vel* ut ‖

MI. Tecum aétatem exigere út liceat — PY. Nimium óptas. MI. Non me díco,
Sed erám meam quae te démoritur. PY. Multae áliae | idem istuc cúpiunt, 1040
Quibus cópia non est. MI. Écastor haud mírum, si te habes cárum,
Hominém tam pulcrum et praéclarum uirtúte et fórma ⟨et⟩ fáctis.
Deus dígnior fuit quisquam hómo qui esset? PA. Non hércle humanu[m]st érg[e]o:
Nam uólturio plus húmani credóst. PY. Magnum me fáciam,
Nunc quóm ill⟨a⟩ec me [il]sic cónlaudat. PA. Viden tu ígnauom, ut sese ínfer[a]t? 1045
[PY.] Quin tu huíc responde: [PA.] haec íllaec est ab illá quam dudum ⟨díxi⟩.
PY. Qua ab íllarum? nam ita me óccursant multaé: meminisse haud póssum.
MI. Ab illá quae digitos déspoliat suos ét tuos digitos décorat:
Nam hunc ánulum ab tui cupiénti[s] huic detuli, h[u]ic * * * * pórro.
PY. Quid núnc tibi uis, muliér, memora. MI. Vt quae té cupit eam ne spérnas: 1050
Quae pér tuam nunc uitám u⟨i⟩uit: sit nécne sit spes in te únost.

1039. exigere *vel* exire ‖ 1040. de te moritur *vel* te demeritur: *corr Pius* ‖ 1041. haud *vel* ut | carum (*sic A*) *vel* earum ‖ 1042. praeclaram *vel* praeclara: *corr Ri* | uirtute *vel* uirtutem | forma *vel* formã | *add Ca* ‖ 1043. Heus *vel* Heuis: *corr Brixius* | quisquam *vel* quam | m *del Ri* | e *del Hauptius* ‖ 1044. me faciam *vel* faciam ‖ 1045. quo *vel* quoniam: *corr Ri* | illic | me illic: *corr Ri* | uiden tu *vel* uident | inferat *vel* inferant: *del Ac* ‖ 1046. responde *vel* p̃sipondi | illic est: *corr Py* | illa *vel* illã | *add Reizius* ‖ 1047. Qua *vel* Quam | occursant *vel* occursat | haut *vel* aut ‖ 1048. tuos *vel* uos ‖ 1049. hunc *vel* huc | anulum ab tui *vel* anulum | huic *vel* huc | detuli huic *vel* detuli: *corr Ri* ‖ 1050. memora *vel* memorat | qui te ‖ 1051. per tuam *vel* perpetuam | uult: *corr Pius* | sit *vel* si | nec ne *vel* nec ‖

PY. Quid núnc uolt? MI. Te conpéllare et conplécti et contrectáre.
Nam nísi tu illi fers súppetias, iam illa ánimum despondébit.
Age, mi Áchilles, fiat quód te oro: serua íllam pulcram púlcer,
[PA.] Expróme benignum ex te íngenium, urbícape, occisor régum. 1055
PY. Heu hercle ódiosas res: quótiens hoc tibi, uérbero, ego interdíxi, 1056. 1057
Meam né sic uolgo póllicitere operám. PA. Audin tu, múlier?
Dixi hóc tibi dudum et núnc dico: nisi huic uérri adfertur mérces,
Non híc suo seminió quemquam porcéllam inpertitúrust. 1060
MI. Dabitúr quantum ipsus pretí poscet. PA. Talentúm Philippi[um] huic opus aúrist.
Minus áb nemine accipiét. MI. Eu ecastór, nimis uilest tándem.
PY. Non míhi auaritia umquam ínnatast: satis hábeo diuitiárum.
Plus mi aúri millest módiorum Philippí. PA. Praeter thensaúros.
Tum argénti montis, nón massas, habet †ethna mons non aeque áltos. 1065

1052. compellare *vel* conpellaret | contractare *vel* contrectare || 1053. despondebit (*sic A*) *vel* despondit || 1054. achilles *vel* achillis | pulchram pulchre || 1055. ubi cape *vel* iniuirbicape: *corr Ca* || 1056 sq. Heu (*sic A?*) *vel* Eu || 1058. ne sic *vel* sic | pollicitare *vel* polliciteres: *corr Bent* || 1059. uerriant fertur *vel* uerreant uel tu: *corr ex Prisciano* | merces *vel* mercis || 1060. proculem (porculaenam *Priscianus*): *corr Reizius* | impertiturust (*sic Priscianus*) *vel* inpertitust || 1061. ipsus *vel* ipsius | preti *vel* pretiist | *del Sey* || 1062. nemine *vel* nemini | eu *vel* neu || 1063. innatast *vel* nata est || 1064. mille est *vel* est | modiorum *vel* mosidium | praeter thesaurus *vel* praecertens aurus: *corr Ri* || 1065. *distinximus* | ethna mons non *vel* non ||

MI. Eu ecástor hominem périurum. PA. Vt ludó? MI. Quid ego? ut sublécto[s]? †PA. Scite.
MI. Sed amábo mitte me áctutum. PA. Quin tu huíc respondes áliquid,
Aut fácturum aut non fácturum? ⟨MI.⟩ Quid illám miseram animi excrúcias,
Quae númquam male de té meritast? ⟨PY.⟩ Iub⟨e⟩ eám[i]pse exire huc ád nos:
Dic me[hi] ómnia quae uolt fácturum. ⟨MI.⟩ Facis núnc ut facere⟨st⟩ aéquom, 1070
Quom quaé te uolt eandém tu uis — PA. Non [hoc] ínsulsum huic ingénium⟨st⟩.
MI. Quomque me óratricem hau spréuisti sistíque exorare éx te.
Quid est, út ludo? PA. Nequeo hércle ⟨e⟩quidem risu[m] ádmoderarier ⏑ ⏑
MI. Ob eám causam huc abs te áuorti. PY. Non édepol tu scis, múlier,
Quantum égo honorem nunc ílli habeo. MI. Scio et ístuc illi dícam. 1075
PA. Contra aúro alii hanc uendére potuit operám. MI. Pol istuc tibi crédo.
PA. Meri béllatores gígnuntur, quas híc praegnatis fécit,
Et púeri annos octíngentos uiuónt. MI. Vae tibi, nugátor.

1066. ecastor *vel* castor | ego ui: *corr Ca* | *del Ac* ‖ 1067. mitte *vel* mittite | respondes *vel* respondis ‖ 1068. *add Buggius* | animi excrucias *vel* et amicam crucias ‖ 1069. de te meritast *vel* dixerit # at | *del Rittershusius* ‖ 1070. mihi | ut facere aequum *vel* facere aequom: *addidimus duce Ri* ‖ 1071. Quod: *corr Lamb* | que *vel* ipte *vel* te: *corr Gru* | eandem *vel* eadem | PY. | hinc ingenium: *corr Ri* ‖ 1072. Cumque *vel* Qm̄ | hii *vel* hic: *corr Ca* | ixste ‖ 1073. nequeo *vel* neque | *add Bo* | risum ac (*vel* risu meo) moderarier: *corr Ri et Ca* ‖ 1077. gignuntur *vel* cinguntur | praegnatis *vel* praegnantis ‖ 1078. PY. *vel* PA. ‖

⟨PY.⟩ Qui⟨n⟩ mílle annorum pérpetuo uiuónt ab sa⟨e⟩-
clo ad saéclum.
PA. Eo mínus dixi, ne haec cénseret me aduórsum se
mentíri. 1080
MI. Perií, quot hic ipse annós uiuet, quoius fílii tam
diu uíuont?
PY. Postríduo natus sum égo, mulier, quam Iúppiter
ex Ope nátust.
PA. Si hic prídie natus forét quam illest, hic habéret
regnum in caélo.
MI. Iam iám sat amabost: sínite abeam, si póssum,
uiua a uóbis.
PA. Quin érgo abeis, quando résponsumst? MI. Ibo
átque illam huc addúcam, 1085
Proptér ⟨quam⟩ operast mihi. númquid uis? PY. Ne
mágis sim pulcer quám sum:
Ita mé mea forma habe[n]t sóllicitum. PA. Quid hic
núnc stas? quin abis? MI. Ábeo.
PA. Atque ádeo, audin [tu]? dicíto docte et cordáte.
⟨MI.⟩ Vt cor ei sáliat.
⟨PA.⟩ Philocómasio dic, síst ⟨ist⟩ic, domum ut tránseat:
hunc hic ésse.
MI. Hic cúm erast: †clam nostrum hunc sermonem
sublegerunt. 1090
⟨PA.⟩ Lepidé factumst: iam ex sérmone hoc guber-
nábunt doctius pórro.

1079. ab sacio *vel* ab satio ‖ 1080. censeret *vel* censerit ‖ 1081. cuius *vel* cui | uiuunt *vel* sunt ‖ 1082. natus *vel* natos | ope natus est *vel* optuma est ‖ 1083. natus foret *vel* foret ‖ 1084. abeam si *vel* abea nisi | uiua a *vel* adiuua ‖ 1085. atque *vel* at ‖ 1086. *add Bent* | PY. ne *vel* ne | pulcher *vel* pulchra | sum *vel* suam ‖ 1087. hic nunc *vel* nunc hic ‖ 1088. *del Reizius* | docte *et* ut cor ei saliat *vel* ut docte *et* curas aluit | *add Ca* ‖ 1089. *add Ca* | si est hic *vel* est hic: *corr Brixius* | hunc *vel* huc ‖ 1090. era (*vel* fera) est | sermonem sublegerunt *vel* sublegerunt sermonem (sermonem sublegerat [*et* quae etiam *pro* clam] *Pseudoservius*) ‖ 1091. *add Py* | factumst iam *vel* factum sciam ‖

MI. Re[me]moráre: abeo. PA. Neque té remoro⟨r⟩
neque té tago neque te — táceo.
PY. Iube máturare illam éxire huc: iam istíc rei praeuortémur.

PYRGOPOLINICES. MILES — **PALAESTRIO** SERVOS

PY. Quid núnc mihi's[t] auctor út faciam, Palaéstrio,
De cóncubina? nám nullo pactó potest 1095
Prius haéc in aedis récipi quam illam amíserim.
PA. Quid mé consultas quíd agas? dixi equidém tibi,
Quo pácto id fieri póssit clementíssume.
Aurum átque uestem múliebrem omnem habeát sibi,
Quae illi ínstruxisti: súmat, habeat, aúferat: 1100
Dicásque tempus máxume[m] esse ut eát domum:
Sorórem geminam adésse et matrem dícito,
Quibus cóncomita⟨ta⟩ récte deueniát domum.
PY. Qui[d] tú scis eas adésse? PA. Quia oculís meis
Vidi híc sororem esse éius. PY. Conuenítne eam? 1105
PA. Conuénit. PY. Ecquid fórtis uisast? PA. Ómnia

1092. PA.: *corr Gru* | MI. abeo: *corr Gru, trai Bo* | remoro *vel* moro | et ago *vel* te tango: *corr Bo* | te *vel* et ‖ 1094. Quid *vel* Quis | mihi nunc: *trai Ri* ‖ 1096. haec in *vel* in | obmiserit: *corr Scal* ‖ 1098. pacto id *vel* id pacto ‖ 1099. muliebrem omnem *vel* omnem muliebrem | sibi *vel* tibi | *sequitur in B v. 1097 iteratus* ‖ 1101. maxumum: *corr Scal* | eat *vel* sedeat ‖ 1102. geminat esse *vel* geminam esse: *corr Ca* ‖ 1103. Quibus cum comita (*vel* commita): *corr Ac* ‖ 1104. *del Ca* | adesse *vel* atissẽ ‖ 1106. ecquid *vel* et quid (*sic Nonius*) | fortius: *corr ex Nonio* ‖

Vis óptinere. PY. Vbi mátrem esse aiebát soror?
PA. Cubáre in naui líppam atque oculis túrgidis
Nauclérus dixit, quí illas aduexít, mihi.
Is ad hós nauclerus hóspitio deuórtitur. 1110
⟨PY.⟩ Quid is? écqui fortis? ⟨PA.⟩ Ábi sis hi⟨n⟩c: nam tú quidem
Ad equás fuisti scítus admissárius,
Qui cónsectare quá maris qua féminas.
Hoc áge nunc. ⟨PY.⟩ Istuc quód das consiliúm mihi,
[PA.] Te cúm illa uerba fácere de ista ré uolo: 1115
Nam cúm illa sane cóngruit sermó tibi.
⟨PA.⟩ Qui pótius quam tute áde⟨a⟩s, tuam rem túte agas?
Dicás uxorem tíbi necessus [esse] dúcere:
Cognátos persuadére, amicos cógere.
PY. Itán[e] tu censes? PA. Quíd ego ni ita cénseam? 1120
PY. Ibo ígitur intro. tu híc ante aedis ínterim
Speculáre, ut ubi illaec pródeat me próuoces.
PA. Tu módo istuc cura quód agis. PY. Curatum íd quidemst.
Quin sí uoluntate nólet, ui extrudám foras.
PA. Istúc caue faxis. quín potius per grátiam 1125
Bonam ábeat abs te: atque íllaec quae dixí dato.

1107. optinare *vel* opinare: *corr Ca* | aiebat *vel* aleuat || 1108. naue *vel* nabel | oculis turgidis *vel* oculi turgredis || 1109. Nauclerus *vel* Namclerus | qui *vel* quia || 1110. Is *vel* His | uos: *corr Py* | diuortitur *vel* deuortetur || 1111. *add Ac* | is *vel* his | abi sis *vel* ab his || 1112. equos esses doctus *gloss. Verg.* | at missarius *vel* emissarius: *corr ex gloss.* || 1113. marisque: *corr Lipsius* || 1114. Hoc *vel* PY. Hoc | *add Ri* || 1116. illa *vel* alio | congruis (*vel* congruus) sermo *vel* conseruo || 1117. quam *vel* cum | tute ades *vel* tu sed est: *corr Bo* || 1118. necessus *vel* necessum | *del Scal* || 1120. *del Fl* || 1122. illaec (*sic A*) *vel* illa haec || 1123. quod *vel* quot || 1124. Quin: QUI | foris: *corr Reizius* || 1125. Istuc (*sic A*) *vel* Istud || 1126. abeat (*sic A*) *vel* habeatis | ATQ·ILLA—: atque illa haec *vel* adque illa hae ||

(Aurum órnamenta quae ílli instruxistí ferat.)
⟨PY.⟩ Cupio hércle. PA. Credo té facile impetrássere.
Sed abi íntro: noli stáre. PY. Tibi sum oboédiens.
⟨PA.⟩ Numquíd uidetur démutare †aut utique
Dixi ésse uobis dúdum hunc moechum mílitem? 1131
Nunc ád me ut ueniat úsust Acroteleútium,
Ancíllula eius a[u]c Pleúsicles. pro Iúppiter,
Satine út Commoditas úsquequaque me ádiuuat?
Nam quós uidere exóptabam me máxume, 1135
Vna éxeuntis uídeo | hinc e próxumo.

ACROTELEVTIVM. MILPHIDIPPA. PLEVSICLES.
MERETRIX ANCILLA ADVLESCENS
PALAESTRIO
SERVOS

AC. Séquimini: simul círcumspicite néquis adsit árbiter.
MI. Néminem pol uídeo nisi hunc quem uólumus conuentum. PA. Ét ego uos.
⟨MI.⟩ Quíd agis, noster árchitecte? PA. Egone árchitectus? uáh. MI. Quid est?
⟨PA.⟩ Quí⟨a⟩ enim non sum dígnus prae te, ut fígam palum in párietem. 1140

1127. *secl Osannus* | ornamentaque *vel* ornamentaque quae: *corr Reizius* ‖ 1128. HERCLE#: PY. (*s. scr. B*) hercle: *corr Ca* ‖ 1129. (#TI)BI: tibi | oboediens *vel* obedies ‖ 1130. UIDETUR: qui detur ‖ 1131. DIXISSE | HUNCMOECHUM: huc mecum ‖ 1132. acroteleutium (*vel* acероteleutium): ACROTELEUTIUMAUT ‖ 1133. aut (*etiam A*): *corr Ri* ‖ 1134. usquequaque me (*sic A*) *vel* me usque quaque ‖ 1135. me maxume: MAXIM(E) ‖ 1136. HINCE: hinc ‖ 1137. arbiter (*sic A*) *vel* arbier ‖ 1138. MI. Neminem *vel* Neminem | pol uideo: UIDEO | CONUENTUM#: conuentum est ‖ 1139. (#E)GO(NE): egone | quid (*vel* quit) est: #QUIDST ‖ 1140. a *add Dousa* | palhum: *corr B ras cum A, ut vid* (*ubi tamen praecedit fort.* praete, *certe non* ut figam) ‖

⟨AC.⟩ Héia uero. ⟨PA.⟩ Nímis facete nímisque facundé malast:
Vt lepide derúncinauit mílitem. MI. At etiám parum.
⟨PA.⟩ Bóno animo's[t]: negótium omne iám succedit súb manus.
Vós modo porro, ut óccepistis, dáte operam adiutábilem.
Nám ipse miles cóncubinam intro ábiit oratúm suam, 1145
Áb se ut [h]abeat cúm sorore et mátre Athenas. PL. Eú, probe.
⟨PA.⟩ Quín etiam aurum atque órnamenta quae ípse instruxit múlieri
Ómnia dat dono, á se ut abeat: íta ego consiliúm dedi.
⟨PL.⟩ Fácile istuc quidémst, si et illa uólt et ille autém cupit.
⟨PA.⟩ Nón tu scis, quom ex álto puteo súrsum ad summum escénderis, 1150
Máxumum perículum inde esse ab súmmo ne rusúm cadas?
Núnc haec res apud súmmum puteum géritur: si prosénserit
Míles, nil ecférri poterit húius. nunc quom máxume
Ópust dolis. PL. Domi ésse ad eam rem uídeo siluaí satis:

1141. *add Ca* | (FA)CETE: facite *vel* fatite | FECUN(DEM)-ALAES: fecunden (*vel* faciunda) malast ‖ 1142. deruncinauit *vel* denunciauit | (MILITE)M#ATETIAMROGAS: milite matet iam parum ‖ 1144. porro ue: UTPORRO | ADIUTABILEM: atiuitabilem *vel* uitabilem ‖ 1145. abiit *vel* habiit: ABIT ‖ 1146. habeas | #EU: eu ‖ 1147. ornamenta (*sic A*) *vel* ornamentam | INSTRUXIMULIERI: instruxit mulier ‖ 1148. DONASEUTABEAT: dono se ut habeat | DEDI: tum dedi ‖ 1150. tu scis (*sic A*) *vel* tus sis | ESCENDERIS: descenderis ‖ 1151. PERICLUM: periculum | INDEESSE: in die (*vel* in dono) esset | ab: A | R(USU)MCADAS: rursum cadhas *vel* sursum cadas ‖ 1152. HAECRESAPUD: hanc res apud (*vel* hanc rem sapit) ‖ 1153. NIHILECFERRIPOTERIT: nihil hac (*vel* hac nihil) ferre potuit | MAXUME: maximi *vel* maximo ‖ 1154. Opust *vel* Opus:

Múlieres tres: quártus tute's, quíntus ego, sextús senex. 1155
Quód apud nos falláciarum séx ⟨s⟩itumst, certó scio,
Óppidum quoduís uidetur pósse expugnarí dolis.
⟨PA.⟩ Dáte modo operam. AC. Íd nos ad te, síquid uelles, uénimus.
⟨PA.⟩ Lépide facitis. núnc hanc tibi ego ímpero prouínciam.
⟨AC.⟩ Ímpetrabis, ímperator, quód ego potero, quód uoles. 1160
⟨PA.⟩ Mílitem lepide ét facete ⟨et⟩ laúte ludificárier
Vólo. AC. Voluptatém mecastor míhi imperas. PA. [et] Scin [tu] quem ád modum?
AC. Némpe ut adsimulém me amore[m] istíus differrí. ⟨PA.⟩ Tenes.
⟨AC.⟩ Quásique istius caúsa amoris éx hoc matrimónio
Ábierim cupiéns istius núptiarum. PA. Omne órdine. 1165
Nísi modo unum hoc: hásce esse aedis dícas dotalís tuas:
Hínc senem aps te abísse, postquam féceris diuórtium:
Né ille mox uereátur intro íre in alienám domum.

OPUSEST | #DOMI: domi | ESSE: esset | SILUAE: silue *vel* salue: *corr Bo* || 1155. (TRE)S: stres *vel* est res | EGO: sego || 1156. falatiarum | sexitum *vel* sextumst: *corr Klotzius* || 1157. (PO)SS(E): poset *vel* poscet | expugnare: *corr Py* || 1158. *add Bergkius* | (#)ID: id *vel* it | ad te (*sic A*) *vel* attet (*vel* ate et) | quid *vel* quit || 1159. LEPIDEFACITIS: lapide (*vel* lepidis) tacitis | TIBI-EGOHA(NC): hoc tibi ego: *corr Gru* || 1160. *add Ca* | quot *vel* quod || 1161. facite | *add Ca* || 1162. #UOLUP(TATEM): AC. uoluntatem *vel* #uolutatem | PA. *vel* # | *del Bo* | scin tu *vel* scintur || 1163. AC. Nempe *vel* Nempe | differret(t)itenis: *corr Ca* || 1164. CAUSA: causam *vel* cauam || 1165. NUPTIARUM(#OMNE)M(ORDIN)EM: omne ordinis nuptiarum: *corr Bent* || 1166. HASCEESSE: asce esset | D(ICA)S: dicat || 1167. ABISSE: abisset || 1168. IREINALIENAMDOMUM: ire (*vel* irẽ) in alienam (*vel* alienum) damnum ||

⟨AC.⟩ Béne mones. PA. Sed úbi ille exierit íntus, istinc té procul
Íta uolo adsimuláre, prae illius fórma quasi spernás tuam 1170
Quásique eius opuléntitatem réuerearis: ét simul
Fórmam, amoenitátem illius, fáciem, pulcritúdinem
Cónlaudato. sátin praeceptu⟨m⟩st? AC. Téneo. satinest, sí tibi
Méum opus ita dabo éxpolitum, ut ínprobare nón queas?
⟨PA.⟩ Sát habeo. nunc tíbi uicissim quae ímperabo ea díscito. 1175
Quom éxtemplo hoc erit fáctum, ubi intro haec ábierit, ibi tu ílico
Fácito ut⟨i⟩ ueniás ornatu[s] húc ad nos nauclérico.
Caúsiam habeas férrugineam et scútulam ob oculos láneam:
Pálliolum habeas férrugineum, nám is colos thalássicust:
Íd conexum in úmero laeuo, exfáfillato brácchio 1180
* * * * * * * * * * * * * * *
Praécinctus aliqui: ádsimulato quási gubernatór sies.
Átque apud hunc senem ómnia haec sunt: nám is piscatorés habet.

1169. PA. *vel* # | ISTINC: istic ‖ 1170. TUAM: tuas ‖ 1171. REUEREARISET: reuearis ret *vel* reueris ‖ 1172. AMOENITATEM: oenitatis *vel* bonitatis ‖ 1173. satin *vel* sain | AC. *vel* # ‖ 1174. Meum *vel* Meus ‖ 1175. uisscisim *vel* uis | EADISCITO: non discitos ‖ 1176. Quam: *corr Lindemannus* | (IBIT)UILICO: tibi uilico (*vel* tuilico) ‖ 1177. *add Bo* | ueniat | ornatus *vel* ornatos | ADNOS(NA)UCLERICO: nauclerioco ‖ 1178. Cause hanc habeas ferrugenas (*vel* ferrugenes): *corr Scu* | ETSCUTULAMOB: cultura ab | LANEAM: lanea ‖ 1179. ferrugeneum: *corr ex Nonio* | isis (*vel* sic) colost alassicus: ISCOLO——AL(ASS)ICUS: *corr ex Nonio* ‖ 1180 sq. Id (*sic A et Nonius*) *vel* It | conixum *vel* comixum: *corr ex Nonio* | in numero *Nonius* | exfafillat obracchio (*vel* obbracchio): *ubi* expapillato *Festus et Nonius* (effafilato *Festus alias et Placidus: neque hoc neque illud A, ut vid*) | *lac sign Ri* ‖ 1182. Precinctus *vel* Precintus | SIES: sis ‖ 1183. hunc senem: SENEM ‖

⟨PL.⟩ Quíd? ubi ero exornátus, quin tu dícis quid factúrus sim?
PA. Húc uenito et mátris uerbis Phílocomasium arcéssito,
Vt, si itura sít Athenas, eát tecum ad portúm cito
Átque ut iubeat férri in nauim, síquid inponí uelit:
Nísi eat, te solúturum esse náuim: uentum operám dare.
PL. Sátis placet pictúra: perge. PA. Ille éxtemplo illam hortábitur,
Vt eat, ut properét, ne s[c]it mora mátri. PL. Multimodís sapis.
PA. Égo illi dicam, ut me ádiutore⟨m⟩ qui ónus feram ad portúm roget:
Ílle iubebit me íre cum illa ad pórtum: ego adeo, ut tú scias,
Prórsum Athenas prótinus abibo técum. PL. Atque ubi illo uéneris,
Tríduom seruíre numquam té quin liber sís sinam.
PA. Ábi cito atque or⟨n⟩á te. PL. Numquid áliud? PA. Haec ut mémineris.
PL. Ábeo. PA. Et uos abíte hinc intro actútum: nam illum hinc sát scio
Iam éxiturum esse íntus. AC. Celebre apúd nos imperiúm tuomst.

1184. Quit ubi ero *vel* Quid abiero | sim: SUM ‖ 1185. PA. Huc *vel* Huc | UERBIS: ua(*vel* uę)erbis | ARCESSITO: accersito ‖ 1186. SIIT(URA)SIETAT(HENASEAT): si itura est & thena se *vel* si itura esiã (*vel* siit up̃sia) ethena se a: *corr Bo* | (ADP)ORTUM: at portuũ ‖ 1187. (UT)IUBE(AT): adiubeat *vel* adiuuet | nauim *vel* nauem (*item v. 1188*) | IMPONIUELIT: inponunt *vel* impono ‖ 1188. EAT: ea ‖ 1189. PL. Satis *vel* Satis | PA. *vel* # | illam (*sic A*) *vel* nihil iam ‖ 1190. matri more: *corr Brixius* (*traiecimus*) | multimodis *vel* multis modis ‖ 1191. AC. | feram ad portum roget *vel* facerem adphortu rogitet ‖ 1192. iubebit *vel* iussit ‖ 1194. liber sis *vel* liberis ‖ 1195. orare ‖ 1197. Nam *vel* Non | esse *vel* esset | cęledre ẽ *vel* sceledre: *corr Ca* ‖

PA. Ágite abscedite érgo. ecce autem cómmodum ⟨a⟩peritúr foris.
Hílar[i]us exit, ímpetrauit: ínhiat quod nusquámst miser.

PYRGOPOLINICES. PALAESTRIO
MILES SERVOS

PY. Quód uolui, ut uolu⟨i⟩, ímpetraui pér amicitiam et grátiam 1200
Á Philocomasió. PA. †Quidnam tam intus fuisse te[t] dicam diu?
PY. Númquam ego me tam sénsi amari quám nunc ab illa múliere.
PA. Quíd iam? PY. Vt multa uérba feci[t], ut lénta materiés fuit.
Vérum postremo ímpetraui ut uólui: donauí †dere
Quaé uoluit, quae póstulauit. ⟨té⟩ quoque ⟨ei⟩ donó dedi. 1205
PA. Étiam me? quo módo ego uiuam síne te? PY. Age, animó bono ⟨es⟩:
†Et idem ego te[l] líberabo. nám si possem ulló modo
Ímpetrare, ut [h]abíret ne⟨c⟩ te abdúceret, operám dedi:
Vérum obpressit. PA. Deós sperabo téque. postremó tamen
Étsi istuc mihi acérbumst, quia ero té carendumst óptumo, 1210

1199. inhiat quod *vel* mihi atque ‖ 1200. ut uolo: *corr Guy* ‖ 1201. fuisset et *vel* fuisse: *del Lamb* ‖ 1202. ego mittam *vel* ego quid tam: *corr Ca* ‖ 1203. *del Mue* ‖ 1204. impetrauit: *corr B ras* | uolui *vel* uoluit ‖ 1205. quoque *vel* quodque | *add Py* ‖ 1206. sinite | animo bono *vel* bono animo ‖ 1207. ago tel *vel* agotelli il | posset: *corr Ac* ‖ 1208. Inpetraret ut haberet *vel* Impetrare: *corr Ca* | *add Salm* | abduceret *vel* abducere ‖ 1209. sperabo (*sic Servius Dan*) *vel* spero | *dist Ac* ‖ 1210. istuc *vel* istud | optimo *vel* optime ‖

Sáltem id uolup est, quom éx uirtute fórmae | ⟨é⟩uenít tibi
Méa opera super hác uicina, quam égo nunc concilió tibi.
PY. Quíd opus⟨t⟩ uerbis? líbertatem tíbi ego et diuitiás dabo,
Si ímpetras. PA. Reddam ímpe⟨t⟩ratum. PY. At géstio. PA. At modicé decet.
Móderare animo: né sis cupidus. séd eccam ipsam, egreditúr foras. 1215

MILPHIDIPPA. ANCILLA — **ACROTELEVTIVM** MERETRIX
PYRGOPOLINICES. MILES — **PALAESTRIO** SERVOS

MI. Era, éccum praesto mílitem. AC. Vbíst? MI. Ad laeuam. AC. Vídeo.
MI. Aspícito limis [oculis], né ille nos se séntia[n]t uidére.
AC. Video. édepol nunc nos témpus est malás peioris fíeri.
MI. Tuómst principium. ⟨AC.⟩ Óbsecro, tute ípsum conuenísti?
Ne párce uoci, ut aúdiat. ⟨MI.⟩ Cum ipsó pol sum locúta 1220
Placide, íps⟨a⟩e dum lubitúmst mihi, [otiose] meo árbitratu, ut uólui.

1211. Saltem *vel* Saltim | uolup *vel* uoluptas | *add Ca* || 1212. hanc uicinam *et* mihi: *corr ex Festo* || 1213. *add Lamb* || 1214. gestio ac *vel* gestios PA. Ac | modico *vel* modo: *corr Ca* | decet *vel* dice || 1215. foras *vel* foris || 1216. eccum *vel* et cum || 1217. Aspicite: *corr Ca* | *del Guy* | se uidere sentiant (*vel* sententiant): *trai Reizius* || 1218. PY. | *dist Ac* | malas *vel* malos | fieri *vel* fiere || 1219. espa incipium *vel* est initium: *corr Ca* | *add Ac* || 1220. uoci ut *vel* uictu (uocem *Servius Dan*) | *add Ca* | secuta: *corr Sarac* || 1221. ipse: *corr Vss* | *del Bent* | meo arbitratu *vel* me arbitrii ||

PY. Audín quae loquitur? PA. Aúdio. quam laétast, quia te⟨d⟩ ádi⟨i⟩t.
AC. O fórtunata múlier es. ⟨PY.⟩ Vt amári uideor. ⟨PA.⟩ Dígnu's [est].
AC. Permírum ecastor praédicas, te a[u]dísse atque exorásse:
Per epístulam aut per núntium quasi régem adiri eum áiunt. 1225
MI. Namque édepol uix fuit cópia adeúndi atque impetrándi.
PA. Vt tu ínclutu's apud múlieres. ⟨PY.⟩ Patiár, quando ita Venús uolt.
AC. Venerí pol habeo grátiam eandémque et oro et quaéso,
Vt éius mihi sit cópia quem amó quemque expetésso,
Benígnusque erga me ⟨út⟩ siet: quod cúpiam ne grauétur. 1230
MI. Spero íta futurum. quámquam illum multaé sibi expetéssunt,
Ille íllas spernit ségregat [h]a⟨b⟩ s[c]e ómnis extra te únam.
AC. Ergo íste metus me mácerat, quod ílle fastidiósust,
Ne | óculi eius senténtiam muténť, ubi uiderít me,
Atque éius elegántia meam extémplo speciem spérnat.
MI. Non fáciet: habe animúm bonum. ⟨PY.⟩ Vt ípsa se contémnit. 1236

1222. te adit *vel* ad te: *corr Bo* ‖ 1223. MI: *corr Ac* | mulieres *vel* mulieris | *add Py* | *del Ac* ‖ 1224. praedicas te *vel* pdicasset | orasse *vel* exorasse ‖ 1225. adiri *vel* asiria ‖ 1227. inclytus *vel* inditus: *corr Ri* | quando *vel* quanto | uult *vel* uult st | 1228. gratia eandemque *vel* gratiam tandemque | et oro *vel* exoro ‖ 1229. expetesso *vel* expetessunt ‖ 1230. siet *vel* et ‖ 1231. multae *vel* multa et ‖ 1232. hasce *vel* hec ‖ 1233. iste *vel* istus | macerat *vel* maceret | fastidiosust *vel* fastidiosus ‖ 1234. mutent *vel* uident ‖ 1235. elegantia *vel* flagrantia ‖ 1236. bonum animum habe: *trai Bo* ‖

AC. Metuó, ne praedicátio tua núnc meam formam exsúperet.
MI. Istúc curaui, ut opínione illíus pulcriór sis.
AC. Si pól me nolet dúcere uxórem, genua ampléctar
Atque óbsecrabo. alió modo, si nón quibo impetráre, 1240
Conscíscam letum: uíuere sine illó scio me non pósse.
PY. Prohibéndam mortem múlieri uideó | [mulieri]. adibon? PA. Mínume
Nam tú te uilem féceris, si te últro largiére:
Sine últro ueniat, quaéritet, desíderet, exspéctet.
Nisi pérdere istam glóriam uis quám habes, caue sis fáxis. 1245
Nam núlli mortalí scio obtigísse hoc nisi duóbus,
Tibi ét Phaoni Lésbio, tam †uiuere ut amaret.
AC. Eo íntro au⟨t⟩ tu illu⟨n⟩c éuoca[tum] forás, mea Milphidíppa.
MI. Immo óp⟨p⟩eriamur, dum éxeat aliquís. AC. Durare néqueo,
Quin é[ti]am intro. ⟨MI.⟩ Occlusae súnt foris. ⟨AC.⟩ Exfríngam. MI. Sana nón es[t]. 1250
AC. Si amáuit umquam aut sí parem sapiéntiam [hic] habet ac fórmam,
Per amórem siquid fécero, cleménti | animo ignóscet.
PA. Vt quaéso amore pérdita est mísera. PY. Mutuóm fit.
PA. Tace, ne aúdiat. MI. Quid ástitisti obstúpida? cur non púltas?

1239. nolet *vel* ualet ‖ 1240. *dist Ri* | quibo *vel* quibus ‖ 1241. Consciscam *vel* Conciscam | uiuere *vel* uiueret ‖ 1242. mulieri (*vel* mulierem) adibon: *del Taubmannus* ‖ 1243. uelim | largiere *vel* larguere *vel* largiri ‖ 1245. Sinon perdere *vel* Summopere: *corr Ac* ‖ 1247. uiuere *vel* muuete ‖ 1248. an: *corr Ri* | *add Bent* | euocatum *vel* euocat': *del Bent* ‖ 1250. *del Sarac* | *add Py* | *del Py* ‖ 1251. Simulauit: *corr Ca* | hic habet *vel* hinc habent: *del Bent* ‖ 1253. est *vel* site | fit *vel* sit ‖ 1254. quid *vel* qui | obstupida *vel* obstupi ‖

AC. Quia nón est intus quem égo uolo. MI. Qui scís? AC. Scio edepol †facio: 1255
Nam odóre nasum séntiat, si intús sit. PY. Hariolátur.
Quia mé amat, propterea Venus fecít eam ut diuináret.
AC. Nescío ubi hic prope adest quem éxpeto uidére: olet profécto.
PY. Nasó pol iam haecquidem plús uidet quam | óculis. PA. Caeca ⟨am⟩órest.
AC. Tene me, óbsecro. MI. Quor? AC. Né cadam. MI. Quid itá? AC. Quia stare néqueo: 1260
Ita ánimus per oculós meos †defit. MI. Militém pol
Tu aspéxisti. AC. Ita. MI. Non uídeo. ubist? AC. Vidéres pol, si amáres.
MI. Non édepol tu illum mágis amas quam ego, méa, si per te líceat.
PA. Omnés profecto múlieres te amánt, ut quaeque aspéxit.
PY. Nescío tu ex me hoc audíueris an nón: nepos sum Véneris. 1265
AC. Mea Mílphidippa, adi, óbsecro, et congrédere. ⟨PY.⟩ Vt me uerétur.
PA. Illa ád nos pergit. MI. Vós uolo. PY. Et nós te. MI. Vt iussísti,
Erám meam eduxí foras. PY. Videó. MI. Iube ergo adíre.

1255. PA. Qui: *corr Ribbeckius* | facio *vel* scio || 1256. nasum sentiat *vel* sentiat || 1257. amat propterea *vel* tu propter || 1258. prope adest *vel* properat est || 1259. ore (*vel* re) est: *corr Gru* || 1260 sq. ne *vel* nec | qui astare (*vel* adstare) | nequeo ita *vel* Neque ita (*discr Bo*) | defit *vel* fit || 1262. *dist Beckerus* | pol si *vel* poli || 1263. mea si te per *vel* me si aperte: *distinximus* || 1264. queque *vel* quoque || 1265. me ex: *trai Herm* || 1266. uerétur *vel* uer&tur || 1268. eduxi foras *vel* eduxit foris ||

PY. Indúxi in animum ne óderim item ut álias, quando orásti.
MI. Verbum édepol facere nón potis, si accésserit prope ád te: 1270
Dum te óbtuetur, ínterim linguam óculi praecidérunt.
PY. Leuándum morbum múlieri uideo. MI. [Viden] Vt tremit atque extímuit,
Postquám te aspexit. PY. Víri quoque armáti idem istuc fáciunt:
[MI.] Ne tú mirere [melius] múlierem. [PY.] sed quíd uolt me †tacere?
MI. Ad se út eas: tecum uíuere uolt átque aetatem exígere. 1275
PY. Egon ád illam eam quae núpta sit? †uir eius metuere henda[s]t.
MI. Quin tuá causa exegít uirum ab sé[qui]. PY. Qui[d] id facere pótuit?
MI. Quia aedís dotalis húius sunt. PY. Itane? MI. Íta pol. PY. Iube[m] domum íre:
I[t]am ego ílli ero. MI. Vide né si⟨e⟩s in éxspectatióne:
Ne illam ánimi excrucies. PY. Nón ero profécto. abite. MI. Abímus. 1280
PY. Sed quíd ego uideo? PA. Quíd uides? PY. Nescíoquis eccum incédit,

1269. in animum *vel* animum | odorim (*vel* oderim) item ut alias *vel* odorem mutares | orasti *vel* honerasti || 1270. edepol *vel* hercle | potis si *vel* potuistu || 1271. obuietur interim *vel* obtuetur *vel* obtinuetur | praeciderunt *vel* perierunt || 1272. *del Herm* | uiden ut tremit *vel* iubent adirẽ | atque *vel* atque # || 1273. (FA)CIUNT: faciunt iube domum ire (*cf. 1278*) || 1274. *del Gul* | —CERE: tacerit *vel* tagere || 1275. se ut *vel* sed | uiuere *vel* uiuire || 1276. ad illam *vel* illam | uir *vel* uirum | metuere hendast *vel* metuendus e' (— SME***-***DAT) || 1277. Quin *vel* Qui | exigit | assequi *vel* obsequit || 1278. iubam *vel* iuuam: *corr Weisius* || 1279. Itam *vel* Ita: *corr Bo* | ero *vel* mero | *add Bo* | in spectatione *vel* exspectatione || 1280. abite *vel* abire || 1281. ecum *vel* eccum ||

Ornátu quidem thalássico. †iam non uolt te profécto.
PA. Nauclérus hicquidemst. PY. Vídelicet accérsit hanc. †itam hic crédo.

PLEVSICLES. PALAESTRIO. PYRGOPOLINICES
ADVLESCENS SERVOS MILES

PL. Alium ália pacto própter amorem ní sciam
Fecísse multa néquiter, uereár magis 1285
Me amóris causa | hóc ornatu incédere.
(Verúm quom multos múlta admisse accéperim
Inhonésta propter amórem atque aliena á bonis:
* * * * * * * * * * * *
Mittó iam ut occidi Achílles ciuis pássus est.)
Sed eccúm Palaestriónem, stat cum mílite. 1290
Orátio alio míhi demutandást mea.
Muliér profecto nátast ex ipsá Mora:
Nam quaéuis alia quaé morast aequé mora
Minor éa uidetur quám quae propter múlieremst.
Hoc ádeo fieri crédo consuetúdine. 1295
Nam ego hánc accerso Phílocomasium. séd foris
Pultábo. heus, ecquis híc est? PA. Adulescéns, quid est?
Quid [tu] uís? quid pultas? PL. Phílocomasium quaérito:

1282. thalassico *vel* thalasicco ‡ | te *vel* ē ‖ 1283. HANC: hac ‖ 1284. nesciam *vel* nescium: *corr Gru duce Pio* ‖ 1285. multa *vel* multra | uerear *vel* uear ‖ 1287—1289. *om A* ‖ 1287. multos multam *vel* multo multa | acceperim *vel* acceperi ‖ 1288. Inhonesta *vel* Inhonestũ | amorem *vel* amore | alienũ: *corr Gul* | *lac sign Scal* ‖ 1289. achillis ‖ 1290. palestrionem *vel* pelestrionem | milite *vel* militi ‖ 1291. allo *vel* illo: *corr Ca* | demutandast *vel* demutandas ‖ 1293. quem (*vel* quam) orast ‖ 1294. mulieremst *vel* mulierem sibi ‖ 1296. accerso *vel* accersam ‖ 1297. ecquis *vel* et quis ‖ 1298. tu ais *vel* tu es: *corr Ri* (*fort cum A*) ‖

A mátre illius uénio. si iturást, eat.
Omnís moratur: náuim cupimus sóluere. 1300
PY. Iam dúdum res parátast. ⟨i⟩, Palaéstrio,
Aurum, órnamenta, uéstem, pretiosa ómni⟨a⟩ [ut ferat]
Duc ádiutores técum ad nauim quí ferant.
Omnía composita súnt quae donaui: aúferat.
PA. Eó. PL. Quaeso hercle própera. PY. Non morábitur. 1305
Quid ístuc quaeso? quíd oculo factúmst tuo?
PL. Habeo équidem hercle oculum. PY. At laéuom dico. PL. Éloquar.
⟨A⟩móris causa hercle hóc ego oculo utór minus:
Nam si ábstinuissem amórem, [quem] tamquam hoc útere⟨r⟩.
Sed nímis morantur mé diu. ⟨PY.⟩ Eccos éxeunt. 1310

PALAESTRIO. SERVOS — **PHILOCOMASIVM.** MERETRIX
PYRGOPOLINICES. MILES — **PLEVSICLES** ADVLESCENS

PA. Quíd modi f⟨l⟩endó quaeso hodie fácies? PH. Quid ego ní fleam?
Vbi pulcerrume ég⟨i⟩ aetatem, inde ábeo. PA. †mum hominem tibi

---

1299. iturast *vel* itura sed ‖ 1300. nauim *vel* nauem | soluere *vel* absoluere ‖ 1301. IANDU— | paratast *vel* paratassi: *corr Sey* ‖ 1302. preciose (*vel* preciosum) omne: *corr et del Bo* (*cf. 1304*)‖ 1303. DUC: Dum | nauim *vel* nauem | ferant *vel* pereant ‖ 1304. auferat (*sic A, ut vid*) *vel* ut ferat ‖ 1306. Quid *vel* Quia | oculo factumst *vel* oculus factus ‖ 1307. PL. *vel* PA. | dico *vel* dica ‖ 1308. *add Ri* | hoc ago *vel* hoc | minem: *corr Ca* ‖ 1309. abstinuiss(a)et ‖ 1310. me diu *vel* medium ‖ 1311. NI: ne ‖ 1312. pulcherrume egaetatem *vel* pulcherrimam etatem | uideo PA. (*s. scr.*) ab eo *vel* habeo PA.: *corr Ri* | mum hominem *vel* homine ‖

Qui á matre et soróre uenit. PH. Vídeo. PY. Aud[ist]in, Palaéstrio?
PA. Quíd uis? PY. Quin tu iúbes efferri ómnia isti quaé dedi?
PL. Phílocomasium, sálue. PH. Et tu sálue. PL. Materque ét soror 1315
Tíbi salutem mé iusserunt dícere. PH. Saluaé sient.
PL. Órant te ut eas: uéntus operam dúm dat, ut uelum éxplicent.
Nám matri oculi sí ualerent, mécum uenissént simul.
PH. Íbo, quamquam inuíta facio: †omni pietas scio. PL. †chant sapis.
⟨PY.⟩ Sí non mecum aetátem egisset, hódie stulta uíueret. 1320
⟨PH.⟩ Ístuc crucior, á uiro me táli abalienárier:
Nám tu quemuis pótis es facere ut áfluat facétiis,
Ét quia tecum erám, propterea ánimo eram ferócior.
Eám nobilitatem ámittendam uídeo[mnia]. ⟨PY.⟩ Ne fle. PH. Nón queo,
Quóm te uideo. ⟨PY.⟩ Hábe bonum animum. PH. Scío ego [in]quid doleát mihi. 1325
PA. Nám nil miror, sí lubenter, Phílocomasium |, híc eras,
†Formam huius, morem, uirtus hic animum attinere hic tuum

1313. uenit PH. uideo PY. (*vel* PA.) *vel* uenite PH. uideom # | audistin *vel* audistis in: *corr Guy* || 1314. PA. Quiduis # *vel* Quid uis # | quin tu *vel* qui intus | efferri *vel* et fori | quae isti: *trai Ri* || 1315—1319. *pers vel* # || 1316. Sibi || 1317. ut eant *vel* ut ad | operam *vel* opheram | dat *vel* dant | ut uallam *vel* ut ut uallem | EXPLICENT: explicet || 1318. oculi si *vel* oculis | moechum cenissent *vel* haec nunc uenissent | SIMUL: simul est || 1319. inuita *vel* inuitam | scio *vel* sit eo || 1320. uiueret (*sic A*) *vel* uiuere || 1321. me tali (*vel* tali me) abalienarier *vel* et alia aliaenarier || 1322. quemuis *Nonius*: quamuis | potis es (*vel* est): potissis *Nonius* | AFLUAT-FACETIIS: fluat facetis (fluat f[ac]etiis *Nonius*) || 1323. propterea animum *vel* propter animum: *corr ex Nonio* | ferocior *Nonius*: ferotior *vel* fortior || 1324. amittendam (*om CD*) uide omnia hec fle # (*vel* flet PH.): *del Lindemannus* | nequeo *vel* non queo || 1325. *add Ri* | PA. scio *vel* scio: *corr Bo* | inquit (*sed cf. 1343*[a]) || 1326. PA. *om B* ||

Quóm ego seruos, quándo aspicio hunc, lácrumo[m] quia di⟨i⟩úngimur.
⟨PH.⟩ Óbsecro, licét complecti príus quam proficiscó? ⟨PY.⟩ Licet.
PH. Ó mei oculi, ó mi anime. ⟨PA.⟩ Óbsecro, te⟨ne⟩ múlierem, 1330
Ne ádfligatur. ⟨PY.⟩ Quíd istuc quaesost? ⟨PA.⟩ Quí⟨a⟩ abs te abit, animó male
Fáctumst huic repénte miserae. ⟨PY.⟩ Cúrr[it]e[t] intro atque ⟨e⟩c⟨f⟩érto aquam.
PA. Níl aquam morór: †quod malo: ne interuéneris,
[PY.] Quaéso, dum res⟨i⟩pí⟨s⟩cit. ⟨PY.⟩ Capita intér se nimis nexa[m] hísc⟨e⟩ habe⟨n⟩t.
Nón placet: labra áb labellis †ferinautace malum. 1335
PL. Témptabam spiráre[n]t an non. ⟨PY.⟩ Aúrem admo[s]tam [h]opórtuit.
⟨PL.⟩ Sí magis uis, ⟨e⟩am omíttam. ⟨PY.⟩ Nolo: rétineas. ⟨PA.⟩ Fió miser.
PY. Éxite atque [h]ecférte huc intus ómnia isti quaé dedi.
PA. Étiam nunc salúto te, ⟨Lar⟩ fámiliaris, príus quam e[r]o.
Cónserui conséruaeque omnis, béne ualete et uíuite: 1340
Béne quaeso inter uós dicatis †et me absentí tamen.
PY. Áge, Palaestrió, bono animo's[t]. PA. ⟨É⟩heu, neque⟨o⟩ quín fleam,

1328. Cum *vel* Quem | lacrumum: *corr Ribbeckius* | diungitur: *corr Ca* ‖ 1329. complecti *vel* conpleti ‖ 1330. Oh mihi | o mi *vel* omei | ne *add Gru* ‖ 1331. quaepost: *corr Sey* | *add Bo* ‖ 1332. miserat: *corr Sarac* | *del et add Sey* | intro *vel* introm *vel* intrem ‖ 1333. PH. | quod *vel* quot ‖ 1334. PY. *add Palm* | uexam: *corr Ca* | hinc: *corr Fl duce Lamb* | *add Ca* ‖ 1335. labram (*corr D*) ablauellis ferinaut ace malum (*vel* fer ad macellum) ‖ 1336. *del Ca* | non aurem at (*vel* non aut eum ad) nostam: *corr Gru* | hoportuit *vel* hoc oportuit ‖ 1337. PL. *add Gru* | e *add Ri* | PY. *et* PA. *add Ac* | retineat: *corr Sey* | flo: *corr Kayserus* ‖ 1338. *del Ca* | quae isti: *trai Bo* ‖ 1339. *add Bo* ‖ 1342. PA. *add B* | *add Gru* | quin (*vel* quiin) fleat ‖

Quom ábs te abeam. PY. Fer aéquo | animo. PH.
Scío ego quid doleát mihi. 1343[a]
Séd quid hoc? quae rés? quid uideo? lúx, salue
* * * * 1343[b]
PL. Iám resipisti⟨, Phílocomasium⟩? PH. Óbsecro,
quem ampléxa sum
Hóminem? perii. súmne ego apud me? PL. Né time,
uoluptás mea. 1345
PY. Quíd istuc est negóti? PA. Animus hánc modo
hic relíquerat.
* * * * * * * * * * * * * * * *
Métuoque et timeó, ne hoc tandem pró⟨p⟩al[l]a⟨m⟩ fiát,
nimis.
PY. Quíd id est? PA. Nos secúndum ferri núnc per
urbem haec ómnia,
Néquis tibi | hoc uítio uortat. PY. Méa, non illorúm
dedi: 1350
Párui ego alios fácio. ag[it]e, ite cúm dis beneuolén-
tibus.
PA. Túa ego hoc causa díco. PY. Credo. ⟨PA.⟩ Iám
uale. PY. Et tu béne uale.
PA. Íte cito: iam ego ádsequar uos: cúm ero pauca
⟨uólo⟩ [e]loqui.
Quámquam alios fidéliores sémper habuistí tibi
Quám me, tamen tibi hábeo magnam grátiam rerum
ómnium: 1355
Ét si | ita senténtia esset, tíbi seruire málui
Múlto quam alií libertus ésse[t]. PY. Habe[o] animúm
bonum.

1343[b]. queris: *corr Sey* | quod | lux *vel* uix | *lac sign Brixius* || 1344. *add Ri* || 1345. perii *vel* peru || 1346 sq. *lac sign Ri* || 1348. ut timeo | pro alla (*vel* illa): *corr Ca* | *dist Brixius* || 1350. uitio uortat *vel* uortat # || 1351. Parui *vel* Paruos | illos facio: *corr Bo* | *del Weisius* | ite *vel* te || 1353. adsequar uos *vel* uos adsequar | cum ego pauca | *add et del Ri* || 1355. gratiam *vel* gratia || 1356. malui *vel* maui || 1357. libertus *vel* libertatis | bonum animum: *trai Bo* ||

PA. †Haeum, quom uenít mihi in mentem, ut móris mutandí si⟨e⟩nt.
Múliebris morís discendi, oblíuiscendi stratióti⟨ci⟩.
PY. Fác sis frugi. PA. Iám non possum: amísi omnem lubídinem. 1360
PY. Í, sequere illos: né morere. PA. Béne uale. PY. Et tu béne uale.
PA. Quaéso ut meminerís: si forte líber fieri occéperim,
Míttam nuntium ád te: ne me déseras. PY. Non ést meum.
PA. Cógitato ⟨i⟩déntidem, tibi quám fidelis fúerim.
Si íd facies, tum démum scibis, tíbi qui bonus sit, quí malus. 1365
PY. Scío et perspexi saépe, uerum quom ántehac ⟨tum⟩ hodie máxume.
PA. Scí[e]s? immo hodie uérum factum fáxo post dicés magis.
PY. Víx reprimor quin té manere iúbeam. PA. Caue istuc féceris.
Dícant te mendácem nec uerum ésse[t], fide[le] nulla ésse te:
Dícant seruorúm praeter me ésse[t] fidelem néminem. 1370
Nám si honeste cénseam te fácere posse, suádeam.
Vérum non potést: caue faxis. PY. Abi iam: patiar quídquid est.
⟨PA.⟩ Béne uale igitur. PY. Íre meliust ⟨s⟩trénue. PA. Etiam núnc uale.
⟨PY.⟩ Ánte hoc factum hunc sum árbitratus sémper seruom péssumum:

1358. PA. Haeum *s. finem v. 1357: trai Ca* | Com (Com — sint *om B*) ‖ 1359. stratiosi *vel* stratiost: *corr Scu* ‖ 1360. PA. *add B* ‖ 1362. Quaeso ot (*vel* ut) *vel* Quaeso | fieri occeperit ‖ 1363. attene me *vel* athene ne ‖ 1365. scibis tibi *vel* sciuisti ‖ 1367. *del Salm* | hodie eorum (*vel* meorum): *corr Ca* ‖ 1368. manere *vel* mare ‖ 1369. Dicent: *corr Ri* | fidele nulla *vel* fidelent ulla ‖ 1371. censeat ‖ 1372. abi iam *vel* abilam | *dist Brixius* ‖ 1373. *add Ca* | PA. Ire: *corr Ca* | PA. *vel* PY. ‖ 1374. Ante huc ‖

Eúm fidelem míhi esse inuenio. quom égo⟨m⟩et mecum cógito, 1375
Stúlte feci[t], qui húnc amisi[t]. íbo hinc intro núnciam
Ád ⟨a⟩mores meos †et sensit hinc sónitum fecerúnt foris.

PVER. PYRGOPOLINICES
MILES

PV. Ne mé moneatis: mémini ego officiúm meum.
Ego †nam conueniam illum. ubi ubist géntium,
Inuéstigabo |: óperae non parcó meae. 1380
PY. Me quaérit: ilico hínc ibo huic puero óbuiam.
PV. Ehém, te quaero: sálue, uir lepidíssume,
Cumuláte commoditáte, praeter céteros
Duo dí quem curant. PY. Quí duo? PV. Mars ét Venus.
PY. Facétum puerum. PV. Íntro te ut eas óbsecrat: 1385
Te uólt, te quaerit téque exspectans ⟨éx⟩petit.
Amánti fer opem. quíd stas? quin intro ís? PY. Eo.
PV. Ipsús illic ⟨s⟩ese iam ínpediuit ín plagas.
Parátae insidiae súnt: in statu stát senex,
Vt ádoriatur m⟨o⟩éc⟨h⟩um, qui formást ferox, 1390
Qui omnís se amare crédit, quaeque aspéxerit
†Mulierem oderunt quá uiri qua múlieris.
Nunc ín tumultum ibo: íntus clamorem aúdio.

1375. fidelem *vel* fidele | inuento | *add Ca* || 1376. nunciam *vel* uinciam || 1377. At *vel* Ac || 1378. memini *vel* nemini || 1380. inbestigabo | meae *vel* mene || 1381. ilico hinc *vel* illic ibo huic: *corr Abraham* || 1382. Ehem *vel* Ehm | salue uir *vel* uir || 1384. mars et *vel* arse || 1385. intro *vel* intra | eas *vel* ea || 1386. teque *vel* te | exspectans petit *vel* exspectat: *corr Pareus* || 1387. quid intro || 1388. ese *vel* se: *corr Py* || 1389. statu stat *vel* status ad || 1390. Vt domatum mecum *Nonius* | forma si (est *Nonius*) || 1391. omnis *vel* omni | queque *vel* quemque: *corr Ca* || 1392. Mulierem *vel* Mulieres eum | qua (*vel* quasi) uiri ||

ACTVS V

PERIPLEC[T]OMENVS. PYRGOPOLINICES. CARIO.
SENEX MILES COCVS
LORARII. SCELEDRVS
SERVOS

PE. Dúcite istum: sí non sequitur, rápite sublimém foras.
Fácite inter terram átque caelum ut sít: †discindite.
PY. Óbsecro hercle, Périplec[t]omene, té. PE. Nequiquam hercle óbsecras. 1396
Víde ut istic tibi sít acutus, Cário, cultér probe.
⟨CA.⟩ Quín iam dudum géstit moecho hóc abdomen ádimere.
†Vt faciam quasi púero in collo péndeant crepúndia.
PY. Périi. PE. Haud etiam: número hoc dicis. CA. Iámne in hominem | ínuolo? 1400
⟨PE.⟩ Ímmo etiam prius uérberetur fústibus. CA. Multúm quidem 1401[a]
Agi * * c * * ams * * s * * f * * m * * 1401[b]
PE. Cúr es ausus súbigitare álienam uxorem, ímpudens?
PY. Íta me di ament, últro uentumst ád me. PE. Mentitúr: feri.
PY. Máne dum narro. PE. Quíd cessatis? PY. Nón licet mihi dícere?

1394. sublimem *vel* sublim ‖ 1395. ut sit discindite (*vel* descendite) *etiam A, ut vid* ‖ 1396. periplectomene (*sic A*) *vel* periplecto mane: *del Ri* | nequiquam *vel* nec quicquam ‖ 1397. istic (*sic A*) *vel* istuc | ACUTUS (*item Sergius, sed* Vide sit tibi): actus ‖ 1398. moecho *vel* meco | abdomen *vel* abdomo ‖ 1399. UT *etiam A* | pendeant *vel* pendeat ‖ 1400. HAUD: PE. aut *vel* aut | #IA(MNE): iamne (CA. *Ri*) | inuoco ‖ 1401[a]. (UE)RB(ERETU)R: ueretur | CA. *pro* # *Ca* ‖ 1401[b]. *solus habuit A* ‖ 1402. alienam (*sic A*) *vel* alienum ‖ 1403. uentumst ad (*sic A, ut vid*) *vel* uentu stat | feri (*sic A*) *vel* eri ‖

PE. Díc. ⟨PY.⟩ Oratus sum, ád eam ut irem. PE. Quór ire ausu's? ém tibi. 1405
⟨PY.⟩ Oíei, satis sum uérberatus: óbsecro. CA. Quam móx seco?
⟨PE.⟩ Vbi lubet: dispénnite hominem díuorsum et disténnite.
PY. Ópsecro hercle te, út mea uerba aúdias prius quám secat.
PE. Lóquere †non dum niliblo factum est. PY. Víduam hercle esse cénsui:
Ítaque ancilla cónciliatrix quaé erat dicebát mihi. 1410
PE. Iúra te non nóciturum esse hómini de hac re némini,
Quód tu | hodie hic uérberatu's aút quod uerberábere,
Sí te saluom hinc ámittemus Vénerium nepótulum.
PY. Iúro per Iouem ét Mauortem mé nociturum némini,
Quód ego hic hodie uápularim: iúreque id factum árbitror: 1415
Ét si intestatús non abeo hinc, béne agitur pro nóxia.

1405. *om A* | Dic oratus *vel* Decoratus | ad te uenirem *vel* ad te amuttire: *corr Ribbeckius et Sey* | PY. *vel* #: *corr D²* | quirere *vel* quare: *corr Sey* | ausus *vel* ausus #: *corr Lamb* || 1406. *add Ca* | OIEI: olei | PE. quam *vel* quam (#QUAM): *corr Ca* | MOX-SECO: mox (*vel* ex) ego || 1407. *add Ca* | dispennite *Nonius*: dispendite (*sic A, ut vid*) *vel* distendite | DISTENDITE (*sic etiam Nonius*): dispendite: *corr Meursius* || 1409. niliblo *vel* donec (*velut* AME) | factum est (*sic A, ut vid*) *vel* factus | PY. *add B* | uiduam (*sic A*) *vel* uidua | HERCLEESSE: esse || 1410. quae erat dicebat (*sic A*) *vel* dicebat || 1411. te non: TE | esse (*sic A*) *vel* ẽ | HOMINI: hominem | nemini (*sic A, ut vid*) *vel* neminem || 1412. *sic etiam A* | uerberatus: *corr Ri* | quod (*sic A*) *vel* q̃m | UERBERABERE: uerberare || 1413. hinc (*sic A et Priscianus*) *vel* hic | amittimus *Priscianus*: MITTEMUS: mittimus (*corr Bo*) | nepotulum (*sic A*) *vel* nepotulam || 1414. Iuro (*sic A*) *vel* Luro | IOUEM(ET-MAUO)RTEM (*suppl Stu*): idam (*vel* idum) et martem | nemini (*sic A*) *vel* memini || 1415. Quod (*sic A*) *vel* Quid | uapularim (*sic A*) *vel* uapulo sed iure qui *vel* mihi id eque: *corr Ca* || 1416. ABEO: habeo ||

PE. Quíd, si id non faxís? PY. Vt uiuam sémper intestábilis.
CA. Vérberetur étiam: postibi ámittendum cénseo.
PY. Dí tibi bene fáciant semper, quom áduocatus míhi bene es.
CA. Érgo des minam aúri nobis. PY. Quam ób rem? CA. Saluis téstibus 1420
Vt te⟨d⟩ hodie hinc ámittamus Vénerium nepótulum.
Áliter hinc non eíbis: ne sis frústra. PY. Dabitur. CA. Mágis sapis.
Dé tunica et chlamyde ét machaera néquid speres: nón feres.
LO. Vérberon etiam án iam mittis? PY. Mítis sum equidem fústibus:
[PE.] Ópsecro uos. PE. Sóluite istunc. PY. Grátiam | habeó tibi. 1425
PE. Sí posthac prehéndero ego te híc, carebis téstibus.
PY. Caúsam haud dico. PE. Eámus intro, Cário. PY. Seruós meos
Éccos uideo. Phílocomasium iám profectast? díc mihi.
SC. Iám dudum. PY. Ei mihí. SC. Magis dicas, sí scias quod égo scio:
Nám illic qui | ob óculum habebat lánam nauta nón erat. 1430

1417. FAXISUTSEMPERUIUAM ‖ 1418. Verberetur (*sic A*) *vel* LOR. Verberitur | POSTIBI: post tibi | AMITTENDUM: amitte dum‖ 1419. aduocatus (*sic A*) *vel* euocatus | MIHIBENEST: bene mihi es (*vel* adest) ‖ 1420. LOR. Ergo *vel* Ergo | # saluis (*sic A*) *vel* LOR. (*s. scr. B*) suauis ‖ 1421. *add Guy* | uenerium nepotulum (*sic A*) *vel* uenerum ne populum ‖ 1422. Aliter — dabitur *om CD* | NONEIBIS: a nobis | LOR. magis *vel* magis (*sic A*): *corr Ca* ‖ 1423. De tunica (*sic A*) *vel* Det tunicam | CHLAMYDE: clamide *vel* clamidem | (MAC)H(AER)A: macra ‖ 1424. AN(IAMMIT)TIS: anim (*vel* animam) amittis | sum *vel* sim (*sic Nonius*) ‖ 1425. #SOLUITE: soluite | ISTUNC: istuc *vel* istum ‖ 1426. prehendero ego te hic (*sic A*) *vel* prehendero | CAREBISTESTIBUS: arebo cestibus ‖ 1427. HAUD: aut | (CA)R(IO): carios ‖ 1429. SC. Iam *vel* Iam | #EIMIHI#: ei (*vel* et) mihi ‖ 1430. ILLIC: ille | OBOCULUMHABEBATL(ANAM): lanam ob oculum habebat ‖

PY. Quís erat igitur? SC. Phílocomasio amátor.
PY. Qui tu scís? SC. Scio:
Nám postquam porta éxierunt, níl cessarunt ílico
Ósculari atque ámplexari intér se. PY. Vae miseró mihi:
Vérba mihi data ésse uideo. scélus uiri Palaéstrio,
Ís me in hanc inléxit fraudem. ⟨SC.⟩ Iúre fáctum iúdico:
Sí sic aliis moéchis fiat, mínus hic moechorúm siet:
Mágis metuant, minus hás res studeant. ⟨PY.⟩ Eámus ad me. plaúdite.

1431. #PHILOCOMASIOAMATOR#: philocomasio amator | qui (*sic A*) *vel* quid | PY. || 1432. PORTAM | exierunt nihil (*sic A*) *vel* nihil | cessarunt (*sic A*) *vel* cessauerunt || 1433. atque (*sic A*) *vel* neque || 1434. UIRI: uir || 1435. INHANCINIEXITFRAUDEM: hinc illexit fraude *vel* inlexit fraude in | *add Bo* || 1436. SI: Sic | MOECHISFIAT: moec(h)us fuit || 1437. studeant *vel* studeat | *add Bo* ||

Fulgentius de abstr. serm. p. XX ed. L.: Exercitus dicitur contemptus: unde et Plautus in Milite glorioso ait: 'Itane nos nostramque familiam habes exercitam'.

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

EX RECENSIONE

GEORGII GOETZ ET FRIDERICI SCHOELL

FASCICVLVS V

MOSTELLARIAM PERSAM POENVLVM COMPLECTENS

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCXCVI

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

PRAEFATIO

Notae quibus in hac editione utimur hae sunt:

| ad denotandos hiatus non legitimos.

† ad corruptelam sive verborum sive metri indicandam.

* ad lacunas signandas (nisi moras deficientes per ⏑ et – apposuimus).

[ ] ad delendas litteras syllabas voces personas[1]) perperam traditas maioresve interpolationes.

( ) ad secludendos versus ex dittographia vel retractatione scaenica ortos.

⟨ ⟩ ad insigniendas litteras syllabas voces personas contra libros suppletas.

ad adumbrandum (personae) spatium in librorum scriptura.

A codicis rescripti Ambrosiani scripturas (quas in Poenulo ex parte retractavit[2]) Goetzius) litteris capi-

---

1) De personis notandis respicienda sunt quae ad singulas fabulas in quibus singularis est condicio ad dialogorum initium adscripsimus.

2) De opera nostra in *A* posita cuius iudicium perstrinximus in praef. fasc. IV p. IV sq., is nuper respondit in relationibus societatis Gottingensis a. 1895 p. 115. Cui cum plura opponenda sint, unum sufficiat quod recte nos praestrigiandi artem ei tribuisse denuo probet. Scilicet de Cistell. v. 450 testanti Schoellio fidem ideo derogandam esse contendit, quod praeoccupata ex supplemento suo mente codicem inspexerit. Quod unde habet aut scire se posse credere omnino potuit?

talibus exhibemus adpunctis infra vel seiunctis incertioribus: alteram recensionem (*P*) litteris antiquis reddimus scripturas discrepantes per *vel* adiungentes rariusque singulos codices (Palatino-Vaticanum *B*, Palatinum Decurtatum *C*, Vaticanum Vrsinianum *D*) commemorantes.

Scripturis a contextu discrepantibus vel signis in contextu ad mutationem indicandam adhibitis ubi nihil additum est, ad Italos redire emendationem sciendum est. Ceteroqui librorum scripturis per colon (:) discretis in adnotatione vel per signa supra posita conspicuis per voces[1]) *corr(exit)*, *trai(ecit)*, *add(idit)*, *suppl(evit)*, *del(evit)*, *secl(usit)*, *lac(unam)* *sign(avit)*, *dist(inxit)*, *discr(ipsit)* adiunximus nomina correctorum. Ex quibus haec per compendia exhibuimus: *Ac(idalius)*, *Ald(us)*, *Bent(leius)*, *Bo(thius)*, *Ca(merarius)*, *Fl(eckeisenus)*, *Goe(tzius)*, *Gru(terus)*, *Gul(ielmius)*, *Guy(etus)*, *Herm(annus)*, *Lachm(annus)*, *Lamb(inus)*, *Loe(wius)*, (*C. F. W.*) *Mue(llerus)*, *Py(lades)*, *Ri(tschelius)*, *Sarac(enus)*, *Scal(iger)*, *Schoe(llius)*, *Scu(tarius)*, *Sey(ffertus)*, *Stu(demundus)*, *Turn(ebus)*, *Vss(ingius)*.

Quibus rationibus et poetae verba tractaverimus et apparatum constituerimus et orthographiam administraverimus in prioribus praefationibus declaravimus. Sed quaedam ad Mostellariam et Persam, paulo plura ad Poenulum adnotanda sunt, etsi omnem materiam exhaurire hoc loco neque possumus neque volumus.

MOSTELLARIA. 21. erilem ⟨gnatum⟩ *Langenus* '*D. Litztg.*' *a. 1893 p. 1097.* — 62. Datur? es inho-

---

Neque in legendo neque in relegendo palimpsesto de eiusmodi supplementis cogitavit Schoellius, quae in imprimenda demum editione lusit non nimium, ut par est, lusui tribuens.

1) Accedunt compendia tralaticia *om(isit)*, *praem(isit)*, *inv(ertit)*, *compr(ehendit)*, *vid(etur)*, *rubr(icator)*, *ras(ura)*, *s(upra)* *v(ersum)* similiaque.

nestus *Redslobius 'Lit. Cbl.' a. 1893 p. 1853.* — 73. Venit quod nolis quam *Goetzius Bentleio Ritschelioque ducibus.* — 74. sis nunciam: i *dist. Gimmius 'de adiect. Pl.' (ed. a. 1892) p. 27.* — 86. multa ⟨iam⟩ institui *Sigismundus 'N. philol. Rdsch.' a. 1894 p. 85.* — 104. (Sibi quisque similes) uolt (suas) *pro* uois (sua) *iuxta* (sibi quisque inde exemplum) expetunt *et* parcunt *quod sequitur ferri vix posse monet Seyffertus,* similes ut struant (*vel* fuant) *temptans* (⟨q⟩uo [*vel* qui] is sient *Schoellius*). — 124. Reparount *D, ut vid.* — 155. t⟨um⟩ a me *Seyffertus.* — 169. *De* muliéris (*multoque adeo magis de* Minerúa *quod cum Haveto valde commendant Skutschius Lindsayusque*) *magnopere dubitamus cum Seyfferto* (*de* mulier *vocativo cogitante*); *item* fartim *dubitanter reliquimus defendente Skutschio 'Berl. philol. Wschr.' a. 1894 p. 138 sq.: quamquam satis debili nititur fundamento forma facillime ex* FARTUM *ligatura in versus fine derivanda.* — 186. tam docilem te et bene doctam *Redslobius l. s. s.* — 213. malesuada, nihili lena *idem itemque Sigismundus l. s. s.: ubi* cantilena *Vssingii placuit Skutschio l. s. s. p. 137.* — 278. ut *pro* ni *a Ritschelio repositum commendat Seyffertus coll. v. 992; Pseud. 1102, 1110; Stich. 269, al.* — 288. Purpura ad uitia occultanda est usus turpi mulieri *lusit Goetzius.* — 319 *et* 331. *Cf. Skutschius l. s. s. p. 139.* — 324. Duce me. DEL. Amabo, caue (*pro* amabo. DEL. Caue) *Goetzius.* — 327. comius *Schoellii* (*probatum Redslobio aliisque*) *mire impugnat Skutschius l. s. s. p. 140 adn., quasi lectus non a Philolache stratus sit 'comius': ceterum cf. Poen. 697.* — 370. Quid mihi sit boni [si] mentir⟨i⟩er *Schoellius.* — 385. PHILO. Perdis rem. ⟨DEL.⟩ Tace, amabo *Goetzius.* — 475. *Sic correximus, non quia Plautum immodulata dedisse credamus, sed quia librorum memoriae hanc scripturam subesse persuasum habemus certa ratione vix emendabilem.* — 586 sq. *Cf. Skutschius l. s. s. p. 140.* — 651. meridie *cum Vsenero et hoc loco servari et aliis reponi*

vult confidenter idem p. 138, originationem sane veram cum usu confundens. Nam Plautum 'ad meridie' dixisse probari nullo modo potest. — 731. Vitam ⟨quom⟩ colitis *Redlobius l. s. s.* — Vítam colitís ⁎. TR. Ímmo [u]it⟨a⟩ antehác erat *Seyffertus, alioqui* ⟨ea⟩ uit⟨a⟩ *exspectans: ubi* uita (*ut alias 'uiuere'*) *de vita bona, hilara dici putamus.* — 732. Ita: Oppido o. o. *dist. Redslobius improbante Seyfferto: qui nusquam post* Qui *vel* Quidum *sic adhiberi* Ita *monuit, quod hoc loco eadem ratione qua alias* Nam *post interrogationem usurpatum esse videatur.* — 775. TRANIO *errore intercidisse in edit. maiore adnotatio docet.* — 878. *Pro* ire uis (*ex* ir' uis *vix defendendo*) *de* iueris *cogitat Skutschius l. s. s. p. 140 adn.* — 1077. mi opportunus aduenit *Gimmius l. s. s.* — 1134. *De* ista: ito ad me *cogitant Goetzius Seyffertusque duce Camerario.*

PERSA. 60. His cognomentum erat duricapitonibus *Sixius in Comment. in honorem Leemansii scr. (ed. Amstelod. a. 1885), idem ex v. 100 ad a. DLVI u. c. fabulam referens propter IIIviros epulones ad Iovis epulas parandas illo anno creatos.* — 78. *Cf. Skutschius 'Berl. philol. Wschr.' a. 1892 p. 1615* (Querintne *Fleckeisenus Annal. philol. t. CI p. 75*). — 95 sq. nisi cremore crasso sit [ius] collyricum, Nihilist *Sonnenscheinius 'Class. rev.' a. 1892 p. 401.* — 140. ⟨Vt⟩ númquam h. h. h. prius edis *Langius Annal. philol. t. CXLVII p. 193.* — 150. *Cf. Skutschius 'Forschungen' I p. 72.* — 171. censueram *praefert Redslobius 'Lit. Centralblatt' a. 1892 p. 1441, fortasse recte.* — 181. ⟨m⟩ea opera *Seyffertus.* — 203. † obieci ⟨gradus⟩ *Langenus 'D. Littztg.' a. 1892 p. 1233 sq. recte immutata cum Schoellio sententia sua.* — 217. *Spatium post* ergo *ex versu olim bipertito repetens sic Seyffertus v. dimetitur:* Éo ego hinc haud longé. ♯ Et quidem ego haúd longe. ♯ Quo ergó, scelus *c. q. s.: quamquam cf. Schoellius praef. p. XXV sq.* — 221. ⟨Sed⟩ quid ais *Sonnenscheinius l. s. s. p. 401.* — 223. est *del. Leo 'Pl. Forschungen'*

p. 255. — 260. dixit fore die *Seyffertus.* — 265. homini ibus *Sonnenscheinius l. s. s.* — 268. Virtust *cum aliis reicit Leo l. s. s.* Vírtus est ubi occásio ‖ Ádmonet díspicere: quíd faciet mihí *Seyffertus.* — 269. uapulet *tutatur Seyffertus coll. fragm. fab. cert. 74* (uapula Papiria). — 272. *Anapaesticam mensuram suadet Skutschius 'Berl. philol. Wschr.' a. 1892 p. 1617.* — nunc pro domum *BCD habent.* — 353. Neque *pro* Non ego (*et* plure *cum Seyfferto*) *Sonnenscheinius l. s. s.* (*cf. Leo 'Pl. Forschungen' p. 251*). — 359 sq. quam tuo Fiat. quae hae res sunt *Saturioni continuat Appuhnius Quaest. Pl. p. 51.* — 392. eccillud *Sonnenscheinius p. 400.* — 440. seruandum *Seyffertus.* — 452. procedit postprincipio *defendit Skutschius 'Berl. philol. Wschr.' a. 1894 p. 138.* — 469. agerite uos *retinuimus coll. 'amoliri' et 'amovere' 'se' vel 'aliquem'. Cf. etiam Truc. 112.* — 485. 486. *Ex A etsi etiamnunc probabile ducimus hoc loco lacunam esse* (Quis hicst *apte confert Seyffertus ex Poen. 1332*), *tamen quid lateat nimis incertum est.* — 512. mi hi⟨c⟩ *Redslobius l. s. s.* — 570. *Cf. Skutschius 'Forschungen' I p. 86.* — 571. Ferreos postes *Kochius Mus. Rhen. t. XXXII p. 98.* — 576. *Post h. v. lacunam esse censet Seyffertus.* — 792. ⟨PAE.⟩ Praeben tu? (*scil.* pedes) DO. Puere, Ne *e. q. s. Seyffertus.* — 797 sqq.: Iúrgium hinc aúferas, ‖ Sí sapias. DO. At, bóna liberta, haec scíuisti et me célauisti? ‖ LE. Stúltitiast quoí bene ‖ Ésse licet eúm praeuorti lítibus. postérius istuc ‖ Té magis pár agerest. DO. Vritur cór mihi *e. q. s. Seyffertus.* — 802. 803. Ne árdescat. DO. Lúdos me fácitis, intéllego *idem.*

POENVLVS. 8. *Cf. Apuleius Met. I 26 s. f.* ('*cenatus solis fabulis*'). — 24. queant *mavult Seyffertus.* — 30. *De* peritent *dubitat idem: quam formam tamen obscurare noluimus.* — 33. Canora *corr.* D^2 *in ras.* — 134. *Adde testimonium libri glossarum* (*C. G. L. V p. 176, 20*): Cauerna caua [a]ut grata gratia aut rauca raua et laetam laetitiam Plautus dixit. — 137. *Cf.*

Naekius Val. Cat. p. 16. — 140. *Ex* Adamans (*quod* AD[VL]. Amans *esse credimus*) *post Pyladem* At amans *efficit Seyffertus.* — 218. concessauimus *BCD exhibent.* — 232. quasi ⟨si⟩ in lust⟨r⟩ost *Schoellius.* — 238. *Cf. Ausonius p. 182 ed. Peip.:* Sicut a poeta legimus usurpatum: Modus omnibus utile rebus (*nisi potius ad Horatium hoc pertinet*). — optumu[m]st *Leo 'Pl. Forschungen' p. 279.* — 246. inuenustate ⟨onustae⟩ *Schoellius.* — 250 sqq. Sorór, parce, amabo. ‖ Sat est ístuc alios dícere ‖ Nobís: ne nosmet [in] nóstra ‖ Etiám uitia[m] ⟨e⟩loquámur. ‖ AN. Quiésco. AD. Ergo amó te. ‖ Sed hóc nunc respondé mihi *Seyffertus.* — 258. Non iam me decet *idem de nostra discriptione dubitans.* — 274. Nebula *quid sit docet idem Burs. Annal. t. XLVII p. 119.* — 281. Nil hóc quidemst *idem coll. Mil. Gl. 19, Most. 981.* — 288. Eo illud satiust 'satis': quod satis est sapienti (*vel* habitu ⟨probi⟩s *coll. Stich. 59*) plus quam sat est *Schoellius. Nihil egit Brixius apud Niemeyerum Stud. Pl. p. 14.* — 309. auscultãri *B teste Hinckio,* auscultãn *teste Studemundo.* — 314. Viden ut *Abraham in cens.* ('*Wschr. f. kl. Philol.' a. 1885*) *p. 453.* — 328. lucrum ⟨ullum⟩ amare *Brixius l. s. s.* lucrum ⟨de⟩amare *vel* lucr⟨i de⟩um amare *Schoellius.* — 343. *Cf. Studemundus apud Schererum p. 46 sq.* — 352. ecce (*scil.* me), odium meum *dist. Abraham l. s. s. itemque Bachius p. 395 adn.* — 354. *Servato* namque *pro* meast *corr.* tuast *Seyffertus.* — 371. ninnium *removere non audemus, etsi quomodo explicetur nondum enucleavimus neque* Ninnius *nomen proprium quicquam iuvare videtur: cf. de eadem quaestione Palmerus Hermath. vol. XX p. 69.* — 377 sq. *Cf. Leo Vind. Pl. p. 7 sqq.* (⟨in⟩ me uerberetillum *corrigens obloquente Schoellio in Woelfflini Arch. t. IV p. 632*). — 383. sualum *B teste Studemundo.* — 385. et labellam, linguam — *cum A Schoellius ut* et sauium *aliaque additurum interrumpat Milphio verbis* Ecquid facies modi? — 407. #ATQ· *Loewius recte legisse visus est.*

— 409. IDEM *spatiis codicis rescripti magis convenit quam* ITIDEM. — 430. *Recte iudicavit iam Richterus p. 602.* — 454. facere ut ⟨aes⟩ esset *Palmerus Hermath. t. XI p. 316.* — 471. ptenolatronica *Leo Herm. t. XVIII p. 581.* ptenolethronica *Birtius Mus. Rhen. t. XL p. 533.* — *Ceterum* lenutte *B habet teste Studemundo.* — 490. credier *praetulimus formam et exquisitiorem et optime referendam ad fidem lenoniam.* — 510. porcos *Palmerus in edit. Amph. p. 254.* — 518. obnixi sumus *temptavimus ducibus* BC^1 (*cf. etiam Stich. 45, al.*), *quo referatur sententia ad v. 504 sq. et 512. Ceterum* quid *BCD.* — 530. clabatorem *B teste Hinckio,* dabatorem *teste Studemundo.* — 534. edis *postulat Speijerus Observ. et emend. p. 1 sqq.* — 536. 588. *Cf. Buechelerus in Woelfflini Arch. t. I p. 279.* — 540. *Cf. quae ad Merc. v. 138 adnotavimus.* — 579. *De* aprugnum — aprunum *cf. Caesar p. 61.* — N(on) *recte Loewius legit:* ON *litterae nunc non apparent.* — 587. *Duas recensiones confusas esse censet Seyffertus* (si nil est litium *et* si nemost quicum). — *Cf. Sidonius Apoll. Ep. V 7, 2* (hi sunt qui lites emunt). — 607. abeamus, sed uos — ⟨ADV.⟩ Satis dictumst: abi *Niemeyerus Stud. Pl. p. 4.* — 609. fecerint B^2 *in litura teste Studemundo.* — 613. AG. *pro* ADV. *error est in maiore editione.* — 615. isto *pro* istuc *quod correximus Studemundum praeoccupasse monuit Seyffertus, etsi locum ubi is emendaverit neque addidit neque invenimus.* — 646. *Cf. Seyffertus 'Berl. philol. Wschr.' a. 1884 p. 1093.* — 648. *λύκον quod scripsimus commendatur prologi v. 92 sq. Cf. v. 1333 = 1382.* — 660. LY. Itane? ADV. Illest cupiens, aurum habet *Seyffertus Burs. Annal. t. LXXX p. 289.* — 662. calim *duce Festo Schoellius.* — 672. *Pers. om. B teste Ritschelio.* — 684. *Cf. Seyffertus Burs. Annal. t. XLVII p. 119.* — 690. Ah *delet Seyffertus duas in A confusas esse recensiones ratus. Sed cf. Bacch. 87; Ter. Ad. 342 et 597: unde de traiciendis verbis* Te a muscis quaeritare *cogitat Schoellius.* —

694. Quam ⟨quom⟩ regi Antiocho *Schoellius coll. Merc. 956* (*cf. idem 'Heidelb. Jahrb.' t. II p. 51*). — 699. *Cf. Buechelerus Mus. Rhen. t. XLI p. 311.* — 706. *Cf. Seyffertus Burs. Annal. t. LXXX p. 343.* — 710. dare *reliquimus dubitanter: fortasse subiectum subaudiri potest.* — 720. Abduc me ergo: addictum *Seyffertus.* — 725. coepi (*a* coepio, *inf. pass.*) *Palmerus l. s. s. p. 316, vix recte.* — 742. Foras égrediri *Brixius progr. a. 1847 p. 10.* — 745. Quia *Nonium legisse censet L. Muellerus.* — malai (*vel* tantai) réi fuimus *Schoellius.* — 747. *Cf. Seyffertus Burs. Annal. t. XLVII p. 120 et ad v.* 748 *sqq. t. LXXX p. 309 adn.* — 778. raui⟨er⟩o *L. Muellerus, probabiliter.* — 796. te ire *CD.* tere *B teste Studemundo et v.* 815 quodrei B^1. quo irei B^2 *et v.* 817 pacto *ex* pacco *B corr.* — 834. in *del. Abraham 'Wschr. f. kl. Philol.' t. II p. 453.* — 846. Qui hercle eampse *e. q. s. Schoellius. Cf. Gimmius de adiect. Pl. p. 22.* — 862. moech⟨ul⟩i *Schoellius.* — 864 sq. *Cf. Seyffertus Burs. Annal. t. XLVII p. 120.* — 874. qui homo eum norit, ⟨sane (*vel* nimium) is⟩ cito *Bachius de attr. p.* 15^2. qui homo eum norit, norit: cito *tutatur Leo de Vid. p. 7 ex loco plane dissimili Rud. 1229.* qui homoeum norit, cito *Schoellius l. s. s. p. 52.* — 875. tu tac⟨itum hab⟩ere *Goetzius coll. v. 890. Cf. Kaempfius p. 37.* — 886. *Cf. Kampmannus de* EX *p. 19* (= *A*). — 905. *Cf. Bachius p. 369.* — 909. FERUEAM *in A recte legisse Loewius videtur: quod imprudentes in adn. neglexímus.* — 950. HANC *recte legit Loewius* (HUNC *Studemundus*). — 994. quo ex quoppido *B teste Studemundo et v.* 995 bechaedre *et v.* 997 bas. — 1016. HA. Issam. MI. Arbinam quidem *tutatur Leo Archii t. IX p. 161, improbabiliter.* — 1165. Ego quidem meos mecum *Abraham 'Wschr. f. kl. Philol.' a. 1884 p. 271.* — 1168. *Iocum obscurum obscuratumque de Thraciis coniectura parum probabili removit Leo l. s. s. p. 162.* — soleni *etiam B teste Studemundo.* — 1169. Hodie hercle opinor *Abraham cens. p. 454.* — 1174 sq. *Cf. Brixius*

in progr. a. 1847 p. 6 sqq. (*ubi iam* cuiuis *emendabat,* omnium *v. 1188 et* ego *v. 1176 delebat*). — 1184. utitute (tu *ex* tet) *B teste Studemundo.* — 1189 sq. Rebús meis agúndis, ‖ Et quíbus annos multós carui quasque ⟨é⟩ patria perdídi paruas, ‖ Redde hís libertatem, ínuictae praemíum ut esse sciam píetati *Goetzius: ubi Schoellius monuit* ut *locum habere potuisse, si pro* redde his *duce A de alia verbi forma cogitemus. — Ceterum* INUICTE[A] *in A recte legit Loewius.* — 1195. SIT *ab initio A habet, ut a* Si tibi *versum incepisse certum sit.* — 1199. tuam sapientiam *cum Bothio traiciendum videtur admisso* haĕcquidem. — 1224. que *etiam D teste Studemundo.* — 1235. pro⟨que⟩ osse *Brixius progr. a. 1847 p. 14* (*ante Bergkium*). — 1258. hi falso *B teste Studemundo et v.* 1284 illa eredeunt. — 1286. e re militari (*h. e.* '*ut militum mos est*') *Seyffertus coll.* '*ex matronarum modo*'. — 1290. scit B^1. sciet *B corr. teste Studemundo.* — 1292 sq. metuo miluos, — Mala illa bestiast — ne *dist. Seyffertus.* — 1295. olsonare *B teste Studemundo.* — 1314. ALI[L] *recte in A Loewius legit: item v.* 1319 SUM[I]. — 1355. me *del. Langenus Stud. Pl. p. 352.* — 1382. no *ante* ueI *excurrens Schoellius refert ad* ueris *pro* noueris *traditum v. 1384* (*B* = *P*). — 1391. sciui esse ⟨ambas⟩ *idem.* — 1403 sq. *et* 1409 *sic explicari vix posse nos non fugit: abstinuimus tamen mutatione in loco retractato. Ceterum v.* 1409 conpinga⟨m⟩ te *Skutschius de nom. lat. comp. p. 41.* — 1416. amammae *etiam B teste Studemundo.*

Ienae et Heidelbergae m. Oct. a. MDCCCXCV.

G. G. F. S.

T. MACCI PLAVTI

MOSTELLARIA

GRAECA PHASMA (PHILEMONIS?)

PERSONAE

TRANIO SERVOS
GRVMIO SERVOS
PHILOLACHES ADVLESCENS
PHILEMATIVM MERETRIX
SCAPHA ANCILLA
CALLIDAMATES ADVLESCENS
DELPHIVM MERETRIX
SPHAERIO PVER
THEOPROPIDES SENEX
MISARGYRIDES DANISTA
SIMO SENEX
PHANISCVS ADVORSITOR
PINACIVM (?) ADVORSITOR
LORARII

ARGVMENTVM

Manu mísit emptos suós amores Phílolaches
Omnémque absente rém suo absumít patre.
Senem út reuenit lúdificatur Tránio:
Terrífica monstra dícit fi[l]eri in aédibus,
Et índe †primum émigratum. intéruenit 5
Lucrípeta faenus faénerator póstulans,
Ludósque rursum fít senex: nam mútuom
Accéptum [tum] dicit pígnus emptis aédibus.
Requírit quae sint: aít uicini próxumi.
Inspéctat illas: póst se derisúm dolet, 10
Ab suí sodale gnáti exoratúr tamen.

2. absimit: *corr* B^2 || 4. sileri: *corr Gru* || 7. Ludusque B^2 || 8. *del Ca* || 11. exorator: *corr* B^2 ||

ACTVS I

GRVMIO. TRANIO
SERVI II

GR. Exi é culina sís foras, mastígia,
Qui míhi inter patinas éxhibes argútias.
Egrédere, [h]erilis pérmities, ex aédibus.
Ego pól te ruri, sí uiuam, ulciscár probe.
Exi ínquam †nidore cupinam quíd lates? 5
TR. Quid tíbi malum hic ante aédis clam⟨it⟩átiost?
An rúri censes te ésse? abscede ab aédibus.
Abi rús: abi dierécte. abscede ab iánua.
Em: hocíne uolebas? GR. Périi. qur me uérberas? 9. 10
TR. Quia uíuis. GR. Patiar. síne modo adueniát senex:
Sine módo uenire sáluom, quem absentém comes.
TR. Nec uéri simile lóquere nec uerúm, frutex:
Comésse quemquam ut quísquam absentem póss⟨i⟩et?
GR. Tu urbánus uero scúrra, deliciaé popli, 15
Rus míhi tu obiectas? sáne hoc, credo, Tránio,
Quod te ín pistrinum s⟨c⟩ís actutum trádier.
Cis hércle paucas témpestates, Tránio,

Personas plerasque servavit B, raras CD¹: notamus tantum quae omnino addendae vel mutandae erant ‖ 2. exibes *vel* exhibes (*sic Nonius*) ‖ 3. herilis *vel* heriles | pernities *B ras* ‖ 6. clamat iosi: *corr Ac duce Ca* ‖ 8. dierecte *vel* directe | ianua *vel* inua ‖ 9 sq. En: *corr Brixius* ‖ 12. Ne modo *Nonius* | saluos: *corr B² cum Nonio* ‖ 13. ueri *vel* ueñ ‖ 14. posset *vel* possit: *corr Py (cum B²?)* ‖ 15. scurra *vel* cura | popli *vel* populi ‖ 16. obiectas *vel* obiecta | hoc *solus B s. v.* ‖

Augébis ruri númerum, genus ferrátile.
Nunc dúm tibi lubet licétque, pota, pérde rem,
Corrúmpe †[h]erilem, adulescentem óptumum:
Diés noctesque bíbite, pergraecáminei:
Amícas emite, líberate: páscite
Parasítos: obsonáte pollucíbiliter.
Haecíne mandauit tíbi, quom peregre hinc [i]ít, senex?
Hocíne modo hic rem cúratam offendét suam?
Hocíne boni esse offícium serui exístumas,
Vt erí sui corrúmpat et rem et fílium?
Nam ego illúm corruptum dúco, quom his factís studet.
Quo némo adaeque iúuentute ex omni Áttica
Antehác est habitus párcus nec magis cóntinens,
Is núnc in aliam pártem palmam póssidet.
Virtúte id factum tua ét magisterió tuo.
TR. Quid tíbi malum me aut quíd ego agam curátiost?
An rúri, quaeso, nón sunt quos curés bouis?
Lubét potare, amáre, scorta dúcere:
Mei térgi facio haec, nón tui fidúcia.
GR. Quam cónfidenter lóquitur [fue]. TR. At te Iúppiter
Dique ómnes perdant: ⟨fúfae,⟩ oboluisti álium,
Germána inluuies, †rusticus, hircus, hára sui⟨s⟩,
†Canem capram commixtam. GR. Quid uis fíeri?
Non ómnes possunt ólere unguenta exótica,
Si tú oles: neque supérior quam erus accúmbere
* * * * * * * * * * * *
Neque tám facetis, quám tu uiuis, uíctibus.

---

20. iubet *vel* lubet ‖ 21. optumum *vel* optinum ‖ 24. pollucibiliter (*sic gloss. Plaut. et Fulgentius*) *vel* pollucibiter ‖ 25. ut: *corr Bo* ‖ 28. rem et *vel* semet ‖ 29. duco *vel* dico ‖ 31. parcus *vel* pacus *vel* porcus | continens *vel* contineas ‖ 34. mea ut: *corr Muretus* ‖ 36. Iubet *vel* lubet | ducere *vel* deducere ‖ 38. *del Ri: cf. 39* ‖ 39. *add Goe cum Loewio duce Ri* | oboluisti allium *vel* obolusti alium ‖ 40. rusticus *etiam Donatus* ‖ 41. caprã *vel* capra n̲ ‖ 42. ungenta *Nonius et Priscianus* ‖ 43. quam erus *solus habet B* ‖ 44. *lac sign Ri* ‖

Tu tíbi istos habeas túrtures piscís aueis: 46. 47
Sine me áleato fúngi fortunás meas.
Tu fórtunatus, égo miser: patiúnda sunt.
[TR.] Meúm bonum me, té tuom maneát malum. 50
⟨TR.⟩ Quasi ínuidere míhi hoc uidere, Grúmio,
Quia míhi benest et tíbi malest. digníssumumst.
Decét me amare et té bubulcitárier,
Me uíctitare púlcre, te miserís modis.
GR. O cárnufic⟨i⟩um críbrum, quod credó fore: 55
Ita té forabunt pátibulatum pér uias
†Stimulis, si huc reueniát senex.
TR. Qui scís, an tibi istuc éueniat prius quám mihi?
GR. Quia númquam merui: tú meruisti et núnc meres.
TR. Orátionis óperam compendí face, 60
Nisi té mala re mágna mactarí cupis.
GR. Eruóm daturi⟨n⟩ éstis, bubus quód feram?
†Data es inonestis ágite, porro pérgite,
Quoniam óccepistis: bíbi⟨te⟩, pergraecámini,
Este, écfer⟨c⟩ite uós, saginam caédite. 65
TR. Tace átque abi rus: ego íre in Piraeúm uolo
In uésperum paráre piscatúm mihi.
Eruóm tibi aliquis crás faxo ad uillam ádferat.
Quid ést, quod tu me núnc optuere, fúrcifer?
GR. Pol tíbi istuc credo nómen actutúm fore. 70
TR. Dum intérea[s] sic sit, ístuc 'actutúm' sino.
GR. †Ita est: sed unum hoc scíto: nimio célerius
†Venire quod moleste quam íllud quod cupidé petas.
TR. Moléstus ne sis: núnciam i, rus te ámoue.

---

47. tibi habeas hos *gramm. de dub. nom.*: tibi obustos (*vel* abe istos) *Servius* ‖ 51. *add Muretus* ‖ 52. dignissumũst *vel* dignis sũmus ‖ 53. Decet (*sic Nonius*) *vel* Licet | bubulcitare *Nonius* ‖ 55. *add Py* ‖ 62. Seruum: *corr B ras* | *add Py* | bubus *vel* bobus ‖ 63. inonestis *vel* inhonestis ‖ 64. occepistis *vel* occepisti | *add* B^2 ‖ 65. ecferite *vel* ecferute: *corr Ca* ‖ 69. quod tu *vel* quid tu ‖ 71. *del Lamb* ‖ 73. illuc *vel* illud | quod *vel* quo (*item v. 76*) ‖

Ne tu [erres] hércle praeterhác mihi non faciés mo-
ram. 75
⟨GR.⟩ Satin ábiit neque quod díxi flocci exístumat?
[GR.] Pro di ínmortales, óbsecro uostrám fidem,
Facite húc ut redeat nóster quam primúm senex,
Triénnium qui iam hínc abest, priusquam ómnia
Periére, et aedis ét ager. qui nisi núnc redit, — 80. 81
Paucórum mens[u]um súnt relictae réliquiae.
Nunc rús abibo: nam éccum erilem fílium
Videó, corruptum | éx adulescente óptumo.

PHILOLACHES
ADVLESCENS

Recórdatus múltum et diú cogitáui 85
Argúmentaque ín pectus múlta institui
(Ego átque in meó corde — síst quod mihí cor —
Eám rem uolútaui et diú disputáui),
Hominem quoius rei, quandó natust, 89
? Similem ésse arbitrárer simulácrumque habére:
Id répperi iam exémplum. 90
Nouárum aedium ésse arbitró similem ego hóminem,
Quandó [hic] natus ést: ei rei argúmenta dícam.
(Atque hóc haud uidétur uerí simile uóbis:
At ego íd faciam ita esse ut crédatis.)
Profécto esse ita út praedicó uera uíncam. 95
Atque hóc uosmet ípsi, sció, proinde utí nunc
Ego ésse autumó, quando dícta audiétis

---

75. *del Spengelius* ‖ 76 sq. *add et del Ca* ‖ 80 sq. periere *vel* pertere | nisi huc: *corr Ri* ‖ 82. *del Lamb* ‖ 83. eccum *vel* equum ‖ 84. optumo *vel* obtumo ‖ 87 sq. *secl Ri* ‖ 91. arbitro *vel* arbitor *vel* arbitror ‖ 92. *del Lorenzius* ‖ 93 sq. *secl Ri* ‖ 95—98. *tres versus in B* (— ipsi — autumo) ‖

Mea, haud áliter id dicétis.
Auscúltate, argúmenta dúm dico ad hánc rem:
Simúl gnarurís uo⟨s⟩ uolo ésse hanc rem mécum. 100
Aedés quom extempló sunt parátae, expolítae,
Factaé probe examússim,
Laudánt fabrum atque aedés probant: sibi quísque inde exemplum éxpetunt.
Sibi quísque similes †uo is sua sumptum operam parcúnt suam.
Átque ubi illo ínmigrat néquam homo, indíligens [que], 105
Cúm pigra fámilia, inmúndus, ⟨in⟩strénuos,
Hic iam aédibus uitium ád⟨d⟩itur, bonaé quom curantúr male.
Átque illud saépe fit: témpestas uenít,
Cónfringit tégulas ímbricesque: ibí
Dóminus indíligens réddere aliás neuolt. 110
Vénit imber, lauít párietes: pérpluont:
Tígna put[r]éfacit, pér⟨dit⟩ operám fabri:
Néquior fáctus iamst úsus aediúm.
Átque ⟨ea⟩ haud ést fabri cúlpa, sed mágna pars
Mórem hunc induxérunt: siquid númmo sarcirí potest, 115
Vsque mantánt neque id fáciunt, donicúm
Párietes ruont — aédificantur aédes totae dénuo.
Haec árgumenta ego aédificiis díxi: nunc etiám uolo
†Dicere, ut hominis aedium esse similis arbitremini.
Primúmdum paréntes fabrí liberúm sunt: 120
Ei fúndamentúm substruónt liberórum,
Extóllunt, paránt sedulo ín firmitátem,

---

100. *add Ca* ‖ 102. examussim *vel* examissum ‖ 103. expetunt *vel* expetant ‖ 104. simile suo is | sumptũ *vel* sumptu *vel* sumptũ s | parcunt *vel* pascunt (parsunt *B in marg*) ‖ 105. *del Py* ‖ 107. *add* B^2 ‖ 112. *del Ri* | *add Bergkius* ‖ 114. *add Herm* ‖ 115. Moram: *corr quidam apud Lamb* | hunc *vel* hanc | nummo sarciri *vel* nummos acciri ‖ 117 aedificantur *vel* aedificatur ‖ 121. Et: *corr Gul* ‖

Et, ut in usum boni et in speciem
Populó sint sibíque, ⟨h⟩aud matériae repárcunt,
Nec súmptus ⟨s⟩ibí sumptui ésse ducunt. 125
(Expóliunt, docént litterás, iura, léges
Sumptú suo et labóre.)
Nitúntur, ut alií sibi esse illórum similis éxpetant.
Ad legionem †comita adminiculum eis danunt:
†Tum iam aliquem cognatum suom. 130
†Eatenus abeunt a fabris unum ubi emeritumst stipendium.
Igitúr tum specimen cérnitur, quo euéniat aedificátio.
Nám ego ad illúd frugi usque ét probus fuí,
Ín fabrorúm potestáte dum fuí.
Póstea, quom ínmigraui íngenium in meúm, 135
Pérdidi operám fabrorum ílico oppidó.
Vénit ignáuia: éa mi tempestás fuit,
Mi áduentu suó grándinem imbremque áttulit.
Haéc uerecúndiam mi ét uirtutís modum
Déturbauit †texit detéxitque a me ílico. 140
Póstilla optígere ea[m] néglegens fuí:
Contínuo pro imbre amór aduenit [in cor meum].
Is úsque in pectus pérmanauit, pérmadefecit cór meum.
Núnc simul rés, fides, fáma, uirtús, decus[que]
Déseruerunt: égo sum in usu fáctus nimio néquior. 145
Atque édepol ita haec tigna †umide pútent: non uideó⟨r⟩ mihi
Sarcíre posse aedés meas, quin tótae perpetuaé ruant,

---

123. *ictus omisimus, ubi metra incertiora* | usum *vel* usu ‖ 124. aut: *corr quidam apud Lamb* | reparcunt *vel* neparcunt ‖ 126 sq. *secl Ri* (*compr B*) | leges *vel* lege ‖ 129. † tum *ad* comita *add B s. v.* ‖ 130 sq. *locus lacunosus est* | eatenus *etiam gloss. Pl.* | habeunt: *corr B ras* ‖ 134. in fabrorum *v. 133 adnectit B* ‖ 135. quam: *corr Guy* | i(m)migraui | in ingenium: *trai Bo* ‖ 136. oppido *vel* opido ‖ 141. opticere: *corr Ca* | *del Sey* ‖ 142. *del Bo verba quae alia depulerunt* ‖ 144. decusque *vel* que decus: *del Bo* ‖ 146. Atque *vel* At | putant: *corr* B^2 | *add Ca* ‖

[Quin] Cum fúndamento périerint, nec quísquam esse auxilió queat.
Cór dolet, quóm scio ut núnc sum atque ut fuí:
Quó neque indústrior dé iuuentute erát 150
[Arte gymnastica] dísco, hastis, pilá
Cursu, armis, equo. uictitabam uolup. 152. 153
Pársimonia é⟨t⟩ duritia díscipulinae alieís eram:
Óptumi quique éxpetebant á me doctrinám sibi. 155
Núnc, postquam nilí sum, id uero meópte ingenio répperi.

PHILEMATIVM. MERETRIX **SCAPHA.** ANCILLA **PHILOLACHES** ADVLESCENS

PHILE. Iam prídem ecastor frígida non láui magis lubénter,
Nec quóm me melius, méa Scapha, rear ésse deficátam.
SC. Euéntus rebus ómnibus, uelut hórno messis mágna,
†Fuit. PHILE. Quíd ea messis áttinet ad meám lauatiónem? 160
SC. Niló plus quam lauátio tua ad méssim. PHILO. Oh Venus uenústa,
Haec íllast tempestás mea, mihi quaé modestiam ómnem
Detéxit tectus quá fui, quom míhi Amor et Cupído
In péctus perpluít meum: neque iam úmquam opti[n]gere póssum.
Madént iam in corde párietes: periére haec oppido aédis. 165

---

148. *del Ri* ‖ 151 sqq. *del Ri* | hastis filia: *corr* B^2 | uolup *vel* uolupe | *locus lacunosus est* ‖ 154. Parsimonia (*vel* Parsimoniae) eduritia ‖ 155. tam (*vel* tam̄) e: *corr* B^2 ‖ 157. ecastor *vel* mecastor | lubenter *vel* iubenter ‖ 158. es sedeficatam *vel* es edificatam ‖ 163. que: *corr* B^2 | quam: *corr Ri* ‖ 165. haec *vel* hae ‖

PLILE. Contémpla, amabo, méa Scapha, satin haéc me uestis déceat.
Volo mé[o] placere Phílolach[et]i, meo océllo, meo patróno.
SC. Quid tú te exornas, móribus lepidís quom lepida túte's?
Non uéstem amatorés amant muliéris, sed uestis fártim.
PHILO. Ita mé di ament, lepidá⟨st⟩ Scapha: sapít scelesta múltum. 170
Vt lépide omnes ⟨mo⟩rés tenet senténtiasque amántum.
PHILE. Quid núnc? SC. Quid est? PHILE. Quin me áspice et contémpla, ut haec me déce⟨a⟩t.
SC. Virtúte formae id éuenit, te ut déceat quicquid hábeas.
PHILO. Ergo †ob hoc uerbum te, Scapha, donabo ego hodie aliqui,
Neque pátiar te istanc gráti⟨i⟩s laudásse, quae placét mi. 175
PHILE. Nolo égo te adsentarí mihi. SC. Nimis túquidem stulta's múlier.
Eho, máuis uituperári⟨er⟩ falsó quam uero extólli? 177. 178
[PHILE.] Equidém pol uel falsó tamen laudári multo málo,
Quam uéro culpari aút meam speciem álios inridére. 180
⟨PHILE.⟩ Ego uérum amo: uerúm uolo dicí mihi: mendacem ódi.
SC. Ita tú me ames, ita Phílolaches tuos té amet, ut uenústa's.
PHILO. Quid aís, scelesta? quómodo adiurásti? ita ego istam amárem?

---

167. o *del Bo* | et *del Ca* ‖ 168. Quin: *corr Bo* | *dist Ri* ‖ 169. fartim *etiam gloss. Pl.* ‖ 170. *add Gru* ‖ 171. *add Bergkius* ‖ 172. *add Ca* ‖ 175. istanc *vel* hanc | *add Bent* ‖ 176. tu quidem *vel* quidem tu ‖ 178. *add Bent* ‖ 179. 181. *del et add Canterus* ‖ 183. *pers add* D^2 ‖

Quid ista[ha]éc me, id cur[a] non ádditumst? infécta dona fácio.
Perísti: quod promíseram tibi dóno, perdidísti. 185
SC. Equidém pol miror tám ca[p]tam, tam †doctam te et bene dóctam
Nun⟨c⟩ stúltam stulte fácere. PHILE. Quin mone quaéso, siquid érro.
SC. Tu ecástor erras, quaé quidem illum expéctes unum atque ílli
Morém praecipue síc geras atque álios aspernére[s].
Matrónae, non meretríciumst unum ínseruire amántem.
PHILO. Pro Iúppiter, nam quód malum uorsátur meae dom⟨i⟩ illud? 191
Di deaéque omnes me péssumis exémplis interfíciant,
Nisi ego íllam anum interfécero sití fameque atque álgu.
PHILE. Nolo égo mi⟨h⟩i male té, Scapha, praecípere. SC. Stulta's pláne,
Quae illúm tibi aeternúm putes fore amícum et beneuoléntem. 195
Moneo égo te: te ille déseret aetáte et satietáte.
PHILE. Non spéro. SC. Insperata áccidunt magis saépe quam quae spéres.
Postrémo, si dictís nequis perdúci ut uera haec crédas
Mea dícta, ex factis nósce rem: uides quaé sim: et quae fui ánte.
Nilo égo quam nunc tu amáta sum atque uní modo gessi mórem, 200
Qui pól me, ubi aetate hóc caput colórem commutáuit,
Relíquit deseruítque me: tibi idém futurum crédo.

---

184. *del* B^2 | *dist Sey* || 185. Peristi *vel* Perdisti | dona: *corr B minio* | perdidisti *vel* perdisti || 186. *del Pius* | doctam (*vel* docta) te || 187. Non: *corr Bo* | staitam: *corr* B^2 || 189. Morem *vel* Moram | *del Ri* || 190. meretricium *vel* meritricium || 191. domillum: *corr Ca* || 192. omnes me *vel* omnes || 193. algu *vel* gelu || 194. mei || 195. putes *vel* putas || 199. *dist Sey* || 201. colorem *vel* calorem ||

PHILO. Vix cómprimor, quin ínuolem illi in óculos stimulatríci.
PHILE. Solam ílle me solí sibi suo ⟨súmptu⟩ liberáuit:
[Solam] Illí me[o] soli cénseo esse opórtere opsequéntem. 205
PHILO. Pro di ímmortales, múlierem lepidam ét pudico ingénio.
Bene hércle factum, et gaúdeo mihi níl esse huius caúsa.
(SC. Inscíta ecastor tú quidem es. PHILE. Quaprópter? SC. Quae istuc ⟨cúres⟩,
Vt te ílle amet. PHILE. Cur óbsecro non cúrem? SC. Liberá's iam:
Tu iám quod quaerebás habes: ille té nisi amabit últro, 210
Id pró capite tuo quód dedit perdíderit tantum argénti.
PHILO. Perii hércle, ni ego illam péssumis exémplis enicásso.
Illa hánc corrumpit múlierem malesuáda †uitilena.
PHILE. Numquam égo illi possum grátiam referre, ut meritust dé me:
Scapha, íd tu mihi ne suádeas, ut illúm minoris péndam. 215
SC. At hoc únum facito cógites: si illum ínseruibis sólum,
Dum tíbi nunc haec aetátulast, in sénecta male querére.
PHILO. In ánginam ego nunc mé uelim uorti, út ueneficae ílli
Faucés prehendam atque énicem sceléstam stimulatrícem.

---

204. 205. *inv libri: trai Ri* | *add Bent* | Solam *del Fl* | o *del Ca* ‖ 208—223. *secl Ladewigius* ‖ 208. inciste ecastor (*vel* castor) | *add Py ducibus aliis* ‖ 210. quod *vel* quot ‖ 212. enicasso *vel* enecasso ‖ 213. malesuadam uitilena *vel* malesuada utti (*vel* uti) lena ‖ 216. inseruibis *vel* inseruiis ‖ 218. ueneficae *vel* beneficae ‖ 219. enicem *vel* enecem ‖

PHILE. Eundem ánimum oportet núnc mihi esse, grátum ut inpetráui[t], 220
Atque ólim priusquam id éxtudi, quom illí su⟨b⟩blandiébar.
PHILO. Di⟨uí⟩ me faciant quód uolunt, ni ob ístam oratiónem
Te líberasso dénuo et ní Scapham enicásso.)
SC. Si tíbi sat acceptúmst, fore tibi uíctum sempitérnum
Atque íllum amatorém tibi propriúm futurum in uíta,
Solí gerundum cénseo morem ét capiundas crínes. 226
PHILE. Vt fámast homini, exín sole⟨t⟩ pecúniam inueníre.
Ego sí bonam famám mihi seruásso, sat ero díues.
PHILO. Siquidem hércle uendundú[m]st pater, ueníbit multo pótius,
Quam té me uiuo umquám sinam egére aut mendicáre. 230
SC. Quid illís futurumst céteris qui té amant? PHILE. Magis amábunt,
Quom ⟨mé⟩ uidebunt grátiam refér⟨re rem fe⟩rénti.
PHILO. Vtinám meus nunc mórtuos pater ád me nuntiétur,
Vt ego éxheredem †meis me bonis fáciam atque haec sit héres.
SC. Iam istáquidem absumpta [quidem] rés erit: dies nóctesque estur, bíbitur, 235
Neque quísquam parsimóniam adhibét: sagina plánest.
PHILO. In te hércle certumst príncipi[um] ut sim párcus experíri:

---

220. animum mihi oportet esse gratum ut impetu (*vel* gratum impetu qui) *Servius Dan* | *dist Ri* ‖ 221. *add* B^2 ‖ 222. *add Bo* ‖ 223. caspam | enicasso *vel* inicasso ‖ 224. sat *solus B* ‖ 226. capiendos: *corr ex* B^1 *et Nonio* (gerundum morem censeo et capiundas crines tibi) ‖ 227. *add* B^2 ‖ 229. uendundum si: *del Weisius, corr Ca* ‖ 232. *suppl Gru* ‖ 233. nunc meus *vel* meus nunc ‖ 234. heres *vel* res ‖ 237. *del Bent* ‖

Nam néque edes quicquam néque bibes apud me ⟨h⟩ís dec⟨em⟩ diébus.
PHILE. Siquíd tu in illum béne uoles loqui, íd loqui licébit:
Nec récte si illi díxeris, iam ecástor uapulábis. 240
⟨PHILO.⟩ Edepól si summo Ióui †bo argénto sacruficássem
Pro illíus capite quód dedi, numquam aéque id bene [col]locássem.
[Vt] Videás eam medúllitus me amáre: oh probus homó sum:
Quae pró me causam díceret, patrónum liberáui.
SC. Videó te nili péndere prae Phílolache omnis hómines: 245
Nunc, ne éius causa uápulem, tibi pótius adsentábor.
(Si accéptum sat habes, tíbi fore illum amícum sempitérnum.)
PHILE. Cédo mihi speculum et cum órnamentis árcuculam actutúm, Scapha,
Órnata ut sim, quom húc ⟨ad⟩ueniat Phílolaches uoluptás mea.
SC. Múlier quae se suámque aetatem spérnit, speculo ei úsu⟨s⟩ est: 250
Quíd opust speculo tíbi, quae tute spéculo speculum es máxumum?
PHILO. Ób istuc uerbum, né nequiquam, Scápha, tam lepide díxeris,
Dábo aliquid hodié pe[r]culi — tíbi, Philematiúm mea.
PHILE. Suó quique loco? uíden? capillus sátis compositust cómmode?

238. isdec *vel* isdem: *suppl Bent* ‖ 241. bo agento *vel* uiuo (*vel* ioui) argento ‖ 242. *del Guy* ‖ 243. *del Schoe* ‖ 245. Video enim te *Varro* | philolache *vel* philolace (philolacho *Varro*) ‖ 247. *secl Ac* | Is: *corr Ca* ‖ 249. *add Ri* | philolaches *vel* philolaces ‖ 250. elusa est: *corr Ca* ‖ 253. perculi *vel* ferculi: *corr* B^2 ‖ 254. uide capillum satin compositum sit *Nonius* | *dist Schoe duce Ri et Sey* ‖

SC. Ýbi tu commodá's, capillum cómmodum esse crédito. 255
PHILO. Váh, quid illa pote péius quicquam múliere ⟨me⟩morárier?
Núnc adsentatríx scelestast, dúdum aduorsatríx erat.
PHILE. Cédo cerussam. SC. Quíd cerussa opust nám? PHILE. Qui malas óblinam.
SC. Ýna opera | ebur átramento cándefacere póstules.
PHILO. Lépide dictum de átramento atque ébure. eug⟨a⟩e, plaudó Scaphae. 260
PHILE. Túm tu igitur cedo púrpurissum. SC. Nón do: scita's tú quidem.
Nóua pictura intérpolare uís opus lepidíssumum?
Nón istanc aetátem oportet pígmentum ullum attíngere,
Néque cerussam néque Melinum néque aliam ullam offúciam.
PHILE. Cápe igitur speculum. PHILO. Eí mihi misero: sáuium speculó dedit. 265
Nímis uelim lapidém, qui ego illi spéculo dimminuám caput.
SC. Línteum cape átque exterge tíbi manus. PHILE. Quid ita, óbsecro?
SC. Ýt speculum tenuísti, metuo né ol[e]ant argentúm manus:
Ne úsquam argentum te áccepisse súspicetur Phílolaches.
PHILO. Nón uideor uidísse lenam cállidiorem ullam álteras. 270

---

255. commodes: *corr Ca* ‖ 256. pote *vel* potest | muliere *vel* mulieri ‖ 258. opust ‡ nam *vel* opos nam PHILE. ‖ 260. ebure *vel* ebore | scaphae *vel* caphae ‖ 261. purpurissimum (*item glossae*) *vel* purpurissum ‖ 264. melinum: *corr Koepkius* | offugiam ‖ 265. dedit *vel* dedi ‖ 266. speculum ‡ odim minuat *vel* speculo ‡ imminuat: *corr* B^2 ‖ 268. *del Ri* ‖ 269. philolaches *vel* philolaces ‖ 270. alteram B^2 ‖

Vt lepide atque astúte in mentem uénit de speculó mal⟨a⟩e.
PHILE. Étiamne unguentís unguendam cénses? SC. Minume féceris.
PHILE. Quápropter? SC. Quia ecástor mulier récte olet, ubi níl olet.
Nám istae †ueteres, quaé se unguentis únctitant, intérpoles,
Vétulae edentulaé, quae uitia córporis fuco ócculunt, 275
Vbi sese sudór cum unguentis cónsociauit, ílico
Ítidem olent, quasi quom úna multa iúra confudít cocus:
Quíd olant, nesciás, nisi id unum, út male olere intéllegas.
PHILO. Vt perdocte cúncta callet: níl hac docta dóctius.
Vérum illuc est: máxuma adeo párs uostrorum intéllegit, 280
Quíbus anus domi súnt uxores, quaé uos dote méruerunt.
PHILE. Ágedum contempla aúrum et pallam, sátin haec ⟨me⟩ deceát, Scapha.
SC. Nón me istuc curáre oportet. PHILE. Quem óbsecro igitur? SC. Éloquar.
Phílolachem: is nequíd emat, nisi quod síbi placere cénseat. 284. 285
(Nám amator meretrícis mores síbi emit auro et púrpura.)
Quíd opust, quod suom ésse nolit, é⟨i⟩ ultro ostentárier?
Púrpura †aetate occultanda est aurum turpi múlieri:
Púlcra mulier núda erit quam púrpurata púlcrior.

---

271. male *vel* mane: *corr Ca* ‖ 274. istes *vel* iste ‖ 275. fuco *vel* suco | occultant: *corr ex Pseudoservio* ‖ 277. unam *vel* una ‖ 278. oleas: *corr Ri duce Lamb* | unum ni: *corr Ri* ‖ 279. docta *vel* dota ‖ 280. illud est maxumum adeo: illuc esse maxuma *Gellius* (*corr Sey*) ‖ 282. *add Ca* ‖ 283. curare istuc: *trai Guy* ‖ 284. is *vel* us | tibi: *corr Schoe* ‖ 286. *secl Ri* ‖ 287. nollit e *vel* nolit te: *corr Py* ‖

(Póste[a] nequiquam éxornatast béne, si moratást male. 290
Púlcrum ornatum túrpes mores péius caeno cónlinunt.)
Nám [ne]si pulcrast, nímis ornatast. PHILO. Nímis diu abstineó manu⟨m⟩. —
Quíd hic uos [diu] agitis? PHILE. Tíbi me exorno ut pláceam. PHILO. Ornatá's satis.
Ábi tu hinc intro atque órnamenta haec aúfer. sed, uoluptás mea,
Méa Philematiúm, potare técum conlubitúmst mihi [libet]. 295
PHILE. Ét edepol mihi técum: nam quod tíbi lubet, idem míhi lubet,
[PHILO.] Méa uoluptas. ⟨PHILO.⟩ Ém istuc uerbum uílest uigintí minis.
PHILE. Cédo amabo decém: bene emptum tíbi dare hoc uerbúm uolo.
PHILO. Étiam nunc decém minae apud te súnt: uel rationém puta:
Tríginta minás pro capite tuó dedi. PHILE. Cur éxprobras? 300
PHILO. Égone id exprobrém, qui mihimet cúpio id o⟨p⟩prob⟨r⟩árier
Néc quicquam argentí locaui iám diu usquam aequé bene?
PHILE. Cérte ego, quod te amo, óperam [a] nusquam mélius potui pónere.
PHILO. Béne igitur ratio áccepti atque expénsi inter nos cónuenit:
Tú me amas, ego té amo: merito id fíeri uterque exístumat. 305

---

290 sq. *secl Ri* | *del Ri* | nequicquam: *corr B* | si *vel* est | continunt: *corr ex Poen. 306* ‖ 292. ne *vel* ni: *del Ca* ‖ 293. *del Weisius* ‖ 295. philomatium | *del Bent* ‖ 296. id mihi B^2 ‖ 297. eam: *corr B ras* | minis *vel* minus ‖ 298. decum: *corr Ac* ‖ 301. *add* B^2 *et rubr. in B* ‖ 302. tam: *corr Ca* ‖ 303. opera manus quam: *corr* B^2 ‖ 305. me amas ego te amo *vel* amas ego "amo "te | id *vel* di ‖

(Haéc qui gaudent, gaúdeant perpétuo suo sempér bono.
Qui ínuident, neumquam eórum quisquam inuídeat prosus cómmodi⟨s⟩.)
PHILE. Áge accumbe igitur. cédo aquam manibus, púere: appone hic ménsulam:
Víde, tali ubi sint. uín unguenta? ⟨PHILO.⟩ Quíd opust? cum stacta áccubo.
Séd estne hic meus sodális, qui huc incédit cum amicá sua? 310
Ís est: Callidamatés cum amica [cum] incédit. euge, oculús meus:
Cónueniunt manupláres eccos, praédam participés petunt.

CALLIDAMATES. ADVLESCENS **DELPHIVM.** MERETRIX **PHILOLACHES.** ADVLESCENS

PHILEMATIVM
MERETRIX

CAL. Aduórsum ueníri mihi ád Philolachem
Voló temperi: aúdi: em, tibi ímperatumst.
Nám illi ubi fui[t] índe éffugi forás: 315
Ita mé male conuíui sermónisque taésum⟨s⟩t.
Núnc co[m]misatum íbo ad Philolachétem,
Vbi nos hilari ingénio et lepide accípie⟨n⟩t.
[Ha]Ecquid tibi uideor ma-m-ma-madere?
DEL. Semper istoc modo moratus * * uitae debebas. 320. 321

306 sq. *secl Langenus* ‖ 307. *post v. 308 exstat: trai Ac* | inuideat *vel* inuidiat | *add* B^2 ‖ 308. puer *et* mensam: *corr ex Prisciano* ‖ 309. stacte *B rubr.* ‖ 311. cum *vel* eccum: *del Bo* ‖ 313. uenire *vel* uenere: *corr Dousa* ‖ 315. *del Ca* ‖ 316. me *vel* me ibi | tesunt: *corr Pareus* ‖ 317. commisatum *vel* commissatum ‖ 318. elepida: *corr B* | *add Lorenzius* ‖ 319—324. *cf. ad v. 123* ‖ 319—321. *compr B* (*sed* Semper) ‖ 319. mammam adire: *corr ex v. 331* ‖ 320. 324. 328. *pers s. v. habet B* (*om* ♯) ‖ 320 sq. *lac sign Ri* ‖

CAL. Visne ego te ac tu me amplectare?
DEL. Si tibi cordist facere, licet. CAL. Lepida's.
Duce me amabo. DEL. Caue ne cadas: asta.
CAL. Ó-o-ocellus és meus: tuós su[u]m alumnus, mél meum. 325
DEL. Cáue modo, né prius ín uia accubás
Quam ílli, ubi léctus est strátus †coimus.
CAL. Síne sine cadere mé. DEL. Sino. ⟨CAL.⟩ †Sed hoc quod mihi ín manu[se]st.
⟨DEL.⟩ Sí cades, nón cades, quín cadam técum.
CAL. Iacéntis tollet póstea nos ámbos aliquis. 330
DEL. Madet hómo. ⟨CAL.⟩ Tun mé a[h]is ma-m-mámadere?
DEL. Cedo mánum: nolo équidem te ádfligi.
CAL. Ém tene. ⟨DEL.⟩ Age [i]í simul.
Quó[d] ego eam, an scís? CAL. Scio: in méntem uenít [DEL.] modo:
Nempe domum eo co[m]missatum. †CAL. Immo istuc quidem iam memini. 335
PHILO. Núm non uis me óbuiam his eíre, anime mí?
[DEL.] Íl⟨l⟩i ⟨e⟩go ex ómnibus óptume uoló.
[DEL.] Iám reuortár. PHILE. Diust 'iam' íd mihi.
CAL. Écquis hic ést? PHILO. Adest. CAL. Eú, Philolachés.
Sálue, amicíssume mi ómnium hominúm. 340
PHILO. Dí te ament. áccuba, Cállidamatés.
Vnde agis te? CAL. Vnde homo ébrius probé.

---

322. amplectere: *corr Py* ‖ 323. corde est ‖ 325. Hohohocellus *vel* Ohohocelles: *corr Bo* | *del* B^2 ‖ 326. accũbas *B*, ˜ *minio* ‖ 328. sinos & (*vel* & &): *add Herm* | *del B minio* ‖ 329. clades quin *vel* dades quiin: *corr* B^2 ‖ 331. mea his *vel* meã uis: *corr Scal* | mammam adere (*vel* adire) ‖ 332. CAL. ‖ 333—335. *tres v. sunt in B* (— scis — domum eo) ‖ 333. DEL. | *add Ac* | ii *vel* u: *corr Ca* ‖ 334. *del B* | eam *vel* cam | *del Gru* ‖ 335. CAL. *B s. v.* ‖ 336. DEL. ‖ 337. *del Ca* | Ilico: *corr Ca* ‖ 338. *del Ca* | CAL. ‖ 339. DEL. | Eec (*vel* hec) quis | CAL. Adest # eu *B* ‖ 342. Probe *v. 343 adhaeret* (PHIL. *praem* D^2) ‖

⟨PHILE.⟩ Quín amabo áccubas, Délphium meá?
⟨PHILO.⟩ Dá illi quod bibát. ⟨CAL.⟩ Dórmiam ego iám.
DEL. Núm mirum aut nouóm quíppiam facít? 345
⟨PHILO.⟩ Quid égo | hoc faciam póstea, mea? ⟨DEL.⟩ Síc sine eum[i]pse.
⟨PHILO.⟩ Age tu ínterim da ab Délphio cito cántharum circum.

ACTVS II

TRANIO. PHILOLACHES. CALLIDAMATES.
SERVOS ADVLESCENTES II
DELPHIVM. PHILEMATIVM
MERETRICES II

TR. Iúppiter suprémus summis ópibus atque indústriis
Mé perisse et Phílolachetem cúpit erilem fílium.
Óccidit spes nóstra: nusquam stábulumst confidéntiae.
Néc Salus nobís saluti iam ésse, si cupiát, potest: 351
Íta mali maeróris montem máxumum ad portúm modo
Cónspicatus sum. érus aduenit péregre: periit Tránio.
Écquis homost, qui fácere argenti cúpiat aliquantúm lucri,
Quí hodie sese éxcruciari meám ui⟨cem⟩ possít pati? 355
Vbi sunt isti plágipatidae férritribacés uiri
Vél isti, qui hosti⟨cá⟩s trium numm[or]um caúsa subeunt súb falas,
Vbi †aliqui quique dénis hastis córpus transfigí solet?

---

343. *add Lorenzius duce Ri et Sey* | accubas *vel* accumbas ‖ 344. *add Schoe* (CAL. D^2) | # Dormiam: *corr Vss* ‖ 345. PHILO. | quippiam *vel* quippam ‖ 346. DEL. *add Ca* | *del Gru* ‖ 347. *add Ca* ‖ 348. industriis *vel* industris ‖ 351. Nec salus: *corr Scal* | Itam aliam eroris (*vel* erroris): *corr* B^2 ‖ 355. *add Py* (mea uice B^2) ‖ 357. Vel *vel* Vibi | hastis: *corr Ri* | *del Ri* | falsa: *corr Ca* ‖ 358. Vbi *vel* Vel | solet *vel* solent ‖

Égo dabo ei taléntum, primus qui ín crucem excucúrrerit:
Séd ea lege, ut óffigantur bís pedes, bis bráchia: 360
Vbi id erit factum, á me argentum pétito praesentárium.
Séd ego, sumne [ille] infélix, qui non cúrro curriculó domum?
PHILO. †Adest opsónium: eccum Tránio a portú redit.
TR. Phílolaches. PHILO. Quid ést? TR. ⟨Et⟩ ego et tu — PHILO. Quíd et ego et tu? TR. péri⟨i⟩mus?
PHILO. Quíd ita? TR. Pater †adatest. PHILO. Quid ego e⟨x⟩ te aúdio? TR. Absumptí sumus: 365
Páter, inquam, tuos uénit. PHILO. Vbi is est, óbsecro? TR. * * adest.
PHILO. Quís id ait? quis uídit? TR. Egomet, ínquam, uidi. PHILO. Vaé mihi.
Quíd ego ago[m] nam? TR. Quíd tu malum me rógitas quid agas? áccuba[n]s.
⟨PHILO.⟩ Tútin uidisti? TR. Égomet, inquam. PHILO. Cérte? TR. ⟨Certe,⟩ inquam. PHILO. Óccidi,
Sí tu uera mémoras. TR. Quid mihi sít boni, si méntiar? 370
PHILO. Quíd ego nunc faciám? TR. Iube haec hinc ómnia amolírier.
Quís istic dormit? PHILO. Cállidamates. súscita istum, Délphium.
DEL. Cállidamates, Cállidamates, uígila. CAL. Vigilo: cédo ut bibam.

---

362. *del Py* ‖ 363. aedit: *corr B* ‖ 364. est ego (TR *s. v. B*): *add Dousa* | tu perimus (TR. *s. v. B*): *corr Py* ‖ 366. *lac sign Gru* ‖ 368. agam: *corr Lamb* | numquid (TR. *praem B s. v.*): *corr Schoe* | # Me | *del Ca* ‖ 369. *add* D^2 Tuin *vel* Tuiin: *corr Fl* | *add Ca* ‖ 370. mentirer: *corr Py* ‖ 372. Quid: *corr B minio* ‖

DEL. Vígila: pater aduénit peregre Phílolachae. CAL. Valeát pater.
PHILO. Válet illequidem atque ⟨égo⟩ disperii. CAL. Bís peristi? quí potest? 375
PHILO. Quaéso edepol *, exsúrge: pater aduénit. CAL. Tuos uenít pater?
⟨Í,⟩ iube abire rúrsum: quid illi réditio | etiam húc fuit?
PHILO. Quíd ego agam? pater iam híc me offendet míserum adueniens ébrium,
Aédis plenas cónuiuarum et múlierum. miserúmst opus,
Ígitur demum fódere puteum, úbi sitis faucés tenet: 380
Sícut ego aduentú patris nunc quaéro, quid faciám miser.
⟨TR.⟩ Écce | autem hic dépos⟨i⟩uit cáput et dormit. súscita[t].
⟨PHILO.⟩ Étiam uigilas? páter inquam aderit iam híc meus. CAL. Ain tú? pater?
Cédo soleas mihi, ut árma capiam: iám pol ego occidám patrem.
DEL. Pérdis rem: tace amábo. ⟨TR.⟩ Abripite hunc íntro actutum intér manus. 385
CAL. Iam hércle ego uos pro mátula habebo, nísi mihi matulám datis.
PHILO. Périi. TR. Habe bonum ánimum: ego istum lépide medicabó metum.
PHILO. Núllus sum. TR. Taceás: ego qui istaec sédem meditabór tibi.

---

374. PHIL. *praem B et* CAL. *s. v.* (DEL. *et* PHIL. D^2) || 375. *add Py* | disperi: *corr B minio* | # Bis (TR. D^2) || 376. *lac sign Ri* || 377. *add Schoe* || 378. offendit || 380. *solus habet B* || 382. i *add Ca* | suscitat: *corr B ras* || 383. adherit: *corr B ras* | meus ain (CAL. *B s. v.*) || 385. PHIL.: *corr Sey* | *add Niemeyerus* || 386. nisi mihi *vel* mihi || 387—392. *pers s. v. habent* BD^2 (*om* #) || 387. meditabo *vel* medicabo || 388. Nullum: *corr* B^2 | ista hec: *corr B ras* ||

Sátin habes, si ego áduenientem íta patrem faciám tuom
Nón modo ne intro ⟨e⟩át, uerum etiam ut fúgiat longe ab aédibus? 390
Vós modo hinc abíte intro atque haec hínc propere amolímini.
PHILO. Vbi ego ero? TR. Vbi máxume esse uís: cum | hac, cum istác eris.
DEL. Quíd si igitur abeámus hinc nos? TR. Nón hoc longe, Délphium.
Nam íntus potate haú tantillo hác quidem causá minus.
PHILO. Eí mihi, quom, istaec blánda dicta quo éueniant, madeó metu. 395
TR. Pótin ut animo sís quieto et fácias quod iubeó? PHILO. Potest.
TR. Ómnium primúm, Philematium, íntro abi, et tu, Délphium.
DEL. Mórigerae tibi érimus ambae. TR. Íta ille faxit Iúppiter.
Ánimum aduorte núnciam tu, quaé uolo accurárier.
Ómnium primúmdum | aedes iám fac occlusaé sient. 400
Íntus caue mu⟨t⟩tíre quemquam síueris. PHILO. Curábitur.
TR. Támquam si intus nátus nemo in aédibus habitét. ⟨PHILO.⟩ Licet.
⟨TR.⟩ Neú quisquam respónset, quando hasce aédis pultabít senex.
PHILO. Númquid aliud? TR. Cláuem mi harunc aédium Lacónicam

---

389. *post* tuum *inseritur* Non modo hinc abite intro atq; hec inquid: *del* B^2 || 390. *add* B^2 || 393. PHIL. D^2 | Quid est: *corr Bo* | abeamus *vel* habeamus | delephuum *vel* delephyum: *corr B* || 394. Nam entus: *corr* B^2 || 395. ista haec (h *er. B*) || 396—398. animo ut: *trai Bent* | iubeo potest *et* ambae ita (*pers s. v. B*) | delphum *vel* delphym: *corr* B^2 || 399. nunc tu iam (*vel* tulam): *trai Bent* | accurarier *vel* accurrarier || 402. stintus: *corr B* || 403. *add* D^2 | putabit: *corr B* || 404. harumc *et* iaconicam: *corr Ca* ||

Iám iube efferri íntus: hasce ego aédis occludam híne foris. 405
PHILO. Ín tuam custod⟨é⟩lam meque et meás spes trado, Tránio.
TR. Plúma haud interést, patronus án cliens †probrior siet. 407. 408

TRANIO. SPHAERIO
SERVOS PVER

TR. Hominí, quoi nulla in péctorest audácia,
[Nam quoíuis homini, uél optumo uel péssumo] 410
Quamuís desubito fácilest facere néquiter.
[Clauém cedo atque abi íntro atque occlude óstium.] 411[b]
Verum íd uidendumst, íd uiri doctíst opus,
Quae díssignata sínt et facta néquiter,
Tranquílle cuncta et út proueniant síne [mo] malo,
Niquíd potiatur, quam ób rem pigeat uíuere. 415
Sicút ego efficiam, quaé facta hic turbáuimus,
Profécto ut liqueant ómnia et tranquílla sint,
Neque quícquam nobis páriant ex ⟨s⟩e[i] incómmodi.
Sed quíd tu egredere, Sp⟨ha⟩ério? * * * *
* * * * * * * * iamiam: óptume
Praecéptis paruísti. SPH. Iussit máxumo 420
Opere órare, ut patrem áliquo absterrerés modo,

---

406. custodiam: *corr Bo* || 407. accliens *vel* addiens *vel* andiens: *corr* B^2 | probrior *vel* proprior | sciet: *corr B ras* || 409. est in pectore: *trai Py* || 410. *secl Ri* | cuius uis *vel* cuius: *corr B ras* | homine: *corr* B^2 || 411[b]. *secl Ac: cf. 425* | abii: *corr B ras* | occludi ostius: *corr* B^2 || 412. docte est: *corr B ras* || 413. dissignata *vel* dissignita | nequitia: *corr Dousa* || 414. *post v. 415 exstat: trai Ac* | mo malo *vel* mo molo || 415. Niquid *vel* Nequid | patiatur *B e corr* || 416. turbabimus: *corr Lamb* || 417. linqueant: *corr B* || 418. exei *vel* exeis: *corr Ca* || 419. egrederes perio (perii *corr B*): *corr Sey* | *lac sign Schoe* || 420. *pers suppl B* || 421. Opete ||

Ne intro íret ad se. TR. Quín etiam illi hoc dícito:
Factúrum, ut ne etiam áspicere aedis aúdeat,
Capite óbuoluto ut fúgiat cum summó metu.
Clauím cedo atque abi [hinc] íntro atque occlude óstium, 425
Et ego hínc occludam. iúbe uenire núnciam:
Ludós ego hodie uíuo praesenti híc seni
Faciám: quod credo mórtuo numquám fore.
Concédam a foribus húc: hinc speculabór procul,
Vnde áduenienti sárcinam inponám seni. 430

ACTVS III

THEOPROPIDES. TRANIO
SENEX SERVOS

TH. Habeó, Nep⟨t⟩une, grátiam magnám tibi,
Quom mé⟨d⟩ amisisti áb⟨s⟩ te uix uiuóm domu⟨m⟩.
Verúm si posthac mé pedem latúm modo
S⟨c⟩ies ínposisse in úndam, hau causast, ílico
Quod núnc uoluisti fácere quin faciás mihi. 435
Apage, ápage te a me núnciam post húnc diem:
Quod créditurus tíbi fui, omne crédidi.
TR. Edepól, Neptune, péccauisti lárgiter,
Qui occásionem hanc ámisisti tám bonam.
TH. Triénnio post Aégypto aduenió domum: 440
Credo éxspectatus uéniam familiáribus.

---

422. adest quin (TR. *s. v. B*): *corr Py* ‖ 424. obuolutu *vel* obuoluto ‖ 425. *cf. 411*[b] ‖ 427. hodi *vel* hodie | sene: *corr B*[2] ‖ 428. quo do edo: *corr B*[2] ‖ 429 sq. *scaena significatur nova* ‖ 431. *add B*[2] ‖ 432. d *add Guy* | ad (a *B ras*) te: *corr Stu* | modo: *corr Thomas* ‖ 433. Virum ‖ 434. illico est: *trai Scriverius, dist Weisius* ‖ 436 sq. acage: *corr B* | *dist Bo* ‖ 437. omni: *corr B*[2] ‖

TR. Nimio édepol ille pótuit exspectátior
Veníre qui te núntiaret mórtuom.
TH. Sed quíd hoc? occlusa iánuast intérdius.
Pultábo. ⟨h⟩eus, [h]ecquis ⟨híc⟩ est? aperitín foris? 445
TR. Quis homóst qui nostras aédes accessít prope?
TH. Meus séruos hicquidemst Tránio. TR. O Theó-⟨p⟩ropides,
Ere, sálue: saluom te áduenisse gaúdeo.
Vsquín ualuisti? TH. Vsque, út uides. TR. Factum óptume.
TH. Quid uós, insanin éstis? TR. Quidum? TH. Síc: quia 450
Foris ámbulatis: nátus nemo in aédibus
Seruát, neque qui reclúdat neque qui[s] †respondeat.
Pultándo [pedibus] paene cónfregi ⟨h⟩asce ambás ⟨foris⟩.
TR. E⟨h⟩o, an tú[te] tetigisti has aédis? TH. Cur non tángerem? 454. 455
Quin púltando, inquam, paéne confregí foris.
TR. Tetigístin? TH. Tetigi, inquam, ét pultaui. TR. Váh. TH. Quid est?
TR. Male hércle factum. TH. Quíd est negoti? TR. Nón potest
Dicí quam indignum fácinus fecisti ét malum.
TH. Quid iám? TR. Fuge obsecro átque abscede ab aédibus: 460
Fuge húc, fuge ad me própius. tetigistín foris?
TH. Quo módo pultare pótui, si non tángerem?
TR. Occídisti hercle — TH. Quém mortalem? TR. omnís tuos.

---

445. hecquis ista perit in: *corr Schoe duce Leone* ‖ 447. theuropides ‖ 448. galue: *corr* B^2D^2 | saluom *vel* saluem ‖ 449. Vsque inualuisti: *corr ex gloss. Pl.* ‖ 452. *del* B^2 ‖ 453. *del Bo* | confregi *vel* confrigi | *suppl Ri* ‖ 454 sq. *add* B^2 | tute *vel* tete | tetigisti *vel* tetigistis ‖ 456. confrigi: *corr* B^2 ‖ 459. facinus *vel* facimus ‖ 461. propius *vel* proptus *vel* propitius ‖

TH. Di té deaeque omnis ⟨f⟩áxint cum isto⟨c⟩ ómine —
TR. Metuó, te atque istos éxpiare ut póssies. 465
TH. Quam ob rem? aút quam subito rém mihi adportás nouam?
* * * * * * * * * * * *
TR. Et, heús, iube illos íllinc am[a]bo abscédere. 467
TH. Apscédite. TR. Aédes ne áttigatis. tángite
Vos quóque terram. TH. Obsecro hércle, quin †eloquere.
TR. Quia séptem menses súnt, quom in hasce aedís pedem
Nemo íntro tetulit, sémel ut emigráuimus. 471
TH. Elóquere, quid ita? TR. Círcumspicedum, númquis est
Sermónem nostrum qui aúcupet? TH. Tutúm probest.
TR. Circúmspice etiam. TH. Némost: loquere núnciam.
TR. Capitále scelus factú⟨m⟩st. TH. Quid est? non intéllego. 475
TR. Scelus, ínquam, factumst iám diu antiquom ét uetus.
⟨TH.⟩ Antíquom? ⟨TR.⟩ Id adeo nós nunc factum inuénimus.
TH. Quid istúc est scele⟨ri⟩s[te] aút quis id fecít? cedo.
TR. Hospés necauit hóspitem captúm manu —
Iste, út ego o[p]pinor, qui hás tibi aedis uéndidit. 480
TH. Necáuit? TR. Aurumque éi ademit hóspiti
Eumque híc defodit hóspitem ibidem in aédibus.
TH. Quaprópter id uos fáctum suspicámini?
TR. Ego dícam: ausculta |. út foris cenáuerat
Tuos gnátus, postquam rédi⟨i⟩t a cená domum, 485
Abímus omnes cúbitum, condormíuimus.

---

464. f *add* B^2 | homine: *corr* BD *ras* || 466. *lac sign Sey* || 467. *del Scal* || 468. taedis *Diomedis* | atigate: *corr ex Diomede* || 469. TH. *suppl B* || 473. Sermonum: *corr* B^2 | TR. *B* || 475. Capitali scedis facta est: *correximus duce Bergkio* || 478. sceleste: *corr Spengelius* || 479. negauit: *corr* B^2D^2 | *dist Sey* || 480. (h)astibus: *corr* B^2 || 481. Necauit *vel* Cecauit | et: *corr Scioppius* || 482. en aedibus: *corr* B^2 || 484. aut: *corr B ras* D^2 || 485. *add Dousa* || 486. gubitum: *corr* B^2D^2 ||

Lucérnam forte oblítus fueram extínguere:
Atque ílle exclamat dérepente máxumum.
TH. Quis homo? án gnatus meus? TR. Śt tace: auscultá modo.
Ait uénisse illum in sómnis ad se mórtuom. 490
TH. Nempe érgo in somnis? TR. Íta, sed auscultá modo.
Ait íllum hoc pacto síbi dixisse mórtuom —
TH. In sómnis? TR. Mirum quí⟨n⟩ uigilanti díceret,
Qui abhínc sexaginta ánnis occisús foret.
Intérdum inepte stúltus es ⏑ ⏓ ⏑ – 495
TH. Taceó. TR. Sed ecce, quae ílli in – ⏑ ⏓ ⏑ –
'Ego tránsmarinus hóspes sum Diapóntius.
Hic hábito | , haec mihi déditast habitátio:
Nam me Ácheruntem récipere Orc[h]us nóluit,
Quia praémature uíta careo. pér fidem 500
Decéptus sum: hospes †hic me necauit, ísque me
Defódit insepúltum clam [ibidem] in hisce aédibus,
Sceléstus, auri caúsa. nunc tu hinc émigra:
Scelestae haé sunt aedes, ímpiast habitátio'.
Quae hic mónstra fiunt, ánno uix possum éloqui. 505
St st.
TH. Quid óbsecro hercle fáctumst? TR. Concrepuít foris.
⟨INTVS⟩ Hicíne percussit? TH. Gúttam haud habeo sánguinis:
Viuóm me accersunt Á[d]cheruntem mórtui.
⟨TR.⟩ Per⟨ii:⟩ íllisce hodie hanc cónturbabunt fábulam. 510

---

489. Si tace: *corr Ca* ‖ 490. adesse: *corr B* ‖ 493. *add Py* | diceret *vel* dicerit ‖ 495 sq. *lac sign B* ‖ 498. habeto *vel* habito ‖ 499. me *vel* ine ‖ 500. hareo: *corr* B^2D^2 ‖ 501. hospes *vel* hopes ‖ 502. *del Bent* | his ce aedibus *vel* his cedibus ‖ 504. sunt aedesimpla est: *corr Pius* ‖ 505. monitra: *corr* B^2 ‖ 506 sq. Sedet *vel* Setet: *corr Gru, discr Bo* | fores: *corr* B^2 ‖ 508. *add Brixius* ‖ 509. adcheruntem *vel* adacheruntem: *corr Dousa* ‖ 510. TR. *add Ca* ‖

Nimis quám formido, né manufesto hic me ópprimat.
TH. Quid túte ⟨te⟩cum lóquere? ⟨TR.⟩ Abscede ab iánua:
Fuge, óbsecro hercle. TH. Quó fugiam? etiam tú fuge[s].
TR. Nil égo formido: páx mihist cum mórtuis.
INTVS. Heus, Tránio. ⟨TR.⟩ Non me áppellabis, sí sapis.
Nil égo commerui, néque istas percussí fores.
Quaeso ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – Quid? ségreges
⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⟨TH. Quaé r⟩es te agitat, Tránio?
[TR.] Quicum ísta[h]ec loquere? ⟨TR.⟩ An quaéso tu appelláueras?
Ita mé di amabunt, mórtuom illum crédidi
Expóstulare, quía percussissém fores.
Sed tu, étiamne astas néc quae dico optémperas?
TH. Quid fáciam? TR. Caue respéxis, fuge, [atque] operí caput.
TH. Cur nón fugis tu? TR. Páx mihist cum mórtuis.
TH. Scio: quíd modo igitur? cúr tanto opere extímueras?
TR. Nil mé curassis, ínquam: ego mihi prouídero.
Tu ut óccepisti, tántum quantum quís fu⟨g⟩e
Atque Hérculem inuoca[bi]. TH. Hércules, te⟨d⟩ ínuoco.
TR. Et égo — [u]tibi hodie ut dét, senex, magnúm malum.
Pro di[i] ímmortales, óbsecro uostrám fidem,
Quid égo hodie negóti confecí mali[m].

---

511. opprimat *vel* opprimant ‖ 512. TR.: *corr Ca* | Quit te tu cum | TR. *add Ca* | abscede *vel* abcede ‖ 513. *del Pareus* ‖ 515. TH. Heus: *corr Rostius* ‖ 516. quommerui ‖ 517 sq. *lac sign libri* ‖ 518. *suppl Ca* ‖ 519. h *del* B^2 | appellaueras *vel* apellaueras ‖ 520. amabant mortum *vel* amabunt mortuum ‖ 521. percussisses: *corr Ac* ‖ 522. *dist Sey* | astias *vel* astras ‖ 523. *del Guy* ‖ 527. fui ‖ 528. *del Bent* | TH. *suppl B* | *add Fl* ‖ 531. malum: *corr Guy* ‖

DANISTA. TRANIO. THEOPROPIDES
SERVOS SENEX

DA. Sceléstiorem ego ánnum argento faénori
Numquam úllum uidi, quam híc mihi annus óptigit.
A máni a⟨d⟩ noctem usque ín foro degó diem:
Locáre argenti némini nummúm queo. 535
TR. Nunc pól ego perii pláne in perpetuóm modum.
Danísta adest, qui dédit ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ –
Qui amícast empta quóque – ⏑ ⏓ ⏑ –
Manufésta res est, nísi quid occurró prius,
Ne | hóc senex rescíscat. ibo huic óbuiam. 540
Sed quídnam hic sese tám cito recipít domum?
Metuó ne de hac re quíppiam in⟨d⟩audíuerit.
Accédam atque adpellábo. ei, quam timeó miser.
Nil ést miserius quam ánimus hominis cónscius,
Sicút me ⟨male⟩ habet. uérum ut ut res [es]sése habet, 545
Pergám turbare pórro: ita haec res póstulat.
Vnde ís? TH. Conueni illum, únde hasce aedis émeram.
TR. Numquíd dixisti de íllo quod dixí tibi?
TH. Dixi hércle uero | ómnia. TR. Ei miseró mihi: 549ᵃ
(Etiám fatetur de hóspite? TH. Immo pérnegat.
TR. Cape óbsecro hercle cúm [m]eo | una iúdicem:
Sed eúm uideto ut cápias, qui credát mihi:
Tam fácile uinces, quám pirum uolpés comest.) 549ᵉ
Metuó ne techinae meaé perpetuo périerint. 550
TH. Quid tú⟨te⟩ tecum? TR. Níl enim. sed díc mihi:

---

533. uidi *vel* iud ‖ 534. mane: *corr Ri* | *add* B^2D^2 ‖ 537 sq. *lac sign B* ‖ 539. quod: *corr Angelius* ‖ 540. rescissat ‖ 542. *add Bo* ‖ 543. et: *corr Taubmannus* ‖ 545. *add Niemeyerus* | *del* B^2 ‖ 547. his: *corr B ras* | hasce aedis *vel* has cedis ‖ 548. dixit: *corr B ras* ‖ 549ᵃ. et *vel* Vet ‖ 549ᵇ—549ᵉ. *secl Ac: cf 553. 557 sqq.* ‖ 549ᶜ. hercle obsecro | cum *vel* com ‖ 551. dic *vel* dit ‖

†Dixtin quaeso? TH. Díxi, inquam, ordine ómnia.
TR. Etiám fatetur de hóspite? TH. Immo pérnegat.
TR. Negat? ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ – quom cógita
⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⟨TH.⟩ Dícam, si conféssus sit. 555
[TH.] Quid núnc faciundum cénses? TR. Egon quid cénseam?
Cape, óbsecro hercle, cúm eo | una iúdicem:
Sed eúm uideto ut cápias, qui credát mihi:
Tam fácile uinces, quám pirum uolpés comest.
DA. Sed Phílolachetis séruom | ec⟨c⟩um Tránium, 560
Qui míhi neque faenus néque sortem argentí danunt.
TH. Quo té agis? TR. Ne[c]quoquam ábeo. — ne ego súm miser,
Sceléstus, natus de[h]ís inimicis ómnibus.
Iam illó praesente adíbit. ne ego homo súm miser:
Ita et hínc et illinc míhi ex⟨h⟩ibent negótium. 565
Sed óccupabo adíre. DA. Hic ad me it: sálu⟨o⟩s sum:
[TR.] Spes ést de argento. ⟨TR.⟩ Hílarus est: frustrást homo.
Saluére iubeo té, Misargyridés, bene.
DA. Salué[et]to. qui⟨d⟩ de argéntos⟨t⟩? TR. Abi sis, bélua:
Contínuo adueniens pílum iniecistí mihi. 570
⟨Certe⟩ híc homo inanis ést. TR. Hic homost certe ⟨h⟩áriolus.
DA. Quin tu ístas mittis trícas? TR. Quín quid uís, cedo.
Vbi Phílolaches est? TR. Númquam potuistí mihi

---

552 sq. TH. *suppl B* (*bis*) | *cf. 549*[b] ‖ 554 sq. *lac sign libri* ‖ 554. Negat *vel* Necat ‖ 556. TH. *bis B* ‖ 557 sqq. *cf. 549*[cde] ‖ 558. ut *vel* u ‖ 559. uinces *vel* uincis ‖ 560. *add B*[2] ‖ 562. quoquom: *corr B*[2] ‖ 563. *del Pius* ‖ 565. *add B*[2] ‖ 566. meis | *add B*[2] ‖ 567. *add Ca* | *dist Ri* ‖ 568. mi sarcirites *vel* mis artirites: *corr ex Donato* ‖ 569. Salue et tu: *corr Lachm* | *add B*[2] ‖ 570. Continuo *vel* Continu ‖ 571. *suppl Sey* ‖ 572. mittis *vel* mittistis | TR. *suppl B* ‖ 573. # *pro* TR. ‖

Magis ó⟨p⟩portunus áduen⟨ire quam⟩ áduenis.
DA. Quid ést? ⟨TR.⟩ Concede huc. ⟨DA. ⏑ ⏑ faenus réd⟩ditur? 575
TR. Scio té bona esse uóce: ne clamá nimis.
DA. Ego hércle uero clámo. TR. Ah, gere morém mihi.
DA. Quid tíbi ego morem uís geram? TR. Abi quaeso híne domum.
DA. Abeám? TR. Redito huc círciter merídiem.
DA. Reddéturne igitur faénus? TR. Reddet[ur]: núnc abi. 580
DA. Quid ego húc recursem aut óperam sumam aut cónteram?
Quid si híc manebo pótius ad merídiem?
TR. Immo ábi domum. uerum hércle dico: †abi domum.
At uólo ⏑ – ⏑ faénus — nqu ⏑ ⏑ ⏑ o. 583[b]
DA. Quin uós mihi faenus dáte. quid hic nugámini?
TR. Eu hércle, ne tu — abí modo: auscultá mihi. 585
DA. Iam hercle égo illum nominábo. TR. Euge strénue.
* * * * * * * * * * * *
(Beátus uero's núnc, quom clamas. DA. Meúm peto.
[DA.] Multós me hoc pacto iám dies frustrámini.
Moléstus si sum, réddite argentum: ábiero. 590
Respónsiones ómnes hoc uerbo éripis.
TR. Sortem áccipe. DA. Immo faénus, id primúm uolo.
TR. Quid áis, tu hominum ómnium taetérrume?

---

574 sq. Magius *vel* Maius: *corr B* | *lac sign libri* | concede *vel* conde | *suppl Ri* || 576. NECLAMATMIMIS: ne *cum lac*: *suppl Ca* || 577. clamabo (*sic A, ut vid*) *vel* clamo | GERE: cherem (*corr B*[2]) || 578. G(ERAM): ceram (*corr B*[2]) || 579. (H)UC: hunc (*corr B*[2]) | (MERI)DIEM: meridie || 580. *del Guy* || 581. SUMAM: summam || 582. si hic manebo: *post* SI *discrepabat A* | meridiem (*sic A*) *vel* merediem || 583[a]. DOMUM*UERUM | DOMUM: modo || 583[b]. *solus A habet* (ATUOLO) || 586 sq. ILLUM: illunc (*corr D*) | *lac sign Ri* || 588—597. *secl Schoe* || 588 sq. #MEUMPETO: meum puto (*pers corr Pius*) || 591. ERIPIS: eripit || 593. OMNIUMHOMINUM: hominem omnium: *corr B*[2] ||

Venísti huc te extentátum? agas quod ín manust.
Non dát, non debet. DA. Nón debet? TR. Ne[c] frít quidem 595
Ferre híne potes. an métuis, nequo abeát foras
Vrbe éxolatum faénoris causá tui?) 597
Quoi sórtem accipere iám †licebit. DA. Quin non peto 599
Sortem: íllue primum, faénus, reddundúmst mihi. 600
⟨TR.⟩ Moléstus ne sis: némo dat: age quídlubet.
Tu sólus credo faénore argentúm datas.
DA. Cedo faénus, redde faénus, faenus réddite.
Datúrin estis faénus actutúm mihi?
Datúr faenus mihi? ⟨TR.⟩ Faénus illic, faénus hic. 605
[TR.] Nescít quidem nisi faénus fabulárier
Vnóse: neque ego taétriorem béluam
Vidísse me umquam quémquam quam te cénseo.
DA. Non édepol tu nunc me ístis uerbis térritas. 609
(Calidum hóc est: etsi prócul abest, urít male.) 666
TH. Quod illúc est faenus, ópsecro, quod illíc petit? 610
TR. Pater éccum aduenit péregre non multó prius
Illíus: is tibi et faénus et sortém dabit:
Ne incónciliare quíd nos porro póstules.
Vide núm moratur. DA. Quín feram, siquíd datur.

---

594. MANV(ME)ST ‖ 595. *del Ac* | erit: *corr Ellisius* ‖ 596. (hi)NC: hoc | METUISNEQUOABE**: Quo habeat *post lac* ‖ 597. URB(EE)XOLATUMFAENORIS: Vrbem exsul (*lac*) his (*vel* hic) ‖ 598. CUIORTEMAC(CIP)ERE(IA)MLICEB(IT): Quoi sortem (*lac*) cebit ‖ 600. *solus A habet* ‖ 601. SIT | quid (*sic A*) *vel* quod ‖ 603. redde faenus (*sic A*) *vel* rede funus | reddite *vel* redite: REDDIDETE ‖ 604. (EST)IS: estiis ‖ 605. DATURFAENUSMIHIFAENUS: Date mihi fenus fenus ‖ 607. UNO** (*suppl Stu*): Vetro te (Vltro te *Sey*) | BELUAM: belum (*corr B*²) ‖ 608. quemquam (*vel* quamquam) quam: QUEMQUAM ‖ 609. TUNCMEISTIS: nunc me tu istis (*vel* tu tuis): *corr Schoe* ‖ 666. *secl Ri et cum Ac trai post 665* | ABESTURIT: habes tu rita ‖ 610. *hinc saepius B* H. *pro* TR. (*interdum etiam pro* TH.) et S. *vel* SI. *pro* TH. (*interdum etiam pro* TR.) *habet* | ILLUC: illud | obsecro quod illic petit (*sic A* [OPSECRO]) *vel* et sortem dabit (*e v. 612*) ‖ 612. ESTSORTEM ‖ 613. quid (*sic A*) *vel* quod ‖

TH. Quid aís tu? TR. Quid uis? ⟨TH.⟩ Quís illic est?
quid illíc petit? 615
Quid Phílolachetem gnátum compellát ⟨meum⟩
[TR.] Sic ét praesenti tíbi facit conuícium?
[TH.] Quid illí debetur? TR. Óbsecro hercle, ⟨tú⟩ iube
Obí⟨cere⟩ argentum ob ós inpurae béluae.
TH. Iubeám —? TR. Iube [in] homini argénto os
uerberárier. 620
DA. Perfácile ego ictus pérpetior argénteos.
⟨TR.⟩ Audín? uidetur, óbsecro hercle, idóneus,
Danísta qui[d] sit, génus quod inprobíssumumst?
TH. †Non ego istuc curo, qui sit, únde sit:
†Id uolo mihi dici, id me scire éxpeto, 625
[TR.] Quod illúc argentumst. TR. Est — huic debet
Phílolaches
Paulúm. TH. Quantillum? TR. Quási quadragintá
minas.
Ne sáne id multum cénseas. TH. Paulum íd qui
demst?
Adeo étiam argenti faénus credit⟨um⟩ aúdio.
TR. Quattúor quadraginta ílli debentúr minae, 630
Et sórs et faenus. DA. Tántumst: nilo plús peto.
TR. Velím quidem hercle ut úno nummo plús petas.
Dic té daturum, ut ábeat. TH. Egon dicám dare?
TR. Dic. TH. Egone? TR. Tu ipsus. díc modo:
auscultá mihi.

---

616. *add Ca* ‖ 617. conuitium *vel* contium ‖ 618. *add Schoe* | iubi ‖ 619. *add Mue* ‖ 620. homini *vel* homine | argentos *vel* argenteos: *corr* B^2 ‖ 621. perpetior *vel* pepetior ‖ 622—625. *extant post* 628: *trai Ri* (*duce Bo*) ‖ 623. improbissimum est *vel* improbissimus est ‖ 626. illud: *corr Ri* | *dist Leo* ‖ 627. Paululum *vel* Paulum | quadraginta *vel* quadragenta *vel* quadringenta ‖ 630. *iteratur post v.* 652, *ubi sequuntur* 631. 632, *quos huc traxit Ri confirmante A et Servio* | DA. | Quattuor (*sic A*) *vel* Quatuor (Centum *Servius, ut vid*) | librae *Servius, ut vid* ‖ 631. TANTUNST: tantum est # ‖ 632. Velim *vel* Vellm | NUMO ‖ 633. abeat *vel* habeat ‖

Promítte, age inquam: ego iúbeo. TH. Respondé mihi:
Quid eóst argento fáctum? TR. Saluomst. TH. Sóluite 636
Vosmét igitur, si sáluomst. TR. Aedis fílius
Tuos émit. TH. Aedis? TR. Aédis. TH. Euge, Phílolaches
Patrís⟨s⟩at: iam homo in mércatura uórtitur.
⟨TR.⟩ Nam póstquam haec [c]aedis ít⟨a⟩ erant ut dixí tibi, 640
Contínuost alias aédis mercatús sibi.
⟨TH.⟩ Ain tu aédis? TR. Aedis ínquam. sed s⟨c⟩in quoíusmodi?
TH. Qui scíre possum? TR. Váh. TH. Quid ést? TR. Ne mé roga.
TH. Nam quíd ita? ⟨TR.⟩ Speculocláras, can⟨d⟩orém merum. 644. 645
TH. Bene hércle factum. quíd, eas quanti déstinat?
TR. Taléntis [a]magnis tótidem quot ego et tú sumus.
Sed árraboni has dédit quadragintá minas:
* * * * * * * * * * * *
Hi⟨n⟩c súmpsit, quas ei dédimus. satin intéllegis? 650
TH. Bene hércle factum. ⟨DA.⟩ Heus, iam ádpetit merídie⟨s⟩.
⟨TR.⟩ Absólue hunc quaeso, uómitu[m] ne hic nos énecet.
⟨TH.⟩ Aduléscens, mecum rém habe. DA. Nempe aps té petam.
TH. Petitó cras. DA. Abeo: sát habeo, si crás fero.

---

637. saluomst *vel* saluom si ‖ 638. TH. *ante* euge *suppl B* ‖ 639. *add* B^2 ‖ 640. 641. *extant post* 650: *trai Ri* | *del* B^2 ‖ 642. Ain *vel* An | TR. *suppl B* | sint quouis *vel* in quoius: *corr* B^2 ‖ 644sq. TR. *add Ca* | speculo claras canorem (*vel* conorem): *corr Spengelius* ‖ 647. DA.: *corr Sarac* | *del Pius* | quod: *corr* B^2 *cum Servio* ‖ 649. *lac sign Ri* ‖ 650. *add Py* | quasi: *corr B* | satin *vel* santin | *cf. ad v. 640 sq.* ‖ 651. DA. *add Py* | s *add Sarac* ‖ 652. *add Py* | *del Bo* | *cf. ad v. 630* ‖ 653. habe (*sic A*) *vel* habet ‖ 654. ABEO (*om* #): habeo (*corr B ras*) | PETO ‖

TR. Malúm quod isti dí deaeque omnés duint: 655
Ita méa consilia pérturbat paeníssume.
Nullum édepol hodie génus est hominum taétrius
Nec mínus bono cum iúre quam danísticum.
TH. Qua in régione istas aédis emit fílius?
TR. Ecce aútem perii. TH. Dícisne hoc quod té rogo? 660
TR. Dicám: sed nomen dómini quaero quíd siet.
TH. Age, cómminiscere érgo. TR. Quid ego núnc agam,
Nisi ut ín uicinum hunc próxumum ⏑ ⏓ ⏑ –
Eas émisse aedis húiius dicam fílium.
Calidum hércle esse audiui óptumum mendácium. 665
Quidquíd dei dicunt, íd decretumst dícere. 667
TH. Quid ígitur? iam comméntu's? TR. Di istum pérduint —
Immo ístunc potius. — dé uicino hoc próxumo
Tuos émit aedis fílius. TH. Bonán fide? 670
TR. Siquidém tu argentum rédditurus, túm bona:
Si rédditurus nón es, non emít bona.
[TH.] Non ín loco emit pérbono? TH. Immo in óptumo.
[TH.] Cupio hércle inspicere hasce aédis. pultadúm fores
Atque éuoca aliquem | íntus ad te, Tránio. 675
TR. Ecce aútem perii. núnc quid dicam néscio.
Iterúm iam ad unum sáxum me fluctús ferunt.

---

655. QUAD | DIDEAEQ·: de deaque (*corr B*²) ‖ 656. peruertit *Priscianus* | P(ENISS)UME (*ut vid*): plenissime: *corr ex Prisciano* ‖ 657. edepol hodie: EDEPOL ‖ 659. QUAREIN ‖ 661. SIET: sciet (*corr B minio*) ‖ 663. (PR)O(XI)MUMḌ——RḌIḚ(*vel* ——ṖERCITẼ): proximum mendacium (*cf. 665*) ‖ 664. HUIIUS: huius ‖ 665. ESSEAUDIUI: audiui esse | *cf. ad 609 sq.* ‖ 667. QUḌQUID | DECRETUNST: decretum est *vel* rectum est ‖ 668. ḚTCOMMENTUST: commentus: *corr Lamb* | di istum (*sic A*) *vel* diis tuum ‖ 669. ISTUNC: istuc ‖ 670. TH. *suppl B* ‖ 671. TUARGENTUMREDDITURUS: es argentum redditurus (*corr Vss*) ‖ 673. *del Sey* | TR.: *corr Sey* | INOPTUMO: optumo ‖ 674. *del Sey* | HASCEAEDES: has caedis ‖ 675. ADTETRANIO: atte (*vel* atite) terno ‖ 676. PERII: iterum ‖

⟨TH.⟩ Quid núnc? ⟨TR.⟩ Non hercle quíd nunc faciam réperio.
Manufésto teneor. TH. Éuocadum aliquem ócius,
Roga círcumducat. TR. Heús tu, at hic sunt múlieres: 680
Vidéndumst primum, utrum eaé uelintne an nón uelint.
TH. Bonum aéquomque oras. í, percontare ét roga:
Ego híc tantisper, dum éxis, te opperiár foris.
TR. Di té deaeque omnis fúnditus perdánt, senex:
Itá mea consilia úndique oppugnás male. 685
[TR.] Eugae óptume eccum | aédium dominús foras
Simó progreditur íntus. huc concéssero,
Dum míhi senatum cónsili in cor cónuoco.
Igitúr tum accedam huc, quándo quid agam inuénero.

SIMO. THEOPROPIDES. TRANIO
SENES II SERVOS

SI. Mélius anno hóc mihi nón fuit domí, 690
Néc quod una ésca me iúuerit magís.
Prándium uxór mihi pérbonum dedít.
Núnc dormitúm iubet me íre: minumé.
Nón mihi fórte uisum ílico fuít,
Mélius quom prándium, quám solet, dedít. 695

---

678. *add Schoe* | #NON: non | REPERIO: recerio ‖ 679. OCIUS: foras ‖ 680. hic (*sic A*) *vel* hinc ‖ 681. eae (*sic A*) *vel* eẽ | UELINTAUTNON ‖ 682. AEQUMQ·ROGASIPERCUNCTARE: aequomque oras percontare ‖ 684. Di te *et* perdant (*sic A*) *vel* Dice (*ex* Dide) *et* pedant ‖ 685. MALI: mala ‖ 686. *del Ca* | EUGAE: fuge | optume (*sic A*) *vel* obtume ‖ 687. INTUS: ipsus ‖ 688. MIHI: mi ‖ 689. Igitur (*sic A*) *vel* Itur | huc (*sic A*) *vel* hunc | INUENERO: enuenero ‖ 691. NECQUODUNAESCAMEIUUERIT: Ne quod est cauna meruerit ‖ 692. PRANDIUM: Peranium (*corr* B^2) ‖ 693. MEIRE: mieire (*corr* B^2) ‖ 694. ilico (*sic A*) *vel* iloco ‖ 695. QUM: quam | QUAMSOLET: quam solum ‖

Vóluit in cúbiculum abdúcere me anús:
Nón bonust sómnus de prándio: apagé.
Clánculum ex aédibus me édidi forás:
Tóta turgét mihi uxór, scio, domí.
TR. Rés paratást mala in uésperum huic sení: 700
Nam ét cenandum ét cubandúmst ei malé.
SI. Quóm magis cógito cúm meo animó:
Síquis dotatam úxorem atque †ánum habet,
Néminem sollícitat sópor: ibi ómnibus
Íre dormitum ódiost. uelut⟨i⟩ núnc mihi 705
Éxsequi cérta res ést, ut abeám
Pótius hinc ád forum quám domi cubém.
Átque pol néscio ut móribus siént
Vóstrae: haec sat sció †quam habeat malé,
Péiius posthác fore quám fuit mihí. 710
TR. Abitus tuos tíbi, senex, fécerit malé,
Níl erit quód deorum úllum accusités,
Te ípse iure óptumo mérito incussés licet.
Témpus nunc ést senem hunc ádloqui mihí.
Hóc habet: répperi, quí senem dúcerem, 715
Quó dolo a mé dolorém procul péllerem.
Áccedam. — dí te ament plúrumum, Simó.
SI. Sáluos sis, Tránio. TR. Vt uales? SI. Nón male.
Quíd agis? TR. Hominem óptumum téneo. SI. Amicé facis,

---

696. abducere me anus (*sic A*) *vel* abducerem eamus ‖ 697. BONUMESTSOMNUM: bonus somnus est: *corr Ri* ‖ 699. DOMI: nunc domi ‖ 700. MALE ‖ 701. et cubandumst ni trahis: EIETCUBANDUMEST: *trai Ri* ‖ 703. ATQ·ANUMHABET: habet *post lac* ‖ 704. sopo *cum lac:* SOPORINOMNIBUS: *corr Ri* ‖ 705. DOMITUM | ue *cum lac*: UELUTNUNCMIHI: *corr Ri* ‖ 706. ABEAM: habeam (*corr B ras*) ‖ 709. UOSTRA | quam (*sic A, ut vid*) *vel* quam me ‖ 710. PEIIUS: Pelius ‖ 712. ULLUM: nullum (*corr B*²) ‖ 713. IPSEI | INCUSSES: incusis (*corr B*²) ‖ 714. senem (*sic A*) *vel* semen: *item v. 715: cf. v. 716* | ADLOQUIMIHI: adloquimini ‖ 715. CIRCUMDUCEREM ‖ 716. *pro hoc v. 714 iterat A, sed* MIHIHUNCADLOQUISENEM | Quod: *corr B*² ‖ 718. TRANIOUT ‖ 719. AGIS#: agis (TR. *s. v. B*) | #AMICE: uamice (SI. *et* a *s. v. B*) ‖

Quóm me laudás. TR. Decet cérte. SI. Quin me-
hércle te 720
Haú bonum téneo séruom. 721
(⟨TH.⟩ Héia, mastígia, ad mé redi. TR. Iam ísti
ero. 741
SI.) Quíd nunc? quam móx — TR. Quid est? SI. Quód
solét fíeri hic 722
Íntus — TR. Quid id ést? SI. Scis iam, quíd loquar.
síc decet:
* * * morém geras. 725
Víta quam sít breuis, †simul cogita. ⟨TR.⟩ Quid?
Ehem, uíx tandem percépi super his rébus nostris té
loqui. 727. 728
SI. Músice hercle ágitis aetátem ita ut uós decet:
Víno et uictú, piscatú probo eléctili 730
Vítam * cólitis. TR. Immó uit⟨a⟩ antehác erat:
Nunc nobis †communia haec exciderunt.
SI. Quídum? TR. Ita oppido óccídimus omnés,
Simo.
SI. Nón taces? próspere uóbis cuncta úsque adhuc
Prócesserúnt. TR. Ita ut dícis facta haú nego. 735
Nós profectó probe ut uóluimus uíximus:
Séd, Simo, ita nunc uéntus nauem ⟨nóstram⟩ deseruít —
SI. Quid est?

---

720. me laudas *vel* mel audis | #CERTEQUINM——: certe hercle (SI. *s. v. B*) te: *corr Schoe duce Gru* ‖ 721. HAUDBONUM: habeo hau‖Bonum ‖ 741. *versum ab aliis traïectum secl Schoe* | *add Ca* | HEIA: Eia | MEREDI(#IAMISTIERO): meredieam (TR. *s. v. B*) istic ero ‖ 722 sq. nunc: NUM | QUIDISEST | FIERIHIC‖INTUS: fieri‖Hic (*vel* SI. Dic) *cum lac* | SCISIAMQUIDLOQUARSIC: loquar (*vel* TR. loquar) *post lac* ‖ Sic (*vel* SI. Sic) ‖ 725. *lac sign libri* ‖ 726. breuis (*et* simul *s. v.*) *vel* breui simul | # Quid ‖ 727 sq. percipio super rebus nostris loqui te *Festus* ‖ 731. *lac sign Spengelius* ‖ 732. *cf. ad v. 123* ‖ 733. Quidum ita *vel* Qudum ita (TR. *s. v. B*) ‖ 734—736. *tres v. in B* (— processerunt — nos): *discr Ca* ‖ 735. hau *vel* haud ‖ 737—740. *quinque v. in B* (— nauem — pessimo — in terra — Quia): *discr Bo* ‖ 737. scimo *vel* simo | *suppl Ca* | SI. *s. v. B* ‖

Quó modo? ⟨TR.⟩ Péssumo. ⟨SI.⟩ Quaéne[c] subdúcta erat
Túto in terra? TR. Eí. SI. Quid est? TR. Mé miserum: occidí.
SI. Quí? TR. Quia uenit náuis, nostrae náui quae frangát ratem. 740
SI. Velim, út †tu uelles, Tránio. s⟨ed⟩ quíd est negoti? TR. Éloquar: 742
Erus péregre uenit. SI. Túnc * * * * * * cor ténditur:
Inde férriterium: póstea * * ⟨TR. * * g⟩enua óbsecro,
Ne indícium ero faciás meo. SI. E me, néquid metuas, níl sciet. 745
TR. Patróne, salue. SI. Níl moror mihi istíusmodi cliéntis.
TR. Nunc hóc, quod ad te nóster me [me] misít senex —
SI. Hoc míhi responde prímum, quod ego té rogo:
Iam de ístis rebus uóster quid sensít senex?
TR. Nil quícquam. ⟨SI.⟩ [u]Numquid íncrepitauit fílium? 750
TR. Tam líquidu[me]st quam liquida ésse tempestás solet.
Nunc te hóc orare iússit opere máxumo,
Vt síbi liceret ínspicere hasce aedís tuas.
SI. Non súnt uenales. TR. Scío equidem istuc: séd senex
Gynaéceum aedificáre uolt hic ín suis 755
Et bálineas et ámbulacrum et pórticum.
SI. †Quid consomniáuit? TR. Ego dicám tibi:
Dare uólt uxorem fílio quantúm potest:
Ad eám rem facere uólt nouom gynaéceum.

---

738. *add Bo* | *del Py* ‖ 742. tu *vel* ut/// | trannios # est *vel* trannios est *et* qd *s. v.* | eloquar *vel* eloquere ‖ 743 sq. *lac sign libri* | *add Ca* ‖ 745. sciat: *corr* B^2 ‖ 750. increpitauit *vel* increpauit ‖ 751. *del Guy duce Ca* ‖ 753. hasce aedis *vel* has cedis ‖ 755. Gyneceum *vel* Cineceum ‖

Nam síbi laudauisse hásce ait architéctonem 760
Nescíoquem exaedificátas insanúm bene.
Nunc hínc exemplum cápere uolt, nisi tú neuis.
Nam ille eó maiore hinc ópere sibi exemplúm petit,
Quia isti úmbram audiuit ésse aestate pérbonam
Sub súdo columine úsque perpetuóm diem. 765
SI. Immo édepol uero quom úsque quaque umbrást, tamen
Sol sémper hic est úsque a mani ad uésperum.
Quasi flágitator ástat usque ad óstium,
Nec mi úmbra hic usquamst, nísi si in puteo quaépiamst.
TR. Quid? Sársinatis écquast? si Vmbram nón habes.
SI. Moléstus ne sis: haéc sunt sicut praédico. 771
TR. At támen inspicere uólt. SI. Inspiciat, sí lubet.
Siquíd erit quod illi pláceat, de exempló meo
Ipse aédificato. TR. Eón, uoco huc hominem? SI. Í, uoca.
TR. Alexándrum magnum atque Ágathoclem aiunt máxumas 775
Duo rés gessisse: quíd mihi fiet tértio,
Qui sólus facio fácinora inmortália?
Vehit híc clitellas, uéhit hic autem altér senex.
Nouícium mihi quaéstum institui nón malum:
Nam múliones múlos clitellários 780

---

760. LAUD(AUI)SS(EAI)THAS(ARCHITEC)TONEM: laudasse hasce ait architectonem *vel* laudasse ait architectorem ‖ 761. EXAEDIFICATASESSE(IN)SA(N)UM: aedificatas (*vel* esse aedificatas) has sane: *corr Stu* ‖ 763. MAIOREHINC: malo *cum lac* S(IBI)EX——: exemplum (*vel* ex te exemplum) ‖ 764. ISTIUMBRAM: hic *cum lac* | AESTATE(MIHI)ESSEAUD(IUIT): esse aestate *post lac* (*corr Ca*) ‖ 765. SUBS(UD)OCOL(UMI)NEUSQ· (*suppl Stu*): Subdiu col *cum lac* ‖ 767. HUCUSQ·AMANE: hic est usque amane: *corr ex Servio* ‖ 768. hostium (*sic A*) *vel* ostium ‖ 769. Nec (*sic A*) *vel* Haec | UMBRAHIC: umbra ‖ 770. ARSINATISECQUAEST: sarsinatis ec (*vel* et) quam est | *dist Taubmannus* ‖ 774. Ipse (*sic A*) *vel* Ispe | *dist Sey* | IUOCA: uoca ‖ 778. UEHIT(HIC)CLITELLAS: Vehit clitellas (*vel* ditellas: hic *add* B^2) ‖

Habént, at ego habeo hómines clitellários.
Magní sunt oneris: quícquid imponás, uehunt.

TRANIO. THEOPROPIDES. SIMO
SERVOS SENES II

TR. Nunc húnc hauscio án conloquár. congrediar.
Heus, Théopropides. TH. Hem, quis hic nóminat me?
TR. Eró seruos múltimodis suó fidus. TH. Vnde is? 785
TR. Quod mé miserás, adfero ómne impetrátum.
TH. Quid illíc, opsecró, tam diú destitísti?
TR. Sení non erát otium: íd sum opperítus.
TH. Antíquom optinés hoc tuóm, tardus út sis.
TR. Heus tú, si uolés uerbum hoc cógitare: 790
Simúl flare sórbereque haúd factu fácilest.
Ego híc esse et íllic simítu hau potui.
TH. Quid núnc? TR. Vise, spécta tuo úsque arbitrátu.
TH. Age dúc me. TR. Num moror? TH. Súbsequor te.
TR. Senéx ipsus te ánte ostium éccum opperítur. 795
Sed út maestus ést se hasce ⟨aedís⟩ uendidísse.
TH. Quid tándem? TR. Orat út suadeám Philolachéti,

---

781. (ATE)GO (*suppl Stu*): ego ‖ 783. *scaenam om A* | HUNC-HAUDSCIO: nunc hausclo: *corr* B^2 | CONLOQUAR: con # conloquar (*corr* B^2) ‖ 784. THEOROPIDES: theupropides *vel* theuropides | HEMQUISHIC: Hem *cum lac* (quis *add* B^2) ‖ 785. MULTIMODIS-FILIUS#UNDEIS: multum suo *cum lac* (fidelis *add* B^2): *corr Ri* ‖ 786. Quo (*sic A*) *vel* Quod ‖ 788. ERATOTIUM: otium erat *vel* otium *cum lac* | operitus *vel* opperitus (*sic A*) ‖ 789. tardus (*sic A*) *vel* pardus | SIES ‖ 791. haud (*sic A*) *vel* aut ‖ 792. ILLIC-SIMITUHAU: illi simul hau *vel* illic simul et haud ‖ 793. NUNUIS#UISASPECTA# | TUOUSQ·: tuo ‖ 794. DUC: # Duc *vel* ‖ Duc | #NOMMOROR: nunc moror: *corr Ca* ‖ 795. IPSUSTE: ipse te *vel* ipse | KOSTIUM | eccum operitur (*vel* opperibitur): ILLUDOPPERITUR ‖ 796. SEDUT: sed | SESE | *suppl Ri* ‖

Vt ístas remíttat sibí. TH. Haud opínor.
Sibí quisque rúri metít. si male émptae
Forént, nobis ístas redhibére haud licéret. 800
Lucrí quicquid ést, id domúm trahere opórtet.
Miséricordiá s * * * hominem opórtet.
TR. Moráre hercle, * * facis. súbsequere. ⟨TH.⟩ Fíat.
⟨TR.⟩ Dó tibi ego operam: sénex illic est. ém, tibi adduxi hominem * *
SI. Sáluom te aduenísse peregre gaúdeo, Theó⟨p⟩ropides. 805
TH. Deí te ament. SI. Inspícere[n] te aedis [te] hás uelle aiebát mihi.
⟨TH.⟩ Nísi tibist incómmodum. SI. Immo cómmodum. [SI.] i intro atque ínspice.
TH. Át enim mulierés — SI. Caue tu ullam flócci faxis múlierem.
Quálubet perámbula aedis óppido tamquám tuas.
TH. 'Támquam'? TR. Ah, caue tu ílli obiectes núnc in aegritúdine 810
Te hás emisse. nón tu uides hunc uóltu ut tristi | ést senex?
TH. Vídeo. TR. Ergo inridére ne uideáre et gestire ádmodum:
Nóli facere méntionem †te emisse. TH. Intéllego:
Ét bene monitum dúco atque ⟨es⟩se exístumo humani íngeni[o].
Quíd nunc? SI. Quin tu [TR.] is íntro atque otióse perspecta, út lubet. 815

---

799. metit *vel* metuit ‖ 800. liceret *vel* placeret ‖ 802 sq. *lac sign libri* ‖ 803. subsequere fiat *vel* subsequere: *add Gru* ‖ 804. *add Bo* | ego *vel* senex | hominem *vel* homine | *lac sign Richterus* ‖ 805. theuropides ‖ 806. Inspiceren te (*vel* inspicerent) aedes te: *del Pareus* | belle ‖ 807. incommodum est: *trai Bent* | TH. Immo ‖ 808. ullam flocci *vel* illam floxci ‖ 812. uideare et *vel* uideare ‖ 814. *add Bo* | humano *corr B* ‖ 815. i *ex* is *B minio* ‖

TH. Béne beni⟨gne⟩que árbitror te fácere. ⟨SI.⟩ Factum edepól uolo.
(SI. Vín qui perductét? TH. Apage istum pérductorem: nón placet. 816[b]
[SI.] Quí⟨cqui⟩d est, [TH.] errábo potius, quám perductet quíspiam.) 816[c]
TR. Víden uestibulum ante aédis hoc et ámbulacrum, quoíusmodi?
TH. Lúculentum edepól profecto. TR. Age spécta postes, quoíusmodi,
Quánta firmitáte facti et quánta crassitúdine.
TH. Nón uideor uidísse postis púlcriores. ⟨SI.⟩ Pól mihi 820
Eó pretio empti fúerant olim. TR. Aúdin 'fuerant' dícere?
Víx uidetur cóntinere lácrimas. TH. Quanti hosce émeras?
⟨SI.⟩ Trís minas pro istís duobus praéter uecturám dedi.
TH. Hércle qui multum ímprobiores súnt quam a primo crédidi.
SI. Quápropter? TH. Quia édepol ambo ab ínfumo tarmé⟨s⟩ secat. 825
⟨TR.⟩ Íntempestiuós excisos crédo: id eis uitiúm nocet.
Átque etiam nunc sátis boni sunt, sí sunt inductí pice.
Nón enim haec pultífagus opifex ópera fecit bárbarus.
[TR.] Víden coagmenta in fóribus? TH. Video. TR. Spécta quam arte dórmiunt.
TH. Dórmiunt? TR. Illúd quidem, ut coníuent, uolui dícere. 830

816[a]. *add Ca* ‖ 816[bc]. *secl Sey* | *cf. v. 847* ‖ 817. SI. | amplacrum (*corr B*) | *dist Vss* ‖ 818. SI. Age ‖ 819. Quanta *vel* Qua(m) ‖ 821. Aut in *vel* Auden | fuerat (n *s. v. B*) ‖ 823. istis diebus ‖ 825. tramisecat: *corr Scal duce* B^2 (s *s. v.*) ‖ 826. *add Ca* | INTEMPESTIUSEXCISSOS | DOCET ‖ 827. ETIANNUNC ‖ 828. PULTUFAGIS ‖ 829. *del Ca* | DORMIUNT: dormunt (*corr* B^2) ‖

Sátin habes? ⟨TH.⟩ Vt quícquid magis contémplor, tanto mágis placet.
TR. Víden pictum, ubi ludíficat[ur] una córnix uolturiós duos?
TH. Nón edepol uideo. ⟨TR.⟩ Át ego uideo[r]: nam ínter uolturiós duos
Córnix astat: éa uolturios duó uicissim uéllicat.
Quaéso huc ad me spécta, cornicem út conspicere póssies.
Iám uides? TH. Profécto nullam equidem íllic cornicem íntuor. 836
TR. Át tu isto ad uos óptuere, quóniam cornicém nequis
Cónspicari, sí uolturios fórte possis cóntui.
TH. Ómnino, ut te absóluam, nullam píctam conspicio híc auem.
TR. Áge, iam mitto: ignósco: aetate nón quis optuérier.
TH. Haéc quae possum, ea míhi profecto cúncta uehementér placent. 841
SI. Látius demumst óperae pretium iuísse. TH. Recte edepól mones.
SI. Eho, istum, puere, círcumduce hasce aédis et concláuia.
Nam égomet ductarém, nisi mi esset ápud forum negótium.
TH. Ápage istum a me pérductorem: níl moror ductárier. 845
Quícquid est, errábo potius, quám perductet quíspiam. 846. 847

---

831. Satin (*sic A*) *vel* Satim ‖ 832. *del Bent* | UNACORNIX: cornix una | DUOS: duo ‖ 833. *solus habet A* | *add Bo* | *del Stu* ‖ 834. duo: DUOS | UELLICAT: uellitat: *corr* B^2 ‖ 835. POSSIES: possis ‖ 836. UIDES#: uides (TH. *s. v. B*) | CORNICUMINTUOR: cornicem intueor (*vel* intues) ‖ 841. placent (*sic A*) *vel* iacent ‖ 842. (DEMUNST)OPERERAE | pretium *vel* tretium | RECTE: Erecte (*corr B ras*) ‖ 843. PUERE: puer | HOSAEDIS ‖ 844. egomet (*sic A*) *vel* ego mes | nisi mihi (*sic A*) *vel* # mihi ‖ 845. AMEPERDUCTOREM: me *cum lac* ‖ 847. ESTER(RA)BOPOTIUSQUAM: est *cum lac: cf. v. 816*[c] ‖

SI. Aédis dico. TH. Ergo íntro eo igitur síne perductore. SI. Ílicet.
TH. Íbo intro igitur. TR. Máne sis uideam, né canis — TH. Agedúm uide.
⟨TR.⟩ Ést: abi, canis: est, ábin dierecta? ábin hinc in malám crucem? 850
Át etiam restás? abi istinc. ⟨SI.⟩ Níl periclist: †age
Tám placidast quam féta quaeuis: eíre intro audactér licet.
[SI.] Éo ego hinc ad forúm. TH. Fecisti cómmode: bene ámbula.
Tránio, age canem ístam a foribus ⟨áliquis⟩ abducát face,
Étsi non metuéndast. TR. Quin tu illam áspice ut placide áccubat. 855
Nísi molestum uís uideri te átque ignauom. TH. Iam út lubet.
Séquere hac me igitur. TR. Équidem haud usquam a pédibus apscedám tuis.

ACTVS IV

PHANISCVS
ADVORSITOR

Seruí qui, quóm culpá carent, tamén malum metuónt,
[H]Ei sólent esse éris utíbiles.

---

848. AEDES: Adis | #ILICET: ilicet (SI. *s. v. B*) ‖ 849. IGITUR: igitur est (*corr B²*) | UIDE: unde ‖ 850. *add Ca* | CANIEST | ABINDIERECTE (*vix* A): abi dierecta (*vel* dierecte) est (directe *B²*) | in malam (*sic A*) *vel* malam ‖ 851. restas (*sic A, ut vid*) *vel* restat | ABI: est abi (*vel* ab: *corr B²*) ‖ 852. QUAEUISIRE: qua uis eire ‖ 853. Eo (*vel* Ec) ego: EGOABEO ‖ 854. *suppl Weisius* (*om etiam A*) ‖ 855. ILLAASPICE (*ut vid*) ‖ 856. TH. *s. v. B* ‖ 857. haud (*sic A*) *vel* hau | a pedibus (*sic A*) *vel* ab edibus ‖ 858. quom *vel* quo: CUM | CARENT: carint ‖ 859 sq. Hii: *corr Sey* | *cf. Men. 984 sqq.* ‖

Nam illí qui nil metuónt, †postquam sunt malum meriti, 860
Stultá sibi expétunt consília:
Exércent sese ad cúrsuram: fugiúnt. sed [hi]i si reprehénsi sunt,
Faciunt a malo peculio quod nequeunt * * * 863. 864
Augent ex pauxil⟨lo⟩ * * * * * de parant. 865
Mihi in pectore consili* * * * malam rem prius
Quam ut meum * * * * *
Vt adhuc fuit mihi corium esse oportet
Sincerum atque, †ut uotem uerberare.
Si huic ímperábo, probé téctum habébo, 870
Malúm quom impluít ceterís, ne inpluát mi.
Nam út serui uolúnt ésse erum, ita solét:
†Bonis sum improbis sum, malus fuit.
Nam núnc domi nostrae tót péssumi uiuónt
Pecúli suí prodigí, plagigéruli. 875
Vbi aduórsum ut eant uoc⟨it⟩ántur ero:
'Non eó, molestus né sis.
Scio quód properas: gestís aliquo: iam hercle íre uis, mula, forás pastum'.
Béne merens hóc preti[um] inde ábstuli: abi⟨í⟩ foras:
Sólus núnc eo aduórsum ero ex plúrumis séruis. 880
Hóc di⟨e⟩ crástini quóm erus rescíuerit,
Máne castigábit eos búbulis exúuiis.
Póstremo minóris pen⟨do t⟩érgum illorum quám meum:
Ílli erunt bucaédae multo pótius quam ego sim réstio.

---

862. *del Sey* ‖ 863 sqq. *cf. ad v. 123* | *lac sign libri* ‖ 865. *add* B^2 ‖ 870. tectum *vel* tecum ‖ 871. ceteros: *corr* B^2 ‖ 873. improbis sum *vel* improbis sunt ‖ 875—877. *duo v. sunt in B* (— eant) ‖ 876. Vocantur *vel* Vocatur: *add Herm* ‖ 878. hercle *vel* erde/// (*er.* t) *vel* erede (d *ex* t) ‖ 879. *del Herm* | unde | abstultabi: *corr Bo duce Ca* ‖ 881. *add* B^2 ‖ 883. *add* B^2 *in lac* ‖

PINACIVM (?). PHANISCVS
ADVORSITORES II

PI. Máne tu atque adsiste ílico, 885a
Phánisce: etiam réspicis? 885b
⟨PH.⟩ Míhi molestus né sis. 886a
PI. Víde ut fastidit símia. 886b
Manesne ilico, impure parasite?
PH. Qui párasitus sum? ⟨PI.⟩ Ego ením dicam: cibo pérduci poterís quouis.
PH. Mihi súm, lubet esse: quid íd curas?
PI. Ferócem facís, quia †te eratus amat. ⟨PH.⟩ Vah, 890
Oculi dolent. PI. Qur? PH. Quia fumus molestus est.
PI. Tace sís, faber, qui cúdere soles plúmbeos nummos.
PH. Nón potes tu cógere mé ut tibi maledícam.
Nóuit erus me. ⟨PI.⟩ Suám quidem pól culcitul[l]am opórtet.
PH. Si sóbrius sis, male nón dicas. ⟨PI.⟩ Tibi optémperem, quom tu †mihi nequeas? 895. 896
Át tu mecum, péssume, ito aduórsus. ⟨PH.⟩ Quaeso hercle ábstine
Iám sermonem de ístis rebus. ⟨PI.⟩ Fáciam et pultabó foris.
Heus, écquis hic est, máxumam his qui iniúriam
Foribús defendat? écquis has aperít foris? 900
Homo némo hincquidem foras éxit.

885b *et* 886a. *compr B* ‖ 885b. respices *vel* respicis *vel* respice ‖ 886b *et* 889. *compr B* (*sed* Milis *pro* Mihi): *trai Ac* ‖ 887. *cf. ad v. 123* ‖ 888. poteres: *corr Ca* ‖ 889. *cf. ad 886b* ‖ 890. amatuha: *add Ca* ‖ 891. *cf. ad v. 123* (*a* Quia *v. incohabat A, ut vid*) | MOLES(TU)S(EST): molestus ‖ 892. sis (*sic A*) *vel* si | nummos *vel* numbosnos ‖ 895 sq. neq,eas ‖ 897. PESSIMEITO (*ut vid*): pessimi tu | *add Spengelius* ‖ 898. *add Ri* ‖ 899. qui his (*item A, ut vid*): *trai Guy* ‖ 900. (EC-QUISH)ASAPERITFORIS: hec quis ec (*vel* hec) quis huc exit atque aperit ‖ 901 *et* 902a. *compr B,* 902a *et* 902b *compr A: discr Stu* ‖ 901. HOMONEMO (*ut vid*): Nemo ‖

Vt esse áddecet nequam hominés, ita sunt. 902ª
Sed eó magis cautóst opus,
Ne huc éxeat qui male múlcet. 903

TRANIO. THEOPROPIDES.
SERVOS SENEX

PHANISCVS. PINACIVM (?)
ADVORSITORES II

TR. Quíd tibi uisumst mércimoni? TH. * * totus gaúdeo.
TR. Núm nimio emptae tíbi uidentur? TH. †Númquam edepol ego mé scio 905
Vídisse umquam abiéctas aedes, nísi modo hasce. TR. Ecquíd placent?
TH. Écquid place⟨a⟩nt, mé rogas? immo hércle uero pérplacent.
TR. Quoíusmodi gynaéceum? quid pórticum? TH. Insanúm bonam.
Nón equidem ullam in público esse máiorem hac exístumo.
TR. Quín ego ipse et Phílolaches in público omnis pórticus 910
Súm[m]us commensi. TH. Quíd igitur? TR. Longe ómnium longíssumast.
TH. Di ímmortales, mércimoni lépidi. ⟨si⟩ hercle núnc ferat

902ª. addecet *vel* adeĉt *vel* addet ‖ 903. Q(UI)MA(LE) (*ut vid*): qui male me | mulcet *vel* multet ‖ 904. *lac sign Gru* ‖ 905. ego me scito: M(ES)CIO ‖ 906. umquam ablectas *vel* umq' ablactas | ECQUID: haec quid (h *er. B*) | PLACET (*ut vid*) ‖ 907. *add Ca* ‖ 908. modi *vel* modo ‖ 911. *del* B^2 ‖ 912. *add Ca* ‖

Séx talenta mágna argenti pro ístis praesentária,
Númquam accipiam. TR. Si ⟨h⟩ércle accipere cúpias, ego numquám sinam.
TH. Béne res nostra cónlocatast ístoc mercimónio. 915
TR. Mé suasore atque ínpulsore id fáctum audacter dícito,
Quí subegi faénore argentum áb danista ut súmeret
Quód isti dedimus árraboni. TH. Séruauisti omném ratem.
Némpe octogintá debentur huíc minae? TR. Hau nummo ámplius.
⟨TH.⟩ Hódie accipiat. TR. Íta enim uero: néqua causa súbsiet. 920
Vél mihi denumeráto: ego illi pórro denumeráuero.
TH. Át enim nequid cáptioni⟨s⟩ míhi sit, si dederím tibi.
TR. Egone te ioculó modo ausim dícto aut facto fállere?
TH. Égone aps te ausim nón cauere, néquid committám tibi?
TR. Quía tibi umquam quícquam, postquam tuós sum, uerborúm dedi? 925
⟨TH.⟩ Égo enim caui récte — eam ⟨am⟩bis grátiam? — atque animó meo
[TH.] Sát sapio, si aps té modo uno cáueo. TR. Tecum séntio. 927. 928
⟨TH.⟩ Núnc abi rus: dic me áduenisse fílio. TR. Faciam út iubes.
TH. Cúrriculo iube in úrbem ueniat iám simul tecúm. TR. Licet. 930

---

914. accipiem *et* cupies: *corr Ca* | si ere te accipere (*vel* accicere) | numquam *vel* numq' ‖ 918. QUID | arraboni *vel* arriboni ‖ 919. TH.: *corr Py* ‖ 920. *add Py* (TR. *er. in B*) ‖ 922. *add Geppertus* | sed si: *corr* B^2 ‖ 923. EGONTEIOCO (*ut vid*) | ioculo *vel* loculo ‖ 924. NEQUID: ni quid ‖ 925. *dist Taubmannus* ‖ 926. RECTEEAMBIS (*ut vid*): recte # eam dehis: *corr Schoe* ‖ 929. ABI: abi i | FILIOFACIAM | IUBES: uoles ‖ 930. IUBE: ubi iube | #LICET: licet ‖

[TR.] Núnc ego me illac pér posticum ad cóngerrones cónferam:
Dícam ut hinc res sínt quietae atque húnc ut hinc amóuerim.

PHANISCVS. PINACIVM (?). THEOPROPIDES
ADVORSITORES II SENEX

PH. Híc quidem neque cónuiuarum sónitus⟨t⟩, it[id]em ut antehác fuít,
Néque tibicinám cantantem néque alium quemquam aúdio.
TH. Quaé illaec res est? quíd illisce homines quaérunt apud aedís meas? 935
Quíd uolunt? quid íntrospectant? PI. Pérgam pultare óstium.
Heús, reclude: heus, Tránio, etiamne áperis? TH. Quae haec est fábula?
PI. Étiamne aperis? Cállidamati nóstro aduorsum uénimus.
TH. Heús uos, pueri, quíd istic agitis? quíd istas aedis frángitis?
PH. ⟨Heú⟩s senex, quid tú percontare, ád te quae nil áttinent? 940
TH. ⟨Ní⟩l ad me attinét? PH. Nisi forte fáctu's praefectús nouos:
Quí res alienás procures, quaéras, uideas, aúdias.
TH. ⟨Meaé su⟩n⟨t ist⟩a⟨e⟩ ae⟨dís,⟩ ubi statis. PH. Quíd ais? án iam uéndidit

---

931. ILLAC: illa ‖ 932. hic *vel* hinc (*sic A*) | QUAESITAE | HUNCUT: ut hunc | *scaenam om A* ‖ 933. *add Ri* | *del Bo* ‖ 935. ILLISCE: illisc | MEAS: mem (*corr* B^2) ‖ 936. PULTARE: pultari (*corr* B^2) ‖ 937. ETIAMNE: etiam ‖ 938. CALLIDAMATI: calidamati ‖ 940—945. *solus habet A* ‖ 940. PERCUNCTARE-(ATTE)QUAE(*vel* QUOD) | ATTINENT *vel* ATTINET ‖ 941. FACTUS: *corr Schoe* ‖ 943. *suppl Stu et Schoe* ‖

Aé⟨dis P⟩hilolachés? aut quidem iste nós defrustratúr senex.
TH. Véra dico: séd quid uobis ést negoti hic? PH. Éloquar:
Érus hic noster pótat. TH. Erus hic uóster potat? PH. Íta loquor.
⟨TH.⟩ Púere, nimium délicatu's. PH. Éi aduorsum uénimus.
TH. Quoí homini? PH. Ero nóstro. quaeso, quótiens dicendúmst tibi?
TH. Púere, nemo hic hábitat: nam te esse árbitror puerúm probum.
PH. Nón hic Philolachés adulescens hábitat hisc⟨e⟩ in aédibus?
TH. Hábitauit: uerum émigrauit iám diu ex hisce aédibus.
PI. Sénex hic elleborósus est certe. PH. Érras peruorsé, pater:
Nám nisi hinc hodie émigrauit aút heri, certó scio
Híc habitare. TH. Quín sex mensis iam híc nemo habitat. PI. Sómnias.
TH. Égone? PI. Tu. TH. Tu né molestu's: síne me cum pueró loqui.
[TH.] Némo habitat. PH. Habitát profecto: nám heri et nudius tértius,
Quártus, quintus, séxtus usque, póstquam hinc peregre eiiús pater
Ábiit, numquam hic tríduom unum désitumst potárier.

---

947. PUERE: Puer | DELICATUM#: adelicatus: *corr Py* || 948. DICENDUST || 949. PUERENEMOHIC: Puer hic nemo || 950. Non (*sic A*) *vel* Nam | HISCINAEDIBUS: his cedibus || 951. *solus habet A* || 952. ELLEBOROSUS: cerebrosus | CERTE (*om* #): certe//// (*er.* PH.) *vel* certi || 953. HINC: hic || 955. #TU#: tu | molestus: *corr Ri* || 956. HABITATPROFECTO: haectat profecto | HERI: eri | nudius (*sic A*) *vel* nudus || 957. hinc peregre eius: PEREGREIEIIUS || 958. ABIT: Habiit (*corr B ras*) | UNUMDESITUMESTPOTARIER: munum (*corr B ras*) desitum esse et bibi est (bibi///// *B*): *cf. 959* ||

TH. Quíd ais? PH. Triduom únumst haud intérmissum hic esse ét bibi,
Scórta duci, pérgraecari, fídicinas tibícinas 960
†Ducere. TH. Quis istaéc faciebat? PH. Phílolaches.
TH. Qui Phílolaches?
PH. Quoí patrem Theópropidem esse opínor. TH. †Ei, óccidi,
Si haéc hic uera mémorat. pergam pórro percontárier.
Aín tu istic potáre solitum Phílolachem istum, quísquis est,
Cúm ero uostro? PH. Hic, ínquam. TH. Puere, praéter speciem stúltus es. 965
Víde sis, ne forte ád merendam quópiam deuórteris
Átque ibi ampliús †quam satis fuerit biberís. PH. Quid est?
TH. Íta dico: ne ad álias aedis pérperam deuéneris.
⟨PH.⟩ Scío qua me ire opórtet et quo uénerim nouí locum.
Phílolaches hic hábitat, quoiius ést pater Theó⟨p⟩ropides: 970
Quí, postquam pater ád mercatum hinc ábiit, hic tibícinam
Líberauit. TH. Phílolachesne ergo? PH. Íta: Philematiúm quidem.
TH. Quánti? PH. Trigintá — TH. Talentis? PH. *μὰ τὸν Ἀπόλλω*, séd minis. 973
TH. Líberauit? PH. Líberauit uálide, trigintá minis.

---

959. AIS: agis (*corr B ras*) ‖ 961. ISTAEC: ista hec (*corr B^2*) | Qui (*sic A*) *vel* Quid ‖ 962. Quoi: CUIIUS | TEOROPIDEM: theupropidem *vel* theuropidem | EI: Et ‖ 964. ISTICPOTARE: istuc portare | SILITUM ‖ 965. UESTRO: uostra (*corr B^2*) | AIC: H(a)ec ‖ 966. QUOPIAM: copiam ‖ 967. AMPLIUSQUAM: melius cuiquam ‖ 968. AD: ab (*corr B^2*) | DEUENERIS: neueneris ‖ 969. MEIRE: me et re (*corr B^2*) | et quo (*sic A*) *vel* quo | LOCUM: loqui ‖ 970. CUIIUS: cuius *vel* adcuius | THEOROPIDES: theuropides ‖ 971. HINCABITHIC: abit (*vel* habit: abiit B^2) hinc ‖ 972. PHILOLACHESNE: philolaches ‖ 973. #TALENTIS#MATONAPOLLOSED: talentis maton apollo sex ‖ 974. *solus habet A* ‖

TH. Aín minis trigínta amicam †déstinatam Phílolachem? 974[b]
PH. Áio. TH. Atque eam manu émisisse? PH. Aio.
TH. Ét postquam eiius híne pater 975
Sít profectus péregre, perpotásse assiduo | ác simul
Tuó cum domino? PH. Aió. TH. Quid is? aedis émit has hinc próxumas?
PH. Nón aio. TH. Quadráginta etiam dédit huic, quae essent pígnori?
PH. Néque istud aio. TH. Ei, pérdis. PH. Immo suóm patrem illic pérdidit.
TH. Véra cantas. PH. Vána uellem: pátris amicus uídelicet. 980
TH. Heú, edepol patrem éiius miserum praédicas. PH. Nil hóc quidemst,
Tríginta minaé prae quam alios dápsilis sumptús facit.
⟨TH.⟩ Pérdidit patrem. PH. Vnus istic séruos est sacérrumus,
Tránio: is uel Hérculi contérere †quaestum potest.
Édepol ne eius patrís me misere míseret, qui quom istaéc sciet 985
Fácta ita, amburét ei misero córculum carbúnculus.
TH. Sí quidem istaec uéra sunt. PH. Quid mérear, quam ob rem méntiar?
PI. Heús uos, ecquis hasce áperit? PH. Qúid istas púltas, úbi nemo íntus est?

974[b]. DESTINATAM: destinatum ‖ 975. emisisse *et* aio # et (*sic A*) *vel* emisse *et* aio (TH. *s. v. B*) ‖ 976. ASSIDUOACSIMUL: assiduo ‖ 977. AIO#: alio (l *er. et* TH. *s. v. B*) | *dist Sey* | EDES | HASHINC: hic ‖ 978. AIO#: agio *vel* aio (TH. *s. v. B*) | etiam dedit: E(tiam) | HUIC: huc (*corr B*[2]) | QUIESSENT: que est ‖ 979. istud *vel* illud | aio *vel* allo *vel* iaio ‖ 981. HEU: Eu | EIIUS: meum *vel* eum ‖ 982. PRAEQUAM: praeter quam | DAPSILIS: dapsillies ‖ 983. *add Ri* | #UNUS: unus (*corr Ri*) | ESTSACERRIMUS: si acerrimus ‖ 984. CONTERERE: conterre (*corr B*[2]) ‖ 985. NEMEEIUSPATRISMISERE: me eius patris: *trai Weisius* ‖ 986. ita: ISTAESSE | EIMISERI: misero ei ‖ 988. hasce aperit: APERITHAS | TH.: *corr Ri* | ISTAS: ista | INTUSEST: intusst ‖

[PH.] Álio credo cómisatum abísse: abeamus núnciam —
TH. Púere — ⟨PH.⟩ atque pórro quaeritémus. sequere hac mé. ⟨PI. Sequor.⟩ 990
TH. Púere, iamne abís? PH. Libertas paénulast tergó tuo:
[PH.] Míhi, nisi ut erum métuam et cúrem, níl est qui tergúm tegam.

THEOPROPIDES. SIMO
SENES II

TH. Peri⟨i⟩ hércle. quid opust uérbis? ut uerb[er]a aúdio,
[SI.] Non équidem in Aegyptum hínc modo uectús fui,
Sed étiam in terras sólas orasque [u]últumas 995
Sum círcumuectus: íta ubi nunc sim néscio.
Verúm iam scibo: nam éccum unde aedis fílius
Meus émit. quid a⟨g⟩is tu? SI. Á foro incedó domum.
TH. Numquíd processit ád forum †hodie noui?
SI. Etiám. TH. Quid tandem? SI. Vídi efferri mórtuom. TH. Hem, 1000
Nouom. SI. Vnum uidi mórtuom efferrí foras:
[TH.] Modo eúm uixisse aiébant. ⟨TH.⟩ Vae capití tuo.
SI. Quid tu [ut] ótiosus rés nouas requíritas?
TH. Quia hódie adueni péregre. ⟨SI.⟩ Promisí foras:

---

989. COMISATUMABESSE: commissatum abisse | ABEAMUS: abemus (*corr B*) ‖ 990. *solus habet A* | *add Schoe* | ATQ·PUERO: *corr Goe* | *suppl Vss* ‖ 991. ABIS#: abis (*corr Ri*) ‖ 992. *del Ri* | UTERUM: erum ut | TERGUMTERGÃ ‖ 993. *add* B^2 | *del Ca* ‖ 995. orasque *vel* horasque | *del* B^2 ‖ 996. circumuentus ‖ 998. *add Ald* ‖ 1000. tandem uidi (SI. *s. v. B*) | (mo)R(tu)UM: mortum (*corr* B^2) | #HEM: hem (TH. *s. v. B*) ‖ 1001. SI. *s. v. B* ‖ 1002. tuae: *corr B ras* ‖ 1004. *add Py* ‖

Ad cénam ne me t[u]é uocare cénseas. 1005
TH. Haud póstulo edepol. SI. Vérum cras, nisi ⟨quí⟩ prius
Vocáuerit — me, uél apud te cenáuero.
TH. Ne istúc quidem edepol póstulo. nisi quíd magis
Es óccupatus, óperam mihi da. ⟨SI.⟩ Máxume.
TH. Minás ⟨qua⟩draginta áccepisti, quód sciam, 1010
A Phílolachete? SI. Númquam nummum, quód sciam.
TH. Quid, a Tránione séruo? SI. †Multo id minus.
TH. Quas árraboni tíbi dedit? SI. Quid sómnias?
TH. Egone? át quidem tu, qui ístoc speras té modo
Potésse dissimulándo infectum hoc réddere. 1015
SI. Quid aútem? TH. Quod me apsénte hic tecum fílius
Negóti gessit. SI. Mécum ut ille hic gésserit,
Dum tu hínc abes, negóti? quidnam? aut quó die? 1018.1019
TH. Minás tibi octogínta argenti débeo. 1020. 1021
SI. Non míhi quidem hercle: uérum si debés, cedo.
Fidés seruandast: ne íre infitias póstules.
TH. Profécto non negábo debere, ét dabo:
Tu cáue quadraginta áccepisse hinc té neges. 1025
SI. Quaeso édepol huc me aspécta et respondé mihi: 1026ᵃ
Q * * * * * * * * i argentí minas?
Fu * * * * * * TH. Ego dicám tibi:
Tantu * * * * * * * * ébeat
De te aédis. SI. I⟨tane? dé me⟩ ille aedis émerit? 1026ᵉ
* * * * * * * * * * * *

1005. AT | *del Py* ‖ 1006. SI. *et* TH. (*s. v.*): *corr Ald* | *suppl Sey duce Ca* ‖ 1008. SI.: *corr Ald* | iste: *corr B² cum A* ‖ 1009. Es occupatus: OCCUPATUS | *add Ald* ‖ 1010. triginta (*item A, ut vid*): *corr Py* | A(CCEPISTIN)QU(AS) (*ut vid*): accepistis quas *vel* accepisti qua: *corr Guy* ‖ 1011. SI. *s. v. B* ‖ 1012. —MULTOMINUS (*ubi plura quam in reliquis praecedebant*): multo (*lac*) id minus ‖ 1014. EGONE# | SPERASTE: te speras ‖ 1016. HIC- (*vel* INC)TECUM: hic ‖ 1017. ut (*sic A*) *vel* hut ‖ 1025. accepisse hinc (*vel* hinc accepisse) ne neges: (A)CC(EPISS)EMINAS: *corr Lamb* ‖ 1026ᵇ—ᵉ. *solus habet A, XXI insuper senariis auctior* ‖ 1026ᵉ. *suppl Schoe et Stu* |

* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *

SI. Te uélle uxorem aiébat tuo nató dare: 1027
Ideo aédificare hoc uélle aiebat ín tuis.
TH. Hic aédificare uólui? SI. Sic dixít mihi.
TH. Ei míhi, disperii: uócis non habeó satis. 1030
Vicíne, perii intérii. ⟨SI.⟩ Numquid Tránio
Turbáuit? TH. Immo | éxturbauit ómnia.
Delúdificatust mé hodie indigní⟨s mo⟩dis.
SI. Quid tú ais? TH. Haec res síc est ut narró tibi:
Delúdificatust me hódie in perpetuóm modum. 1035
[TH.] Nun⟨c⟩ te óbsecro, ut me béne iuues operámque des.
SI. Quid uís? TH. I mecum |, óbsecro |, uná simul.
SI. Fiát. TH. Seruorumque óperam et lora míhi cedo.
⟨SI.⟩ Sume. ⟨TH.⟩ * * eademque ópera haec tibi narráuero,
†Quis me e⟨x⟩emplis hódie eludificátus est. 1040

ACTVS V

TRANIO
SERVOS

Quí homo timidus érit in rebus dúbiis, nauci nón erit:
Atque equidem quid id ésse dicam uérbum nauci néscio. 1042

1027. agebat: *corr* B^2 ‖ 1028. aiebat *vel* agebat ‖ 1029. TH. *s. v.* *B* ‖ 1030. disperii *vel* dispergi *vel* disperi ‖ 1031. Vicini: *corr Ac* | perii interii *vel* peri interi ‖ 1032. Turbabit (*corr* B^2) | exturbabit *vel* exturbauit ‖ 1033. Te ludificatust: *corr Bo* mi *vel* et me | *suppl* B^2 ‖ 1034. TH. | agis: *corr B* | SI. ‖ 1035. Te *ex* De *B* ‖ 1036. *add* B^2 ‖ 1038. TH. *s. v.* *B* ‖ 1039. *lac sign Schoe* ‖ 1040. me (*vel* meę) emplis: *corr* B^2 ‖ 1041. dubiis is: *corr ex Prisciano* ‖ 1042. quod *Festus* ‖

Nám erus me postquám rus misit fílium ut suom arcésserem, 1043. 1044
Ábii illa per ángiportum ad hórtum nostrum clánculum.
Óstium quod in ángiportost hórti, patefecí fores,
Eáque eduxi omném legionem, ét maris et féminas.
Póstquam ex opsidióne in tutum edúxi maniplarís meos,
Cápio consilium, út senatum cóngerronum cónuocem.
Quóniam conuocáui, atque illi me éx senatu ségregant. 1050
Vbi ego me uideó uenire in meó foro, quantúm potest
Fácio idem quod plúrumi alii quíbus res timida aut túrbidast:
Pérgunt turbare úsque, ut nequid póssit conquiéscere.
Nám scio equidem núllo pacto iám esse posse haec clám senem.
Nón amicus álius quis * * * riuabo se * * 1055
Aut ut * * * * * es * * * ff * * *
Prosi * * * * * * * q * * * sa * ll * * 1057. 1058
Ille qui * * * * * * * * * ero simul * *
Praeóccupato atque ánteueniam et foédus feriam: mé moror. 1060. 1061
Séd quid hoc est quod fóris concrepuit próxuma uicínia?
Érus meus hicquidémst: gustare ego éius sermoném uolo.

1043 sq. ut filium (*etiam A*): *trai Bo* | ARCESSEREM: accerserem ‖ 1045. ABII (*ut vid*): Ab ‖ 1046. ANGIPORTOESTHORTI (*ut vid*): angiportu est orti ‖ 1048. EXIIOBSIDIONE: ex opsidionem (*corr B*) ‖ 1049. CONGERRONEM: congeronem: u *corr* B^2 ‖ 1050. Quoniam (*sic A*) *vel* Quom | EXSENATU: esenatus ‖ 1051. *om B* | UENIRE: uentrẽ ‖ 1052. ALIIQ——: aliquibus ‖ 1053. ut ne (*sic A*) *vel* ut | POSSIT: sit ‖ 1054. Nam scio (*sic A*) *vel* Nescio | H(AEC)CLAM: clam ‖ 1055—1061. *solus habet A lectione perdubia* ‖ 1062. qui *vel* quid (*sic A*) ‖ 1063. SERMONEM: sermone (*corr* B^2) ‖

THEOPROPIDES. TRANIO. LORARII
SENEX SERVOS

TH. Ílico intra límen isti astáte, ut, quom extempló uocem,
Cóntinuo exiliátis: manicas céleriter conéctite. 1065
[TH.] Égo illum ante aedis praéstolabor lúdificatorém meum,
Quoíus ego hodie lúdificabor córium, si uiuó, probe.
⟨TR.⟩ Rés palamst: nunc té uidere méliust, quid agas, Tránio.
⟨TH.⟩ Dócte atque astu[te] míhi captandumst cúm illo, ubi huc aduénerit.
Nón ego illi extemplo hámum ostendam: sénsim mittam líneam. 1070
Díssimulabo me hórum quicquam scíre. TR. O mortalém malum:
Álter hoc Athénis nemo dóctior dicí potest.
Vérba illi non mágis dare hodie quísquam quam lapidí potest.
Ádgrediar hominem: áppellabo. TH. Núnc ego ille huc ueniát uelim.
TR. Síquidem pol me quaéris, adsum praésens praesentí tibi. 1075
TH. Eúge, Tranió. quid agitur? TR. Véniunt rure rústici:
Phílolaches iam hic áderit. TH. Edepol mi óp⟨p⟩ortune aduéne⟨r⟩it.

1064. ILICO: Illico | ISTASTATE: astate illic: *corr Vss duce Ac* | extemplo (*sic A*) *vel* exemplo ‖ 1065. MANICAS: manilas | CONIECTITE ‖ 1066. PRAESTOLABOR: praestabor *vel* praestabo (*corr B²*) ‖ 1067. CUIIUS | HODIE: hic | ludificabor (*sic A*) *vel* ludificabo ‖ 1068. MELIUSST ‖ 1069. *add Py* | *del Bo* | ILLO: illoc ‖ 1070. HAMUM: itamum *vel* ita meum | sensim (*sic A*) *vel* sensum ‖ 1071. #OMORTALEM: o mortale (*corr Py*) ‖ 1073. DAREHODIE: hodie ‖ 1075. Si *vel* ſ, *vel* ſ ‖ 1076. tranio *vel* ranio | ruri: *corr Ri* ‖ 1077. aderit (*vel* adherit) edepol (TH. *s. v. B*) | oportune *vel* opurtune | aduenies: *corr Bent* ‖

Nóstrum ego hu⟨n⟩c uicínum opinor ésse hominem audacem ét malum.
TR. Quídum? TH. Qui⟨a⟩ negát nouis⟨s⟩e uós — TR. Negat? TH. Nec uós sibi
Númmum ⟨um⟩quam argenteí dedisse. TR. Abi, lúdis me: credo haúd negat. 1080
TH. Quíd iam? TR. Scio, iocáris tu nunc †tu: nam ille quidem haúd negat.
TH. Ímmo edepol negát profecto, néque se hasce ⟨ae⟩dis Phílolachi
Véndidisse. TR. Eho án negauit síbi datum argentum, óbsecro?
TH. Quí ius iurandúm pollicitust dáre se, si uellém, mihi
Néque se hasce aedis uéndidisse néque sibi argentúm datum [est]? 1085
TR. * * * * * * * * * * * * * * *
⟨TH.⟩ Díxi ego istuc idem ílli. TR. Quid ait? TH. Séruos pollicitúst dare
Suós mihi omnis quaéstioni. TR. Núgas: numquam edepól dabit.
TH. Dát profecto. ⟨TR.⟩ Quín †et illum in ius si ueniam mane.
⟨TH.⟩ Éxperiar, ut opínor. TR. †Certumst. mihi hominem cedo. 1090
Vél hominem iube aédis †mancipio poscere. ⟨TH.⟩ Immo hoc primúm uolo,
[TH.] Quaéstioni accipere séruos. TR. Fáciundum edepol cénseo.

1078. *add* B^2 | uicinum *vel* incinum || 1079. *add* *Bo* | nouiseuor: *corr* B^2D^2 || 1080. *add* B^2 | argentei *vel* argetei || 1081. *solus habet B* || 1082. *add* D^2 || 1083. reeho *vel* TR. eho || 1084. dare si si || 1085. *del Py, dist Sey* || 1086 sq. *lac sign Ac* | TH. (*ex* TR.) *et* TR. *B* || 1088. TH. *s. v. B*: *corr Ca* || 1089. TR.: *corr Ca* | *add Ca* || 1090. TH. *B s. v.*: *corr Ca* | *sequitur v. 1093: trai Ac* || 1091. immo hoc *vel* immo ||

⟨TH.⟩ Quíd si igitur ego accérsam | homines? TR. Fáctum iam esse opórtuit.
Égo interim hanc aram óccupabo. TH. Quíd ita? TR. Nullam rém sapis:
Né enim illi huc confúgere possint quaéstioni quós dabit. 1095
Híc ego tibi praésidebo, ne ínterbitat quaéstio.
TH. Súrge. TR. Minume. TH. Ne óccupassis, óbsecro, aram. TR. Cúr? TH. Scies:
Quía enim id maxumé uolo, ut illi ístoc confugiánt. sine:
Tánto apud iudicem húnc argenti cóndemnabo fácilius.
TR. Quód agas, id agas: quíd tu porro sérere uis negótium? 1100
Néscis quam metúculosa rés sit ire ad iúdicem.
TH. Súrgedum huc igitúr: consulere quíddamst quod tecúm uolo.
TR. Sí⟨c⟩ tamen hinc consílium dedero: nímio plus sapió sedens.
Túm consilia fírmiora súnt de diuinís locis.
TH. Súrge: ne nugáre: aspicedum cóntra me. TR. Aspexí. TH. Vides? 1105
TR. Vídeo: huc siquis íntercedat tértius, pereát fame.
TH. Quídum? TR. Quia nil quaésti sit ⟨ei⟩: íta mali hercle ambó sumus.
TH. Périi. TR. Quid tibíst? TH. Dedisti uérba. ⟨TR.⟩ Qui tandém? ⟨TH.⟩ Probe

---

1093. *cf. ad 1090* | Quid *vel* Quis | esse iam: *trai Ca* || 1094. occupabo *vel* occubabo | TR. *s. v. B* || 1095. hic: *corr Sarac* || 1097. Minine *vel* minime | neoctu passis: *corr* B^2 | arma cur (TR. *et* TH. *s. v. B*): *corr Py* || 1099. hinc: *corr* B^2 | condem(p)dabo: *corr* B^2 || 1100. uis serere: *trai Bo* || 1101. resit: *corr* B^2D^2 *cum Prisciano* || 1102. huc est consulere igitur quiddam: *trai Langenus* (consulere quiddam est *Servius Dan*) || 1103. *add Pius* | sapio *vel* saplo || 1104. Tum *vel* Tunc || 1105. TR. *s. v. B* || 1106. intercedas: *corr* B^2 || 1107. qua estis id | *add Ri* || 1108. *add Ca* | probi ||

Mé⟨d⟩ emunxti. TR. Víde sis, satine récte: num muccí fluont?
TH. Ímmo etiam cerebrúm quoque omne é capite emunxtí meo. 1110
Nam ómnia male fácta uostra répperi radícitus:
Nón radicitús quidem hercle, uérum etiam exradícitus.
TR. Númquam edepol hodie †inuitus destinant tibi.
TH. Iám iubeo ignem et sármen ⟨arae⟩, cárnifex, circúmdari.
TR. Né faxis [sis]: nam elíxus esse quam ássus soleo suáuior. 1115
TH. Éxempla edepol fáciam ego in te. TR. Quía placeo, exemplum éxpetis.
TH. Lóquere: quoiusmodí reliqui, quom hínc abibam, fílium?
TR. Cúm pedibus manibús, cum digitis aúribus, oculís labris.
TH. Áliud te rogo. TR. Áliud ergo núnc tibi respóndeo.
Séd [ha]eccum tui gnatí sodalem uídeo | hu[i]c incédere, 1120
Cállidamatem: illó praesente mécum agito, siquíd uoles.

1109. *add Bo* | emunxit (emunxisti B^2): *corr Pius* | sis (*vel* si) satin erecte: *corr Py* || 1110. omnem (*corr B ras*) | e capite munxit (*vel* munxti) || 1111. facta *vel* fata || 1112. eradicitus: *corr ex Frontone* || 1113. inditus *B e corr* || 1114. lubeo *vel* lubo *vel* iube: *corr Sarac* | sarmen *vel* sarnem | *suppl Sey* || 1115. sis *del B ras* | solio: *corr* B^2 | suauior *vel* suauio || 1116. inte (*vel* inter) quia (TR. *s. v. B*) || 1118. Quom *vel* Cum | dicitis *vel* digitis || 1119. ergo *vel* ego || 1120. gnatis *vel* gnatus: *corr B ras* || 1121. calidamatem *vel* callidamatem | praesente *vel* praesenti | agite: *corr* B^2 ||

CALLIDAMATES. ADVLESCENS **THEOPROPIDES.** SENEX **TRANIO** SERVOS

CA. Vbi ⟨s⟩omn[i]um sepelíui omnem atque é[b]dormiui crápulam,
Phílolaches uenísse ⟨dixit⟩ míhi suom peregre húc patrem,
Quóque modo hominem ád⟨uenientem⟩ séruos ludificátus sit.
Aít se metuere ín conspe⟨ctum suí patris pr⟩océdere.
Núnc ego de sodálitate sólus sum oratór datus, 1126
Qui á patre eius cónciliarem pácem |. atque eccum óptume.
Iúbeo te saluére, et saluos quom áduenis[se], Theó⟨p⟩ropides,
Péregre, gaudeo. híc apud nos hódie cenes: síc face.
TH. Cá⟨l⟩lidamate⟨s⟩, deí te ament: de céna facio grátiam. 1130
CA. Quín uenis? TR. Promítte: ego ibo pró te, si tibi nón lubet.
⟨TH.⟩ Vérbero, etiam inríde[n]s? TR. Quian me pró te ire ad cenam aútumo?
TH. Nón enim ibis: égo ferare fáxo, ut meruisti, ín crucem.
CA. Áge mitte ista: †acto ád me ad cenam. TR. Díc uenturum: quíd taces?
CA. Séd tu, istuc quid cónfugisti in áram †inscitíssumus? 1135

1122. obdormiui: *corr Ca* ‖ 1123. *suppl Bo duce Py* | huc *vel* huic ‖ 1124. *suppl Ald in lac* | ludificatum: *corr Ald* ‖ 1125. *suppl Ri in lac* | ocedere *vel* occedere ‖ 1127. conciliarem *vel* cociliarem | optimi: *corr* B^2 ‖ 1128. saluere *vel* saluare | aduenisset (*vel* adueninisset) heuropides ‖ 1129. sic tale: *corr Scioppius* ‖ 1130. s *add Ri* ‖ 1131. si tibi *vel* sibi ‖ 1032. Verbero *vel* Verbo | *del* B^2 | Quia//// *B* | te ire *vel* te | aut humo (*corr B ras*) ‖ 1133. ibis *vel* ibi ‖ 1134. Dic uentum *vel* Dicuntur um: *corr* B^2 ‖

TR. Áduenìens pertérruit me. ⟨e⟩lóquere nunc quid fécerim.
Núnc utrisque dísceptator éccum adest: age dísputa.
TH. Fílium corrúpisse aio té meum. ⟨TR.⟩ Auscultá modo.
[TR.] Fáteor peccauísse, amicam líberasse absénte ⟨te⟩,
Faénori argentúm sumpsisse: id ésse absumptum praédico. 1140
Númquid aliud féci⟨t⟩ nisi quod [faciunt] súmmi⟨s⟩ gnati géneribus?
⟨TH.⟩ ⟨H⟩ércle mihi tecúm cauendumst, nímis qui's oratór catus.
⟨CA.⟩ Síne me dum istuc iúdicare. súrge: ego isti adsédero.
⟨TH.⟩ Máxume. accipito hánc ⟨modo⟩ ad te lítem. ⟨TR.⟩ Enim istic cáptiost.
[TR.] Fác ego ne metuám ⟨mihi atque⟩ ut tú meam timeás uicem. 1145
⟨TH.⟩ Iám minoris * * * * ⟨fá⟩cio prae quam quíbus modis
Mé ludificatúst. TR. Bene hercle fáctum et factum gaúdeo:
Sápere istac aetáte oportet quí ⟨si⟩s capite cándido.
TH. Quíd ego nunc faciám? ⟨TR.⟩ Si amicus De⟨í⟩philo aut Philémoni's,
[CA.] Dícito [i]is, quo pácto tuos te séruos ludificáuerit: 1150. 1151
[TH.] Óptumas frustrátiones déderis in com[m]o⟨é⟩diis.
CA. Táce paru[o]mper: síne uicissim mé loqui. auscultá. ⟨TH.⟩ Licet.

1136. *add Langenus* ‖ 1138. *add Ca* ‖ 1139. *add* B^2 ‖ 1140. # Id ‖ 1141. *add* B^2 | *del Guy* | summi *vel* sum: *corr* B^2 ‖ 1142—1146. *pers add vel corr Ca* ‖ 1142. Erile: *corr Pius* | quis: *corr Giphanius* ‖ 1144. accipite *vel* accipte: o *corr* B^2 | hanc *vel* hac | *suppl Vss in lac* ‖ 1145. *suppl Ri in lac* ‖ 1146. *suppl Ca in lac* ‖ 1147. CAL. *s. v. B* ‖ 1148. *add Schoe* ‖ 1149. *add Leo* | dephilo aut philomontes: *corr Buechelerus* ‖ 1150 sq. *pers del Leo* | capto ‖ 1153. *del* B^2 | me uicissim loqui (*vel* ioqui): *trai Ac* | lucet: *corr B ras* ‖

⟨CA.⟩ Ómnium primúm sodalem mé esse scis gnató tuo.
Ís adi[i]t me: nam illúm prodire púdet in conspectúm tuom 1155
Própter ea quae fécit, quom te scíre scit. nunc te óbsecro,
Stúltitiae adulescéntiaeque éius ignoscás: tuost.
Scís solere illánc aetatem táli ludo lúdere.
Quícquid fecit, nóbiscum una fécit: nos delí[n]quimus.
Faénus, sortem súmptumque omnem, quí amica ⟨empta⟩st, ómnia 1160
Nós dabimus, nos cónferemus, nóstro sumptu, nón tuo.
TH. Nón potuit ueníre orator mágis ad me inpetrábilis
Quám tu: †neque illi sum iratus néque quicquam suscénseo.
Ímmo me praesénte amato, bíbito, facito quód lubet:
Si hóc pudet, fecísse sumptum, súpplici | habeó satis.
CA. Díspudet. ⟨TR.⟩ †Istam ueniam: quíd me fiet [TH.] núnciam? 1166
⟨TH.⟩ Vérberibus, lutúm, caedere péndens. ⟨TR.⟩ Tamen e[s]tsí pudet?
⟨TH.⟩ Ínterimam hercle ego ⟨té⟩, s⟨i⟩ uiuo. CA. Fác istam cunctam grátiam:
Tránioni amítte, quaeso, hanc nóxiam causá mea.
⟨TH.⟩ Áliud quiduis ímpetrari a mé facilius pérferam, 1170

1154. esse *vel* esses *vel* esse si ‖ 1155. *del Bent* | nam *vel* est nam ‖ 1156. Propterea qui (*vel* quia) facit qum (*vel* quae): *corr Ri* ‖ 1157. ignoscas *vel* ignoscat ‖ 1159. una nobiscum fecit non: *trai et corr Ca* | *del Pius* ‖ 1160. sortem *vel* fortem | *suppl Ri* ‖ 1161. conferemus *vel* conferimus ‖ 1163. iratus *vel* ////ratus ‖ 1164. praesente *vel* praesenti ‖ 1165. sumptum *vel* sumptum sumptum ‖ 1166. TR.: *corr Ac* | *add Ac* | TH. *s. v. B* ‖ 1167. caedere lutum: *trai Guy* | *add Lamb* | tam inest si: *corr Gru* (tametsi B^2) ‖ 1168. *add Lamb* | Interimam *vel* Interemam | *add Mahlerus duce Guy* | suibo facis tam (CA. *s. v. B*): *corr* B^2 ‖ 1169. remitte: *corr Vss* | noxiam *vel* noxia ‖ 1170. *add* D^2 ‖

Quam út non egó istum pró suis factis péssumis pessúm premam.
CA. Mítte, quaes⟨o⟩, istum. ⟨TH.⟩ †e uíden ut astat fúrcifer?
⟨CA.⟩ Tránio, quiésce, ⟨si⟩ sapis. TH. Tú quiesce hanc rém modo
Pétere: ego illum ut sít quietus uérberibus subégero.
TR. Níl opust profécto. ⟨CA.⟩ Age iam síne te⟨d⟩ exorárier. 1175
TH. Nólo ores. CA. Quaeso hércle. TH. Nolo inquam óres. CA. Nequicquám neuis.
†Hanc modo unam nóxiam unam quaéso fac causá mea.
TR. Quíd grauaris? quási non cras iam cómmeream aliam nóxiam:
Íbi | utrumque, et hóc et illud, póteris ulciscí probe.
CA. Síne te exorem. TH. Age ábi, abi inpune. em, huíc habeto grátiam. 1180
Spéctatores, fábula haec est ácta: uos plausúm date.

1171. pro suis *vel* prosus | pessumis pessum *vel* spes sum///// spessum ‖ 1172. que sis tum euident (*vel* tume Viden) ut restat: *add Ca* ‖ 1173. quiesse sapis: *corr Ca* | quiesse: *corr* B^2 ‖ 1174. ego *vel* ergo | uerberibus ut sit quietus: *trai Ac* ‖ 1175. CAL. | d *add Guy* ‖ 1176. CA. (*bis*) *et* TH. *s. v. B* ‖ 1178. gras iam *vel* gratiam: *corr* B^2 ‖ 1180. TH. *s. v. B* | abe abi: *corr* B^2 | em *vel* hem ‖

T. MACCI PLAVTI

PERSA

PERSONAE

TOXILVS SERVOS
SAGARISTIO SERVOS
SATVRIO PARASITVS
SOPHOCLIDISCA ANCILLA
LEMNISELENIS MERETRIX
PAEGNIVM PVER
LVCRIS VIRGO
DORDALVS LENO

ARGVMENTVM I

Profécto domino suós amores Tóxilus
Emit átque curat léno ut emittát manu:
Raptámque ui emere[t] dé praedone uírginem
Subornáta suadet suí parasiti fília
Atque íta intric[h]atum lúdit potans Dórdalum. 5

2. Emit atque *vel* Emittat que ‖ 3. *del Schoe* ‖ 5. dorpalum: *corr Ca* ‖

ARGVMENTVM II

tur ⟨se⟩ruu
umn * * mm
mat * * rce
m * * eru o
fingunt 5
ant ⟨u⟩erec dum
ru
ta * * rsi
de ⟨ui⟩rgi
cam uen 10
⟨pr⟩etio ⟨p⟩aru
ua * faci
a re⟨ci⟩pit e
tue ⟨l⟩eno

Argumenti reliquias Ambrosianas eruit Stu, suppl Schoe ‖ 5. FINCUNT ‖ 14. *secuntur quattuor v. vacui* ‖

ACTVS I

TOXILVS
SERVOS

Qui amáns egens ingréssus est princéps in Amoris †uias,
Superáuit aerumnís suis aerúmnas †Herculi.
Nam cúm leone, cum éxcetra, cum céruo, cum apro Aetólico,
Cum auibús Stymphalicís, cum Antaeo déluctari máuelim
Quam cúm Amore: ita fió miser quaeréndo argento mútuo: 5
Nec quícquam nisi 'non ést' sciunt mihi réspondere quós rogo.

Personas per totam fabulam omittunt plerumque BCD: sed spatia habent: notamus quae extent et quae post Italos correcta sint ‖ 1. ÀEGENS | EST (*item Pseudoservius*): es | uias: ṲỊ— (uiam *Pseudoservius*) ‖ 2. in suis *Pseudoservius* | herculi: HERCUL— (herculis *Pseudoservius*) ‖ 3. CUMEXCETRA (cum excetera *Pseudoservius*): et cum ecscetera (*vel* exscedra) | cum ceruo *om Pseudoservius* | aetolito *vel* etholico (etolico *Pseudoservius*) ‖ 4. stymfacilis cum anthaeo me *Pseudoservius* | deluctari (*sic A et Pseudoservius*) *vel* delluctari | malueram *Pseudoservius* ‖ 6. non est (*vel* nonem) sciunt: NONSTUESṬỊṲNṬ [*voluit corrector* NONESTSCIUNT, *ut vid*] ‖

SAGARISTIO. TOXILVS
SERVI II

⟨SA.⟩ Qui eró suo seruíre uolt bene séruos seruitútem,
Ne illum édepol multa in péctore suo cónlocare opórtet,
Quae eró placere cénseat praesénti atque apsentí suo.
Ego néque lubenter séruio neque sátis sum ero ex senténtia: 10
Sed quási lippo oculo me érus meus manum ápstinere hau quít tamen,
Quin míhi imperet, quin mé suis negótiis praefúlciat.
⟨TO.⟩ Quís illic est qui cóntra me astat? SA. Quís hic est quí si⟨c⟩ cóntra me astat?
TO. Símilis est Sagarístionis. SA. Tóxilus hicquidem méus amicust.
TO. Ís est profecto. SA. Eum ésse opinor. TO. Cóngrediar. SA. Contra ádgredibor. 15
TO. Ó Sagaristió, dei ament te. SA. O Tóxile, dabunt dí quae exoptes.
Vt uales? TO. Vt queo. SA. Quíd agitur? TO. Víuitur.
SA. Sátin ergo ex senténtia? TO. Si euéniunt quae exoptó, satis.
SA. Nimis stúlte amicis útere. TO. Quid iam? SA. Ímperare opórtet.

---

7. *scaenam solus A habet* | *add Ca* ‖ 8. ILLUMEDEPOL: edepol illum ‖ 9. QUAERO ‖ 10. SERUINEQ· ‖ 11. oculo (*sic A*) *vel* ocillo | HAUQUIT: aut quit (*vel* quid) ‖ 12. QUIN: Quid ‖ 13. *post v. 14 A habet* | *add Bo* | ASTATQUIS (SA. *Bo*) | QUISI: qui: *add Schoe* ‖ 14. SAGARISTIONITOXILUS ‖ 15. # Eum: EUM | # Congrediar #: CONGREDIAR# | ADGREDIBOR: adgredior ‖ 16—20. TO. *ante* di *et ante v. 17 D²*, *dein* SA. *et* TO. *permutans et* Satin — utere *Toxilo continuans itemque* quia iam — uisitaui ‖ 16. TI#TOXILE | OPTES ‖ 17. *tres sunt in A v.* (— uales — agitur) ‖ 18. si *vel* # Si (*sic A*) ‖ 19. QUIDIAM#: Quid iam # quia iam ‖

TO. Miquidém tu iam eras mórtuos, quia nón te uisitábam. 20
SA. Negótium edepol. TO. Férreum fortásse? SA. Plusculum ánnum
Fui praéferratus ápud molas tribúnus uapuláris.
TO. Vetus iám istaec militiást tua. SA. Satin tu úsque ualuisti? TO. Haú probe.
SA. Ergo édepol palles. TO. Saúcius factús sum in Veneris proélio:
Sagittá Cupido cór meum transfíxit. SA. Iam serui híc amant? 25
TO. Quíd ego faciam? deísne aduorser quási Titani? cum eís belligerem,
Quíbus sat esse nón queam?
SA. Víde modo, ulmeaé catapultae tuóm ne transfigánt latus.
TO. Basilice agito eleutheria. 29ª
SA. Quíd iam? TO. Quia erus péregrist. SA. Ain tu péregrist? TO. * * *
Sícut tibi bene ésse pote patí: ueni, uiues mécum: 30
Básilico accipiére uictu.
SA. Váh, iam scapulae prúriunt, quia te ístaec audiuí loqui.
TO. Sed hoc me únum excrucia⟨t⟩. SA. Quídnam id est? 32ᵇ
TO. †Haec de summa hodiest, mea amíca sitne líbera
An sémpiternam séruitutem séruiat. SA. Quid núnc uis ergo?

---

20. UISITABÃ: uisitaui ‖ 21. NEGOTI ‖ 23. TUASATIN | #HAU: haud ‖ 24. SUMFACTUS | inueneris (*sic A*) *vel* inueniris ‖ 25. transfixit (*sic A*) *vel* tranfixit ‖ 26. EGO: ergo | ADUORSER: aduorse | CUMEIS: cum dis ‖ 27. esse (*sic A*) *vel* ese ‖ 28. UIMEAE: ut meae: *corr Scu* | CATAPULTAE: cataputae | transfigant latus (*sic A*) *vel* transfagan datus ‖ 29ᵃᵇ. *compr B* ‖ 29ª. *cf. ad Most v. 123* ‖ 29ᵇ. qui erus *Charisius* | peregri est *Charisius*: peregre est (*bis*) | *lac sign Schoe* ‖ 30 sq. *compr B* ‖ 30. Sicut et tibi *vel* Sit ut tibi | mecum *vel* meum ‖ 32ª. Vah iam *vel* Vaiham ‖ 32ᵇ. me unum *vel* meum am ‖ 33. Haec # ‖

TO. ⟨Fácere ami⟩cum tíbi me potis es sémpiternum.
SA. Quem ád modum? 35
TO. Vt mihi des nummós sescentos, quós pro capite illíus pendam:
Quós continuo tíbi reponam in hoc tríduo aut quadríduo.
Age fí benignus: súbueni.
SA. Qua cónfidentiá rogare tu á me⟨d⟩ argentúm tantum audes,
Ímpudens? quin si égomet totus uéneam, uix récipi potis est 40
Quód tu me rogás: nam tu aquam a púmice nunc póstulas
Qui ípsus sitiat[e]. TO. Sícine hoc te mihi fácere? SA. Quid faciám? TO. Rogas?
Alicúnde exora mútuom. SA. Tu fác idem quod rogás me.
TO. Quaesíui: nusquam répperi. SA. Quaeram équidem, siquis crédat.
TO. Nempe ⟨h⟩ábeo in mundo. SA. Si íd domi esset míhi, ⟨i⟩am pollicérer. 45
Hoc meúmst ut faciam sédulo. TO. Quicquíd erit, recipe te ád me.
Quaeré tamen: ego item sédulo, siquíd erit, ⟨te fac⟩iam út scias.
†Obsecro te, resecro, operam da hanc mihi fidélem.
SA. Ah, odio me énicas.
TO. Amóris uitio, nón meo nunc tíbi morologus fío.

---

35. *lac sign libri* (*suppl Ca duce Pio*) | # Quem *vel* quem || 36. mihi dens *vel* des mihi | sescentos *vel* sescemos || 37 sq. *compr B* || 38. fi *vel* Sed || 39. confitenti arogare tua me (*vel* tuiame) || 40. ueniam || 41. nam *vel* manam | pumice *vel* pimice || 42. sitiare # Sicine *vel* Siciare # sitine | rogas *vel* rogan || 44. *post 46 iterat B* || 46. meumst *vel* meunst | recipete *vel* recipite | *cf. ad v. 44* || 47. *suppl Abraham duce Ca* || 48. # resecro # *vel* # resecro *vel* resecro | me enicas *vel* moenicas || 49. morolocus: *corr* D^2 ||

SA. At pól ego aps te concéssero. TO. Iamne ábis?
bene ambuláto. 50
Sed récipe [te] quam primúm potes: caue fuás mihi
in quaestióne.
Vsque éro domi, dum excóxero lenóni †malam.

ACTVS II

SATVRIO
PARASITVS

Veterem átque antiquom quaéstum maio⟨rúm meum⟩
Seruo átque obtineo et mágna cum curá colo.
Nam númquam quisquam meórum maiorúm fuit, 55
Quin párasitando páuerint uentrís suos.
Patér, auos, proauos, ábauos, atauos, trítauos
Quasi múres semper édere alienúm cibum:
Neque edácitate eos quísquam poterat uíncere:
†Neque eís cognomentum érat duris capitónibus. 60
Vnde égo | hunc quaestum optíneo et maiorúm locum
Neque quádrup⟨u⟩lari mé uolo: neque ením decet
Sine meó peric[u]lo ire áliena ereptúm bona:
Neque illí qui faciunt míhi placent. planén loquor?
Nam públicae rei caúsa quiquomque íd facit 65
Magis quám sui quaesti, ánimus inducí potest,
Eum ésse ciuem | ét fidelem | ét bonum.

---

50. abis ‡ (*corr Ac*) ‖ 51. recipete//// *vel* recipite: *del Bo* ‖ 52. malam *vel* malum ‖ 53. mali *vel* malo: *suppl Gru* ‖ 54. magna cum *vel* cum magna ‖ 55. maiorum *vel* maorum ‖ 56. uertris *vel* uentres ‖ 60. iis *vel* hus | cognomen tum erat *vel* cognomentum ‖ 61. maiorum *vel* maorum (u *ex* e) ‖ 62. *add Fl* ‖ 63. *del Guy* | alienae reptum ‖ 64. planen *vel* plane ‖ 65. publicae *vel* puplicae | quicum: q; *add B in lit.* ‖ 67. et fidelem et *vel* et fidelem ‖

Sed †si lege rumpam * * * * * * * 68ᵃ
* * * * qui dámnet, det in públicum
Dimídium: atque etiam | ín ea lege adscríbier:
Vbi quádrup⟨u⟩lator quémpiam iniexí⟨t⟩ manum, 70
Tantídem ille illi rúrsus iniciát manum,
Vt aéqua parti pródeant ad trís uiros.
Si id fíat, ne isti fáxim ⟨n⟩usquam appáreant,
Qui hic †albo rete áliena oppugnánt bona.
Sed súmne ego stultus quí rem curo públicam, 75
Vbi sínt magistratus quós curare opórteat?
Nunc húc intro ibo: uísam hesternas réliquias,
Quie[uene]ríntne recte nécne: num afuerít febris:
Opértaen[e] fuerint: néquis obreptáuerit.
Sed áperiuntur aédes: remorandúst gradus. 80

TOXILVS. SATVRIO
SERVOS PARASITVS

TO. Omném rem inueni, ut suá sibi pecúnia
Hodie íllam faciat léno libertám suam.
Sed eccúm parasitum quoíus mihi auxiliióst opus.
Simulábo quasi non uídeam: ita alliciám uirum.
Curáte istic uos átque adproperate óc[u]ius, 85
Ne míhi morae sit quícquam, ubi ego intro aduénero.
Commísce mulsum. strúthea, †coluthequam áppara,
Bene ut ín scutris concálea⟨n⟩t: et calamum ⟨í⟩nice.
Iam pól ille hic aderit, crédo, congerró meus.

68ᵃ. Sed si *vel* Sed | *lac sign Schoe duce Brixio* ‖ 68ᵇ. damnet det *vel* damne det ‖ 70. *add Fl* | inlexi: *corr Ca* ‖ 73. faximus (*vel* facimus) quam: *corr Py* ‖ 78. *del Ca et Dousa* | num infuerit: *corr Hauptius* ‖ 79. Oporte ne: *corr Py* | fuerint *vel* fueritt | *dist Sey* ‖ 83. quoius mihi *vel* quo mihi ius ‖ 84. allictam (*vel* allietam) uerum: *corr Ca* ‖ 85. oculus *vel* oculos: *corr Ca* | 88. stutris: *corr Ca* | n *add Scal* ‖ 89. congerro (*item Varro*) *vel* congero (congerrae omnia eius *libri meliores Nonii*) ‖

SA. Me dícit: eugae. TO. Laútum credo e báli[e]neis 90
Iam hic ádfuturum. ⟨SA.⟩ Vt órdine omnem rém tenet.
TO. Collýrae facite ut mádeant et colýphia:
Ne míhi † incocta détis. ⟨SA.⟩ Rem loquitú⟨r⟩ meram.
Nil ⟨í⟩ sunt crudae, nísi quas madidas glúttias.
Tum † nisi cremore crasso sot ius collýricum: 95
Nil⟨í⟩st macrum illud épicrocum pellúcidum,
Quasi † iuream esse iús decet collýricum.
Nolo ín uesicam quód eat, in uentrém uolo.
TO. Prope me hic nescioquis lóquitur. SA. O mi Iúppiter
Terréstris, te coepulónus compellát tuos. 100
TO. O Sáturio, opportúne aduenistí mihi.
SA. Mendácium edepol dícis: atque haud té decet:
Nam essário uenio, nón aduenio sáturio.
TO. At edés: nam iam intus uéntris fumant fócula.
Calefíeri iussi réliquias. SA. Pernám quidem 105
Ius ést adponi frígidam postrídie.
⟨TO.⟩ Ita fíeri iussi. SA. Écquid hallecis? TO. Váh, rogas?
SA. Sapis mélitum ad genium. TO. Séd † [h]ecquid meministi, here
Qua dé re ego tecum méntionem féceram?
SA. Memini: ít muraena et cónger ne calefíerent: 110
Nam nímio melius óppectuntur frígida.
Séd quid cessamus proélium commíttere?
Dum mánest, omnis ésse mortalís decet.
TO. Nimis paéne manest. SA. Máne quod tu occéperis

---

99. Medici *vel* Medici | credo *vel* credo | ebalieneis *vel* abalieneis: *corr Bs* | 91. ut ordine *vel* ut Inordine | rem *vel* rea | 93. *i add Co* | 94. *add Pous* | 95. crasso *vel* crasso | 96. *add Bond* | magrum | epigrocum | 97. iure amesse *vel* iure se amesse | 98. nescio qui *Charisius* | 100. compellat tuus *vel* compellatrix | 101. TO. *D²* | opportune *vel* oportune | 102. SA. *D²* | 103. essario *vel* essario | 104. TO. *D²* | At edis: ad aedes *Nonius* | uenio *Nonius*: uenerio | 105. SA. *pro* = *Ad* | 107. *add Ad* | hallecis | 108. here (*sic glossa. Pl.*) *vel* ere | 110. conger ne *Priscianus*: conger nec |

Negótium agere id tótum procedít diem. 115
TO. Quaeso ánimum aduorte hoc: iám heri narrauí tibi
Tecúmque oraui, ut númmos sescentós mihi
Darés utendos mútuos. SA. Memini ét scio,
Et té me orare et míhi non esse quód darem.
Nilí parasitus ést quoi argentum †domideste. 120
Lubído extemplo coéperest conuíuium,
Tubúrcinari dé suo, siquíd domist.
Cynicum ésse ⟨e⟩gentem opórtet parasitúm probe:
Ampúllam, strigilem, scáphium, soccos, pállium,
Marsúppium habeat: ínibi paullum praésidi, 125
Qui fámiliarem suám uitam oblectét modo.
TO. Iam nólo argentum: fíliam utendám tuam
Mihi dá. SA. Numquam edepol quoíquam etiam u⟨t⟩endám dedi.
TO. Non ád istuc, quod tu ins[t]ímulas. SA. Quid eam u⟨í⟩s? TO. Scies:
Quia fórma lepida et líberalist. SA. Rés itast. 130
TO. Hic léno neque te nóuit neque gnatám tuam?
SA. Me ut quísquam norit nísi ille qui praebét cibum?
TO. Itást. hoc tu mihi réperire argentúm potes.
SA. Cupio hércle. TO. Tum tu mé sine illam uéndere.
SA. Tun íllam uendas? TO. Ímmo alium adlegáuero
Qui uéndat: qui esse sé peregrinum praédicet: 136
* * * * * * * * * * * *
Sicút istic leno hau dúm sex menses Mégaribus
Huc ést quom commigráuit. SA. Pereunt réliquiae:
Postérius istuc támen potest. TO. Scin quám potest?

---

116. iam *vel* enim iam | narra ut *vel* narrauit ‖ 117. sescentos mihi *vel* sescento mih ‖ 118. Dares *vel* Dare ‖ 119. me *vel* meo | darem *vel* darum ‖ 120. domideste *vel* domi idē ‖ 122. Turbucinari: *corr ex Nonio* | domi sit *Nonius* ‖ 123. parasitum *vel* parasitcis ‖ 125. marsup(p)ium *vel* Marsipium habeat *vel* habiat ‖ 128. Mihi da numquam *vel* Mihilda numquaam | uendaadedi ‖ 129. eamus ‖ 130. liberali (*vel* libirali) est ‖ 134. uendere *vel* uedere ‖ 136. uendat *vel* uedat | peregrinum *vel* pergrinum | *lac sign Ri* ‖ 137. leno nondum: *corr Ri* |

Numquam hércle | hodie hic príus [s]edes, ne frústra sis, 140
Quam te hóc facturum quód rogo adfirmás mihi:
Atqué nisi gnatam técum huc iam quantúm potest
Addúcis, exigam hércle ego te ex hac décuria.
Quid núnc? ⟨SA.⟩ Quid est? ⟨TO.⟩ Quin dícis quid factúrus sis?
SA. Quaeso hércle me quoque étiam uende, sí lubet, 145
Dum sáturum uendas. TO. Hóc, si facturú's, face.
SA. Faciam équidem quae uis. TO. Béne facis. propera, ábi domum:
Praemónstra docte, praécipe astu fíliae,
Quid fábuletur: úbi se natam praédicet,
Qui síbi parentes fúerint, unde surrúpta sit. 150
Sed lónge ab Athenis ésse se gnatam aútumet:
Et ut ádfleat, quom ea mémoret. SA. Etiam tú taces?
Ter tánto peior ípsast quam illam tu ésse uis.
TO. Lepide hércle dicis. séd scin qui⟨d⟩ faciás? cape
Tunicam átque zonam, et chlámydem adferto et caúsi⟨a⟩m, 155
Quam ille hábeat qui hanc lenóni huic uendat. SA. Eú, probe.
TO. Quasi sít peregrinus. SA. Laúdo. TO. Et tu gnatám tuam
Ornátam adduce lépide in peregrinúm modum.
SA. *Πόθεν* órnamenta? TO. Ábs chorago súmito.
Dare débet: praebenda aédiles locáuerunt. 160
SA. Iam fáxo hic aderunt. séd ego nil horúnc scio.

---

140. sedis: *corr Bo* ‖ 142. quantua *vel* quam tua ‖ 144. *add Sey* ‖ 145. etiam *vel* ciam *vel* ut iam | uendes (*vel* uendas) elubet: *corr Schoe duce Py* ‖ 146. uendas *vel* uedas//// | facturus: *corr Ri* ‖ 147. TO. *et* SA. D^2 | domum *vel* donum ‖ 152. TO. *pro* SA. D^2 ‖ 155. chlamydem *vel* clamidem | camsem *vel* causem: *corr Pius duce Sarac* ‖ 157. peregrinus # *vel* peregrinus | tu tuam gnatam tamen: *corr Ca* ‖ 158. peregrinum *vel* peregrinus ‖ 159. ΠοΕn *vel* ΠΟΘe *vel* Πoe | coragro *vel* horago ‖ 161. nihil hornuc *vel* horunc nihil ‖

TO. Nil hércle uero. nam úbi ego argentum accépero
Contínuo tu illam a lénon⟨e⟩ adseritó manu.
SA. Sibi hábeat, si non éxtemplo ab eo abdúxero.
TO. Abi et ístuc cura. intéribi ego puerúm uolo 165
Mittére ad amicam meam: út habeat animúm bonum:
Me esse éffecturum | hódie. nimis longúm loquor.

SOPHOCLIDISCA. LEMNISELENIS
ANCILLA MERETRIX

SO. Satis fúit indoctae, ímmemori insípienti dicére totiens.
Nimis tándem mequidem pró barda et pro rústica reor habitam ésse aps te.
Quamquam égo uinum bibo, at mándata non cónsueui simul bíbere una. 170
Mequidém iam satis tibi spéctatam censébam esse et meos móres.
Nam equidém te iam sectór quintum hunc annúm: quom interea, crédo,
Ouis si ín ludum iret, pótuisset iam fíeri ut probe littéras sciret,
Quom intérim tu meum ingeniúm fans atque infáns nondum etiam edídicisti.

---

164. habeat *vel* haat ‖ 165. curam me tibi: *corr Ac* (interibi [*inter v. 588 et 677?*] *gloss. Plaut.*) ‖ 166. ad amicam meam *vel* adamcam mam ‖ 168. SATIS·TFUIT | INDOCTAE: indotae | insipienti (*sic A*) *vel* infienti ‖ 169. tandem mequidem (*sic A*) *vel* tanden mequidem (tandem equidem *Nonius*) ‖ 170 sq. *sic A: tres sunt v. in B* (— simul — spectatam) | AT: ad | consueui (*sic A*) *vel* consui | UNA‖MEQUIDEM: unam equidem | SATISTIBISPECTATAM: satis bis pectatam | CENSEBAM: censueram ‖ 172. te iam: IAMTE | INTEREA: interiam ‖ 173. QUIS: Cuis *vel* cuius: *corr Bergkius* | POTUISSEIAM ‖ 174. Quom *vel* cum: QUUM | tu meum (*sic A*) *vel* eum | FANSATQ·INFANSNŌ‖DUMETIAMEDIDICISTI: fans non edidicisti atque infans ‖

Potin út taceas? potin né moneas? 175
Memini ét scio et calleo et cómmemini,
Amas pól misera: id tuos scátet animus:
Ego istúc placidum tibi ut sít faciam.
⟨LE.⟩ Miser ést qui amat. ⟨SO.⟩ Certo isquidém nilist,
Qui níl amat. quid ei homini ópus uitast? 180
Iré decet me ut erae opséquens fiam, libéra ea opera ocius út sit.
Conuéniam hunc Toxilum |: eíus aureis quae †mandata sunt onerabo.

TOXILVS. **PAEGNIVM.** **SOPHOCLIDISCA**
SERVOS PVER ANCILLA

TO. Sátin haec tibi sunt plána et certa? sátin haec meministi ét tenes?
PAE. Mélius quam tu quí docuisti. TO. Ain uéro, uerbereúm caput?
PAE. Áio enim uero. TO. Quíd ergo dixi? PAE. Ego récte apud illam díxero. 185
TO. Nón edepol scis. PAE. Da hércle pignus, ni ómnia memini ét scio,
Étquidem si scis túte quot hodie hábeas digitos ín manu.
TO. Égon dem pignus técum? PAE. Audacter, sí lubidost pérdere.

175—180. *sic A: quattuor v. sunt in B* (— commemini — placidum — amat) ‖ 176. calleo (*sic A*) *vel* callea ‖ 178. placidum: PELAGUS ‖ 179. NIHILIEST: nihil est ‖ 180. NIHILI | ei: ET ‖ 181. UTERAE: utere *vel* ere | fiam (*sic A*) *vel* filiam | L**ẸRẠEA: liberam ea ‖ 183. PLANA: planae *vel* plane | HAC ‖ 184. QUAMTU: quam ‖ 185. UEROQUID | dixero (*sic A*) *vel* dixiero ‖ 186. omnia (*sic A*) *vel* omia ‖ 187. ETQUIDEM: Equidem | QUOTHODIEHABEAS: quod habeas hodie ‖ 188. EGONDEM: Eoondem *vel* eodem | Audacter (*sic A*) *vel* Aucdacter | LUBIDOEST: lubidos est ‖

TO. Bóna pax sit potiús. PAE. Tum tu igitur síne me ire. ⟨TO.⟩ Et iubeo ét sino:
Séd ita uolo te cúrrere, ut domi sís, quom ego te †esse illi cénseam.
PAE. Fáciam. TO. Quo ergo is núnc? PAE. Domum: uti domí sim, quom illi cénseas.
TO. Scélus tu pueri's: átque ob istanc rem ego áliqui[t] te pecúliabo.
PAE. Scío fide hercle eríli ut soleat ínpudicitia óp-probrari,
Néc subigi queántur umquam, ut pro éa fide habeant iúdicem.
TO. Ábi modo. PAE. E[r]go laudábis faxo. TO. Séd has tabellas, Paégnium,
Ípsi Lemniseléni fac des ét quae iussi núntiato.
SO. Césso ire ego quo míssa sum?
PAE. Éo ego. TO. I sane: égo domum ibo. fáce rem hanc cum curá[s] geras.
Vóla curriculo. PAE. Istúc marinus pásser per circúm solet.
Íllic hinc abiit íntro huc. sed quis haec ést quae me⟨d⟩ aduórsum incedit?
SO. Paégnium hicquidemst. PAE. Sóphoclidisca haéc peculiárist eius
Quo égo sum missus. SO. Núllus esse hodie hóc puero peiór per⟨h⟩ibetur.

---

189. ire et (*etiam A, ut vid*) ‖ 190. uolo: UROLO | CURRERE: curare | illi (*sic A*) *vel* illic ‖ 191. *duo v. sunt in A* (—UTI [*vel* UT]) | cum: QUAM ‖ 192. istanc (*sic A*) *vel* istam | ALIQUIT: aliquid: *corr Dousa* ‖ 193. FIDEHERCOLE: fidei hercle | OPPROBRAR*: opprobari ‖ 194. Nec: NI ‖ 196 sq. *compr B, discr Ca* | lemniseleni *vel* lemnisse leni | SO. D^2 ‖ 198. sane *vel* san ‖ 199. marinus *vel* marrinus ‖ 200. Illic abiit (*vel* Illie habiit) hinc: *trai Ri* | huc *vel* hunc | mae duor sum *vel* me aduorsum: *corr Guy* ‖ 201. TO. *praem D: corr Sarac* | sophoclidisca *vel* sophodi disca *vel* sophodiclisca (*item v. 205*) ‖ 202. missus *vel* missum | SO. D^2 | peior *vel* poior ‖

Cómpellabo. PAE. Cómmorandust ápud hanc †obieci ⟨gradus⟩.
SO. Paégnium, delíciae pueri, sálue. quid agis? út uales?
PAE. Sóphoclidisca, dí — me amabunt. SO. Quíd me? ⟨PAE.⟩ Vtrum hercle ⏑ ⏑ ⏓ 205
Séd si ut digna's fáciant, odio hercle hábeant et faciánt male.
SO. Mítte male loquí. PAE. Quom ut digna's díco, bene, non mále loquor.
SO. Quíd agis? PAE. Feminám scelestam te ástans contra cóntuor.
SO. Cérte equidem puerúm peiorem quám te noui néminem.
PAE. Quíd male facio aut quoí male dico? SO. Quoí pol quomque occásiost. 210
PAE. Némo homo umquam ita árbitratust. SO. Át pol multi esse íta sciunt.
PAE. Héia. ⟨SO.⟩ Beia. PAE. Túo ex ingenio móres alienós probas.
SO. Fáteor e[r]go profécto me esse, ut décet lenonis fámiliae.
PAE. Sátis iam dictum habeó. SO. Sed quid tu? cónfitere, ut te aútumo?
PAE. Fátear, si ita sim. SO. Iam ábi: uicisti. PAE. Abi núnciam ergo. SO. Hoc mi éxpedi, 215
Quó agis? PAE. Quo tu? SO. Díc tu: †prior rogaui. PAE. At post scies.
SO. Éo ego hinc haud longe. PAE. Ét quidem ego haud longé. SO. Quo ergo * *, scelus?

203. TO. *s. v. praem* D^2 | hanc *vel* hana | *suppl Schoe duce Langeno* ‖ 204. Penignum *vel* pegnium | deliciae pueri *vel* deliciet pueris ‖ 205. *add Ri* ‖ 206 sq. dignas (*bis*) ‖ 208. PA. D^2 | astans *vel* astan ‖ 209—211. *pers habet* D^2 ‖ 209. quam *vel* quan ‖ 210. male facio *vel* mali facio ‖ 213. *del Ca* ‖ 215. Fatear *vel* Faciar | # ergo hoc (*vel* hoo): *corr Brixius* ‖ 216. agis *vel* ais ‖ 217. hinc haud *vel* hinc aud | ergo *vel* ego | *lac sign libri* ‖

PAE. Nísi sciero prius éx te, tu ex me númquam hoc quod rogitás scies.
SO. Númquam ecastor hódie scibis príus quam ⟨ego⟩ ex te audíuero.
PAE. Ítanest? SO. Itanest. PAE. Mála's. SO. Scelestu's. PAE. Décet me. SO. Me quidem haúd decet. 220
PAE. Quíd ais? certum | ést celare, quó iter facias, péssuma?
SO. Quíd, offirmasti | óccultare, quó te immittas, péssume?
PAE. Pár pari respóndes dicto: ábi iam, quando ita cérta re[se]st:
Níli facio scíre. ualeas. SO. Ásta. PAE. At propero. SO. Et pól ego ite⟨m⟩.
PAE. Écquid habes? SO. Ecquid tú? PAE. Nil equidem. SO. Cédo manum ergo. PAE. Estne haéc manus? 225
SO. Vbi illa alt[e]rast furtífica laeua? PAE. Dómi eccam |: huc nullam áttuli.
SO. Hábes nescioquid. PAE. Né me attrecta, súbigitatrix. SO. Sín te amo?
PAE. Mále operam locás. ⟨SO.⟩ Qui? PAE. Quia enim níl amas, quom ingrátu⟨m⟩ amas.
SO. Témperi hanc uigiláre oportet fórmulam atque aetátulam,
Né, ubi uorsicapíllus [pellis] fias, foéde semper séruias. 230
Túquidem haud etiam es óctoginta póndo. PAE. At confidéntia

---

218. scies *vel* scis ‖ 219. *add Kampmannus* ‖ 220. mala es *vel* maleas | scelestus: *corr Ri* | mequidem *vel* mequide ‖ 221. facias *vel* facies ‖ 223. pari *vel* piri | dicto *vel* dicito | # abi iam | *del Guy* | 224. Nihilo: *corr Ca* | ualeas *vel* uleas | at *vel* a | ite *vel* ire: *corr Ca* ‖ 225. Etquid tu ‖ 226. Vbi *vel* Vibi | altera (*vel* alterra) est: *corr Spengelius* | attuli *vel* atuli ‖ 227. Habes nescioquid *vel* Habe scio quid # | sibigitatrix *vel* subigatrix: *corr Ri* ‖ 228. quia # enim ‖ 229. temperi *etiam gloss. Plaut.* ‖ 230. ubi (*vel* ibi) capillus uersibellis (*vel* uersippellis *vel* uesipellis): *corr Ri* ‖

†Illa militia mílitatur múlto magis quam póndere.
Átque ego hanc [nunc] operam pérdo. SO. Quid iam?
PAE. Quía peritae praédico.
Séd ego cesso. SO. Máne. PAE. Molesta's. SO. Érgo
⟨ero⟩ quoque, nísi scio
Quó agas te. PAE. Ad uos. SO. Ét pol ego ad uos.
PAE. Quíd eo? SO. Quid id ad te
áttinet?
PAE. Énim non ibis núnc, uicissim nísi scio. SO.
Odiosú's. PAE. Lubet.
Númquam hercle istuc éxterebrabis, tu út sis peior
quam égo siem.
SO. Málitia certáre tecum míseriast. PAE. Mers tú
mala's.
Quíd est quod metuas? ⟨SO.⟩ Ídem istuc quod tu.
PAE. Díc ergo. SO. * * *
Ne hóc quoiquam homini [e]dícerem, omnes mú[l]ti ut
loquerentúr prius.
PAE. Édictumst magnópere mihi, ne quoíquam hoc
homini créderem,
Ómnes muti ut ⟨é⟩loquerentur príus hoc quam ego.
SO. At tu hóc face:
Fíde data credámus. PAE. Noui: omnés sunt lenae
léuifidae.
Néque tippulae léuius pondust quám fides lenónia.
SO. Díc amabo. PAE. Díc amabo. SO. Nólo ames. PAE.
Facile ímpetras.
SO. Técum habeto. PAE. Et tu hóc taceto. SO. Tácitum
erit. PAE. Celábitur.

---

233 sq. *pers pro* # *Ca* | *del Bo* | peritae *vel* peritaẽ ‖ 234. Molestes *vel* molesta es | *add Bo* | nisi *vel* # nisi ‖ 235. ad te attinet *vel* ate attenet ‖ 236. *dist Ri* | scio *vel* cio | odiosus es: *corr Bo* ‖ 237. *dist Vss* | prior: *corr Ca* ‖ 238. Malitia *vel* Milicia ‖ 239 sqq. *pers corr Lamb* ‖ 239. dic *vel* di | *lac sign Ca* ‖ 241. Edictum est *vel* Editum est | hoc homini *vel* homini ‖ 242. *add Mue* ‖ 244. tippulae *Paulus*: stipulae ‖ 246. habeto *et* taceto *vel* abeo *et* taceo ‖

SO. Tóxilo has feró tabellas túo ero. PAE. Abi: ec-
⟨c⟩illúm domi.
Át ego | hanc ad Lémniselenem túam eram opsignatam ábietem.
SO. Quíd istic scriptum? PAE. Iúxta tecum, sí tu nescis, néscio:
Nísi fortasse blánda uerba. SO. Ábeo. PAE. Et ego abiero. SO. Ámbula. 250

ACTVS III

SAGARISTIO
SERVOS

Ioui opulento, incluto, Ope gnato,
Supremo, ualido, uiripotenti,
Opés, spes bonás, copiás commodánti
* * * * lubens uitulorque merito,
Quiá meo amico amíciter hanc cómmoditatis cópiam 255
Danúnt, argenti mútui ut ⟨é⟩i egenti opem ádferam.
Quód ego non magis sómniabam néque opinabar néque censebam,
Eám fore mihi occásionem: ea núnc quasi decidít de caelo.
Nám erus meus me Erétriam misit, dómitos boues ut[i] síbi mercarer:

---

247. tabellas *vel* tabella es ‖ 249. nescis (*sic A*) *vel* nescis ‖ 250. At: *corr Ac* ‖ 251—254. *sic A: duo sunt v. in B* (— uiripotenti) ‖ 251 sq. 254. *cf. ad Most. v. 123* | incluto (*sic A*) *vel* induto ‖ SVPREMO: supraemo *vel* suppremo ‖ 253. *dist Schoe* ‖ 254. *lac sign ex A* ‖ 255. Quam meo *Nonius* ‖ 256. argenti (*sic A*) *vel* argeti | mutui (*sic A*) *vel* minuti | ut legenti: VTI(ege)NTI (*corr Weisius*) ‖ 258 sq. *hoc ordine A: inv reliqui* ‖ 259. NAM: Num | MEERETRIAM: meeretsiam *vel* me (*lac*) iam | *del Bo, fort. cum A* ‖

Dédit argentum: nam íbi mercatum díxit †esse die séptumei:
Stúltus, qui hoc mihi dáret argentum quoíus ingenium nóuerat.
Nám hoc argentum | álibi abutar: 'bóues quos emerem nón erant'.
Núnc et amico prósperabo et génio meo multá bona faciam.
Diú quo bene erit, die úno absoluam. túxtax tergo erit meó: non curo.
†Nunc amico homini binis domitis méa ex crumina lárgiar.
Nam íd demum lepidúmst: triparcos hómines uetulos áuidos ar[i]dos
Béne admordere, quí salinum séruo obsignant cúm sale.
Virtú[se]st, ubi occasio ádmonet, dispícere. quid faciét mihi?
Verbéribus caedi iússerit, compédes inpingi: uápulet:
Ne síbi me credat súpplicem fore. uaé illi, nil iam míhi noui
Offérri potest quin sím peritus. séd †Toxili puerum Paegnium eccum.

---

260. mercatum (*sic A*) *vel* mertatum | die (*sic A*) *vel* dies || 263. Nunc et: NUNC | AMICO: amico meo | prosperabo (*sic A*) *vel* properabo || 264. QUO: quod | TUXTAX: tuxcax (tuttax *vel* tutax *gloss. Plaut.*) || 265. HOMINIBINIS(*vix* BIBUS): hominibus || 266. *del Sey* || 267. QUISALINUM: quis alienum | cum (*sic A*) *vel* # cum || 268. *duo v. sunt in A* (— occasio) | *del Ri* | dispicere (*sic A*) *vel* dispecere || 269. uerberibus (*sic A*) *vel* uerboribus | iusserit (*sic A*) *vel* iussirit | IMPINGI: imponi *vel* Inpono | uapulet *etiam A* || 270. suplicem *vel* supplicem (*sic A*) | fore (*sic A*) *vel* rore | NIHILIAMMIHI: mihi iam nihil || 271. Offerri *vel* Oferi: OFFERRE | eccum (*sic A*) *vel* ecccum ||

PAEGNIVM. SAGARISTIO
PVER SERVOS

PAE. Pénsum meum quod dátumst confeci: núnc domum propero. SA. Máne, etsi properas.
Paégnium, ausculta. PAE. Émere oportet quém tibi oboediré uelis. SA. Asta.
PAE. Éxhibeas moléstiam |, ut opínor, siquid débeam,
Quí nunc sic tamen és molestus. SA. Scélerate, etiam réspicis? 275
PAE. Scío ego quid sim aetátis: eo istuc máledictum inpune aúferes.
SA. Vbi Toxilus est tuos erus? PAE. Vbi illi lubet neque te consulit. SA. Etiam
Dicis ubi sit, uenefice?
PAE. Nescio, inquam, ulmitriba tu. 278[b]
SA. Male dícis maiorí? PAE. Prior proméritus perpetiáre:
Seruam óperam, linguam líberam erus iússit me⟨d⟩ habére. 280
SA. Dicísne mihi ubi sit Tóxilus? PAE. Dico út perpetuo péreas.
SA. Caedére hodie tu réstibus. PAE. Tuaquidém, cucule, caússa
Non hércle, si os percíderim tibi, métuam, morticeíne.

---

272. SA. *praem* D^2 | datumst (DATUMEST) *vel* datumsi | NUNCDOMUMPROPERO: nunc pro domum ‖ 273. PAEGNIUM: paepnium (*corr D*) | PAE. D^2 | # asta *vel* asta: #ASTAS ‖ 274. Exhibeas (*sic A*) *vel* Exibeas ‖ 275 sq. *pers corr Pius* (SA. *bis praem* D^2) | TAMEN: tam ‖ 277—278[b]. *duo v. sunt in B* (— consulit), *quinque in A* (— erus — neque — etiam — uenefice): *cf. ad Most. 123* ‖ 277. PAE. *et* SA. D^2 (*item* 278) ‖ 278. DICIS: edicis | ulmitriba *vel* mul mitriba: UIMITRIBA ‖ 279. Male (*sic A*) *vel* Mali ‖ 280. liberam: OPERAM | IUSSITMEO (O *aut ex* D *aut in* T *corr*): iussit me *vel* me iussit (*corr Ri*) ‖ 281. PAE. D^2 ‖ 282 sq. hodie (*sic A*) *vel* odie | CAUSSA: causa | *dist Ri* | hercle si os *vel* her clisios: HERCLESIHOS ‖

SA. Video égo te: iam incubitátus es. PAE. Ita súm: quid id attinet ád te?
At nón sum ita ut tu, grátiis. SA. Confídens. PAE. Sum hercle uéro:
Nam ego mé confido líberum fore: tú te numquam spéras.
SA. Potin út molestus né sies? PAE. Quod dícis facere nón quis.
SA. Abi ín malam rem. PAE. At tú domum: nam ibi tíbi parata praéstost.
SA. Vadátur hic me. PAE. Vtinám uades desínt, in carcere út sis.
SA. Quid hóc? PAE. Quid est? SA. Etiám, scelus, male lóquere? PAE. Tandem ut líceat,
Quom séruos sis, seruóm tibi male dícere. SA. Itane? spécta
Quid dédero. PAE. Nil: nam níl habes. SA. Di deaéque me omnes pérdant —
PAE. Amícus sum: eueniánt uolo tibi quae óptas. ⟨SA.⟩ Atque id fíat,
Nisi te hódie, si prehéndero, defígam in terram cólapheis.
PAE. Tun mé defigas? té cruci ipsum adfígent propediem áliei.
SA. Qui té di deaeque — scís quid hinc porró dicturus fúerim,

---

284. es: SUM | attinet ad te: ANTEATTINET ‖ 285. sum ita: ITA | UTTU: uitu *vel* uita | GRATIIS: gratis | PAE. D^2 ‖ 286. tute numquam (*sic A*) *vel* ut enumquam ‖ 287. SA. *et* PAE. D^2 | SIS ‖ 288. in (*sic A*) *vel* im | SA. *pro* PAE. D^2 ‖ 289. PAE. *et* SA. D^2 | DESINITIN ‖ 290. ut liceat *vel* udiceat: UTILICEAT ‖ 292. Quid (*sic A*) *vel* Qui | DI: dii | deaeque (*sic A*) *vel* dẹte *vel* dẹte ‖ 293 sq. *hoc ordine A: inv reliqui* (SA. *add Brixius*) | EUENIAT | Nisi te (*sic A*) *vel* Nisi | DEFERAM ‖ 295. TUN: Tunc | ADFIGENTPROPEDIEM: propediem (*vel* propedienti) adfigent ‖ 296. QUI: Quin ‖

Ni línguae moderareí queam. potin ábeas? PAE. Abigis fácile:
Nam umbrá mea hic intus uápulat. SA. Vt istúm di deaeque pérdant:
Tamquám proserpens béstiast bilínguis et sceléstus.
Hercle ístum abiisse gaúdeo. foris †aperit. eccere aútem,
Quem cónuenire máxume cupiébam, egreditur íntus.

TOXILVS. SAGARISTIO. SOPHOCLIDISCA
SERVI II ANCILLA

TO. Parátum iam esse dícito unde argéntum sit futúrum.
Iubéto habere animúm bonum: dic me íllam amare múltum.
Vbi se ádiuuat, ibi me ádiuuat. quae díxi ut nuntiáres,
Satin éa tenes? SO. Magis cálleo quam aprúgnum callum cállet.
TO. Propera, ábi domum. SA. Nunc huíc ego graphicé facetus fíam:
Subníxis alis me ínferam atque amicíbor glorióse.
TO. Sed quís hic ansatus ámbulat? SA. Magnífice conscreábor.

---

297. NILINGUAE: nil linguae *vel* Nil ingruae | queam *vel* queam #: QUIAM# | ABEAS: habeas ‖ 298. MEAHIC(*vel* IAM): mea | intus uapulat (*sic A*) *vel* intú apulat | ISTUM: istunc ‖ 299. BESTIAST: bestiae | scelestus (*sic A*) *vel* celestus ‖ 300. Hercle (*sic A*) *vel* Herde | ISTUM: illum | abiisse (*sic A*) *vel* abisse ‖ 301. CONUENIRE: cum uenire ‖ 302. DICITO: dicto ‖ 304. adluat *bis*: *corr Valla cum A, ut vid* ‖ 305. SATINETENES | plus calleo quam aprunum *Nonius*: magis tabello quam prunum *Charisius* (aprugnum *etiam Servius*) | callet (*sic A cum Nonio et Charisio*) *vel* cilet ‖ 306. HUICEGO: ego huic ‖ 308. *post v.* 309 *habet A* | hic conatus *Nonius* | #MAGNIFICE: magnifice *vel* magnifico | CONCREABOR: constabor (*corr ex Nonio*) ‖

TO. Sagarístio hicquidemst. quíd agitur, Sagarístio? ut ualétur?
Ecquíd quod mandauí tibi †estne in te speculae? SA. Adito: 310
Vidébitur: factúm uolo. ueníto: promouéto.
TO. Quid hoc híc in collo tíbi tumet? SA. Vomicást: pressare párce:
Nam ubi quí mala tangít manu, dolóres cooriúntur.
TO. Quando ístaec innatást tibi? SA. Hodié. TO. Secari iúbeas.
SA. Metuó ne inmaturám secem: ne exhíbeat plus negótei. 315
TO. Inspícere morbum tuóm lubet. SA. Ah, áh, abi atque cáue sis
A córnu. TO. Quid iam? SA. Quía boues bini híc sunt in crumína.
TO. Emítte sodes, ne énices famé: sine ire pástum.
SA. Enim métuo ut possim réicere in bubíle, ne uagéntur.
TO. Ego réiciam: habe animúm bonum. SA. Credétur: commodábo. 320
Sequere hác sis: argentum híc inest quod mécum dudum orásti.
TO. Quid tú ais? SA. Dominus mé bouis mercátum Eretriam mísit:
Nunc mi Éretria erit haec túa domus. TO. Nimis tú facete lóquere:

---

309. *cf. ad 308* | QUIDEMEST: quidem sed ‖ 310. estne in te speculae # adito *etiam A* ‖ 311. promoneto (*item A*) ‖ 313. TANGIT: tetigit | cooriuntur (*sic A*) *vel* cooriuuntur ‖ 314. hodie (*sic A*) *vel* odie ‖ 315. exhibeat (*sic A*) *vel* exibeat ‖ 316. IUBET | AHAHABI: ahbi *vel* abi ‖ 317. bini (*sic A*) *vel* boni | crumina *vel* crimina: CRUMENA ‖ 318. fames in eire (*vel* inire): FAMESINEIRE ‖ 319. INBUBILEREICERE: in bubilem reicere: *trai Bo* | UAGENTUR: uagientur *vel* uiagentur ‖ 320. creditur: *corr Guy* ‖ 321. SEQUERE: Seque | argentum (*sic A*) *vel* argentur | MECUMDUDUMORASTI: me dudum rogasti ‖ 322. BOUIS: uobis | eretriam (*sic A*) *vel* eretria ‖

Atque égo | omne argentúm tibi hoc actútum incolume
rédigam.
Nam iam ómneis sycophántias instrúxi et comparáui,
Quo pácto ab lenone aúferam hoc argéntum — SA.
Tanto mélior.
TO. Et múlier ut sit líbera atque ipse últro det ar-
géntum.
Sed séquere me: ad eam rem úsus est tua míhi opera.
SA. Vtere út uis.

SATVRIO. VIRGO
PARASITVS

SA. Quae rés bene uortat míhi et tibi et uentrí meo
Perénnitassitque ádeo huic perpetuó cibu⟨m⟩,
Vt míhi supersit, súppetat, supérstitet:
Sequere hác, mea gnata, mé cum deis uoléntibus.
Quoi rei ópera detur scís, tenes, intéllegis:
Commúnicaui técum consilia ómnia.
Ea caússa ad hoc exémplum te exornáui ego:
Veníbis tu hodie, uírgo. VI. Amabo, mí pater,
Quamquám lubenter éscis alienís studes,
Tuin uéntris causa fíliam uendás tuam?
SA. Mirúm quin regis Phílippi caussa aut Áttali
Te pótius uendam quám mea, quae sís mea.
VI. Vtrúm pro ancilla mé habes an pro fília?
SA. Vtrum hércle magis in uéntris rem uidébitur.

---

324. ego omne *etiam A* | HOCACTUTUM: hoc tutum || 325. sycophantias (*sic A*) *vel* sychophantias || 328. # utere *vel* utere: #UTER || 330. Perennitatisque: PERRENNITATEIQ·: *corr Buechelerus* | cibo (*sic A*) *vel* cybo: *corr Buechelerus* || 331. suppetat (*sic A*) *vel* puppetat || 334. consilia omnia (*sic A*) *vel* consilio meo || 335. CAUSSA: causa | EXEMPTUM || 336—399. *pers plerasque add* D^2 *non sine erroribus* || 338. Tu inuentris causa: TUIUENTRISCAUSAM | UENDAS: uendis || 339. CAUSSA: causa || 341. UTRUM: Vtrum tu ||

Meum opínor imperium[st] ín te, non in mé tibist.
VI. Tua istaéc potestas ést, pater: uerúm tamen,
Quamquám res nostrae súnt, pater, paupérculae, 345
Modice ét modeste méliust uitam uíuere.
Nam ad paúpertatem si ádmigrant infámiae,
Grauiór paupertas fít, fides subléstior.
SA. Enim uéro odiosa's. VI. Nón sum neque me esse árbitror,
Quom párua natu récte praecipió patri. 350
Nam inimíci famam nón ita, ut natást, ferunt.
SA. Feránt eantque máxumam malám crucem.
†Non ego inimicitias omnis pluris existumo,
Quam ménsa inanis núnc si apponatúr mihi.
VI. Patér, hominum immortális est infámia: 355
Etiám tum uiuit, quom ésse credas mórtuam.
SA. Quid? métuis ne te uéndam? VI. Non metuó, pater:
Verum ínsimulari nólo. SA. At nequiquám neuis.
Meó modo istuc pótius fiet quám tuo.
VI. †Fiat. SA. Quae hae res sunt? VI. Cógita hoc uerbúm, pater: 360
Erus sí minatus ést malum seruó suo,
Tam[en]etsi íd futurum nón est, ubi captúmst flagrum,
Dum túnicas ponit, quánta adficitur míseria.
Ego núnc quod non futúrumst formidó tamen.
SA. Virgo átque mulier núlla erit quin sít mala 365
Quae praéter sapiet quám placet paréntibus.
VI. Virgo átque mulier núlla erit quin sít mala

---

343. *del Ca* | tibist: TIBI || 344. istaec (*sic A*) *vel* ista et || 346. est melius *Nonius* || 347. Nam *om Festus* | ubi ad paupertatem *Nonius* | ADMIGRANTINFAMIAE: admigrantim famiae (*vel* famae): immigrant infamiae *Festus,* accessit infamiam *Nonius* || 348. paupertas grauior *Nonius* | SUPTESTIOR || 349. odiosaes (*sic A*) *vel* diosa es | neque me: NEQ· || 350. QUM | natu recte (*sic A*) *vel* natura ee (*vel* ee) te || 351. NATAEST: nata si || 352. MAXIMAM: in maximam || 353. *sic etiam A* || 355. infamia (*sic A*) *vel* imfamia || 360. QUAEEHAERES: quae heres || 361. MNATUS || 362. TAMENESIAURUSNON (*et* ID FVTV *s. scr.*) || 367. ERIT: erat ||

Quae réticet, siquid fíeri peruorsé uidet.
SA. Maló cauere méliust te. VI. At si nón licet
Cauére, quid agam? nám ego tibi cautím nolo. 370
SA. Malusne égo sum? VI. Non es néque me dignum(m) est díere:
Verum eí rei operam do, ne álii dicant quíbus licet.
SA. Dicát quod quisque uólt: ego de hac senténtia
Non démouebor. VI. At, meo si liceát modo,
Sapiénter potius fácias quam stulté. SA. Lubet. 375
VI. Lubére tibi per mé licere intéllego.
Verúm lubere hau líceat, si liceát mihi.
SA. Futúra's dicto oboédiens an nón patri?
VI. Futúra. SA. †Scis nam, tíbi quae praecepi? VI. Omnia.
SA. Et ut uí surrupta fíeris? VI. Docte cálleo. 380
SA. Et quí parentes fúerint? VI. Habeo in mémoria.
Necéssitate mé, mala ut fiám, facis.
Verúm uideto, me úbi uoles nuptúm dare,
Ne haec fáma faciat répudiosas núptias.
SA. Tace, stúlta. non tu núnc hominum morés uides?
Quoiuísmodi hic cum [mala] fáma facile nubitur. 385
Dum dós sit, nullum uítium uitio nórtitur.
VI. Ergo ístuc facito ut uéniat in mentém tibi
Me esse índotatam. SA. Cáue sis tu istuc díxeris.
Pol deúm uirtute dícam et maiorúm meum — 390
Ne te índotatam dícas, quoi dos sít dotí —:
Librórum eccillum | hábeo plenum sórcum:
Si hoc ádeurassis lépide quoi rei operám damus,

---

369. LICEAT | 371. EST | 372. VERVM: uirum | dum *sec A* | *vel* donec | 374. LICEAT | 376. TIBIFERMS per me tibi | 377. hau (*sic A*) *vel* haud | SILICEAT: si lubeat *vel* si uibeat | 379. praecepi (*sic A*) *vel* precipi | 380. VTVISVRRVPTA: ut ut surrupta (*vel* surrepta) | 382. NECESITATE | 383. uoles (*sec A*) *vel* [illegible] | 385. stulta (*sic A*) *vel* stultam | *dist A:* | 386. CRIVSMODI: Quoius modi *vel* quo uis modi: *corr Lorenzius dum Goy* | *del Cz* | 387. sit: ET | 390 sq. uirtutem *Nonius* | Iuam *Non Nonius* | DICO | *dist Schoe* | Ne: NI | 392. NVLLVM *ex* nullum *vel* [illegible] illum (iccillum *Festus*) | PLENVMILLVMSORCVM |

Dabúntur dotis tíbi inde sescentí logei,
Atque Áttici omnes: núllum Siculum accéperis. 395
Cum hac dóte poteris uél mendico núbere.
VI. Quin tú me ducis, síquo ducturú's, pater?
Vel tú me uende uél ⟨me⟩ face quid tíbi lubet.
SA. Bonum aéquomque oras. séquere hac. VI. Dicto sum aúdiens.

DORDALVS
LENO

Quidnam ésse acturum hunc dícam uicinúm meum, 400
Qui míhi iuratust sése hodie argentúm dare?
Quod sí non dederit átque hic dies praetérierit,
Ego árgentum, ille iús iurandum amíserit.
Sed íbi concrepuit fóris: quisnam egreditúr foras?

TOXILVS. DORDALVS
SERVOS LENO

TO. Curáte isti intus: iam égo domum me récipiam. DO. Oh, 405
Toxíle, quid agitur? TO. Óh, lutum lenónium,
Commíxtum caeno stérculinum públicum,
Inpúre, inhoneste, iniúre, inlex, labés popli,

394. LOGEI: longi (dabantur tibi sexcenti logi *Pseudoasconius*) ‖ 395. omnes *om Pseudoasconius* ‖ 396. poteris (*sic A*) *vel* poteras ‖ 397. ducturus: *corr Ri* ‖ 398. *add Ri* | lubet (*sic A*) *vel* lube ‖ 399. AEQUMQ· | # dicto: ENDICTO | AUDIENS: audi eas ‖ 400. DICATHUNC ‖ 401. sese: SE ‖ 404. FORIS: fores ‖ 405—417. *pers add* D^2 ‖ 405 sq. ISTI: istic *vel* istuc | OH‖TOXILE: obtoxile *vel* otoxile | OH: eo ‖ 407. CAE(NO)STERCULINUM: caenoster cilinum *vel* # noster cilinum ‖ 408. iniure (*item Nonius*): PERIURE | labes (*sic Nonius*) *vel* inlabes: TABES | POPLI (*item Nonius p. 10*): populi (*item Nonius p. 447*) ‖

Pecúnias accípiter auide atque ínuide,
Procáx, rapax, traháx: trecentis uérsibus 410
Tuas ínpuritias tránsloqui nemó potest:
Accípin argentum? accípesis argentum, ínpudens.
Tene sís argentum |. étiam tu argentúm tenes?
Possúm te facere ut árgentum accipiás, lutum?
Non míhi censebas cópiam argentí fore, 415
Qui nísi iurato míhi nil ausu's crédere?
DO. Sine réspirare me, út tibi respóndeam.
Vir súmme populi, stábulum seruitrícium,
Scortórum liberátor, suduculúm flagri,
Compédium tritor, prístinorum cíuitas, 420
Perénniserue, lúrco edax, furáx, fugax,
Cedo sís mihi argentum, dá mihi argentum, ínpudens.
Possum á te exigere argéntum? argentum inquám cedo.
Quin tú mihi argentum réddis? nilne té pudet?
Lenó te argentum póscit, solida séruitus, 425
Pro líberanda amíca: ut omnes aúdiant.
TO. Tace, óbsecro hercle: né tua uox ualidé ualet.
DO. Referúndae ego habeo línguam natam grátiae.
Eodém mihi pretio sál praehibetur quó tibi.
Nisi me haéc defendet, númquam delingét salem. 430
TO. Iam omítte iratus ésse. id tibi suscénsui,
Quia té negabas crédere argentúm mihi.
DO. Mirúm quin tibi ego créderem |, ut idém mihi

---

409. Pecuniae (*item A*): *corr Buechelerus* ‖ 411. TRANSLOQUI: traloqui ‖ 415. *accessit ex A* ‖ 416. ausus: *corr Bent* ‖ 417. SINE: Sene | RESPIRAREMEUTTIBI: respirarem et ibi ut ‖ 418. populi (*sic A, ut vid*) *vel* popli | seruitritium (*sic A*) *vel* seruitricium ‖ 419. SUDUCULUM (sediculum *codices Pauli*): subiculum ‖ 420. pristinorum (*sic A*) *vel* pistrinorum | CIUILAS ‖ 421. PER(enn)ISSERUE (perennis herbae *Nonius*) | LYRCHEE(da)X: lurchedax (lurcho *Sacerdos*): *corr ex Nonio* | furax fugax (*sic A et Nonius*) *vel* fugax furax ‖ 422. da mihi argentum (*sic A*) *vel* da mihi argentam ‖ 423. ate: TE ‖ 424. NIHILNE: nihil ni ‖ 428. REFERENDAE ‖ 429. PRAETIO ‖ 430. me haec: HAECME | delinget (*sic A*) *vel* delinquet ‖ 431. OMITTE: omitto ‖ 432. te: TU ‖

Facerés quod partim fáciunt argentárii:
Vbi quíd credideris, cítius extempló foro 435
Fugiúnt quam ex porta lúdis quom emissúst lepus.
TO. Cape hóc sis. DO. Quin das? TO. Númmi sexcenti híc erunt
Probí, numerati: fác sit mulier líbera,
Atque húc continuo addúce. DO. Iam faxo híc erit.
Non hércle quoi nunc hóc dem spectandúm scio. 440
TO. Fortásse metuis ín manum concrédere?
†Mirúm quin citius iam á foro argentárii
Abeúnt quam in cursu rótula circumuórtitur.
Abi istác trauorsis ángiportis ád forum:
Eadem ísta[ha]ec facito múlier ad me tránseat 445
Per hórtum. DO. Iam hic faxo áderit. TO. At ne própalam.
DO. Sapiénter sane. TO. Súpplicatum crás eat.
DO. Ita hércle uero. TO. Dúm stas, reditum opórtuit.

ACTVS IV

TOXILVS

SERVOS

Siquám rem accures sóbrie aut frugáliter,
Solet ílla recte súm manus succédere. 450
Atque édepol firme ut quísque rem accurát suam,
Sic eí procedit póst principio dénique.
Si málus aut nequamst, mále res uortunt quás agit:
Sin aútem frugist, éueniunt frugáliter.

---

435. FORO: a foro ‖ 436. LUDISEMISSUSLEPUS ‖ 437. CAPE: Scape *vel* Sape ‖ 438. Probi (*sic A*) *vel* Brobi ‖ 439. adduce *vel* adluce: (ad)DUCEI ‖ 440. hercle (*sic A*) *vel* erde ‖ 441 sq. in manum — citius *om CD* ‖ 443. quam (*sic A*) *vel* qua ‖ 444. Abiis tracta (*vel* tacta) uorsis ‖ 445. Eadem *vel* Ad est ‖ 452. post principio *etiam Donatus* ‖

Hanc égo rem exorsus súm facete et cállide: 455
Igitúr prouenturám bene confidó mihi.
Nunc égo lenonem ita hódie intricatúm dabo,
Vt ípsus sese quá se expediat nésciat.
Sagarístio, heus, exi átque educe uírginem
Et istás tabellas quás consignauí tibi, 460
Quas tu áttulisti mi áb ero meo usque e Pérsia.

SAGARISTIO. TOXILVS. (VIRGO)
SERVI II

SA. Numquíd moror? TO. Euge, euge éxornatu's básil[l]ice.
†Tiara ornatum lepide condecorat tuom.
Tum hanc hóspitam autem crépidula ut graphicé decet.
Sed sátin estis meditáti? SA. Tragici et cómici 465
Numquam aéque sunt meditáti. TO. Lepide hercle ádiuuas.
Age illúc apscede prócul e conspectú: [SA.] tace.
Vbi cúm lenone mé uidebis cónloqui,
Id erít adeundi témpus. nunc agérite uos.

456. prouenturam *vel* prouentura ‖ 459. educe *vel* educ | 462. TO. *et* SA. D^2 | exornatus: *corr Ri* | *del D* ‖ 463. Theatrum lepida condecorat schema *Priscianus* ‖ 464. TO. *praem* D^2 ‖ 467. aspice deprocul in conspectum: *corr Dousa e v. 727* | SA. *pro* # D^2: *del Ac* ‖ 469. Id erit *vel* id aderit | nunc *vel* nun | age rite *vel* agite: *correximus* ‖

DORDALVS. TOXILVS
LENO SERVOS

DO. Quoí homini di própitii sunt áliquid obiciúnt lucri. 470
Nam égo hodie compéndi feci bínos panes ín dies:
Íta ancilla mea quaé fuit hódie súa nunc est: argénto uicit.
Iám hodie alienúm cenabit, níl gustabit dé meo.
Súmne próbus, sum lépidus ciuis, qui Átticam hódie cíuitatem
Máxumam maiórem feci atque aúxi ciui fémina? 475
Séd ut ego hodie fúi benignus, út ego multis crédidi,
Néc satis a quiquam hómine accepi: ita prósum credebam ómnibus:
Néc metuo, quibus crédidi hodie néquis mihi in iure ábiurassit.
Bónus uolo iam ex hóc die esse: quód neque fiet néque fuit.
TO. Húnc hominem ego hodie ín trasennam dóctis deducám dolis: 480
Ítaque huic insidiaé paratae súnt probe. adgrediár uirum.
Quíd agis? DO. Credo. TO. Vnde agis te, Dórdale? DO. Credó tibi.
Dí dent quae uelís. TO. Eho, an iam mánu emisisti múlierem?
DO. Crédo edepol, credo ínquam tibi. TO. Iam líberta auctu's? DO. Énicas.

---

470. di *vel* de ‖ 471. bi nons *vel* non: *corr Ca* ‖ 476. Sed ut *vel* Sed ut et ‖ 477. quiquã *vel* quoquam | accepi *vel* accipi ‖ 480. hominem ego (*sic A*) *vel* ego hominem | intrasennam (*sic A*) *vel* in trassenam | DEDUCAM: ducam ‖ 482. TO. *ante* credo D^2 | #UNDE: unde | dordale (*sic A*) *vel* # Dordale | DO. D^2 ‖ 483. TO. D^2 ‖ 484. DO. D^2 | edepol (*sic A*) *vel* epol | TIBIIAM | TO. D^2 | liberta (*sic A*) *vel* liber | auctus es #: AUCTUS ‖

Quin tíbi me dico crédere. TO. Dic bóna fide: iam líberast? 485, 486
DO. Í ad forum, e praetóre exquire, síquidem crederé mihi non uis.
Líbera inquamst. écquid audis? TO. Át tibi di bene fáciant omnes.
Númquam enim posthac tíbi nec tuorum quoíquam quod nolís uolam.
DO. Abi, né iura: satis crédo. 490
TO. Vbi núnc tua libertást? DO. Apud te. TO. Ain? apud mést? DO. Aio inquam: apud tést inquam.
TO. Ita mé di ament, ut ob ístanc rem tibi múlta bona instant á me.
Nam est rés quaedam quam occúltabam tibi dícere: nunc eam nárrabo:
Vnde tú pergrande lucrúm facias: faciam út mei memineris, dúm uitam
Viuás. DO. Bene dictis tuís bene facta aurés meae auxilium expóscunt. 495
TO. Tuom prómeritumst merito út faciam: et ut mé scias esse ita fácturum,
Tabellás tene has, pellege. DO. Haé quid ad me? TO. Immo ád te attinent et tuá refert:

485. # DIC: dic | POLAIO *vel* #OLET— *add A* ‖ 487. I: Ii | EPRAETORE: ad praetorem | MIHICREDERE ‖ 488. INQUAMSIECQUID | # At: AT | BENEFICIANT ‖ 489—495. *sic A, nisi quod* 489—491 *duo sunt* (— credo) *et* uiuas *adhaeret v.* 494 (*discr Stu*): *septem sunt in B* (— uolam — apud me est — rem — occultabam — facias — benedicis) ‖ 489. QUIQUAMQUOD: quod (*suppl Lamb*) ‖ 491. LIBERTAST: libertas ‖ 492. ISTANC: istam ‖ 493. ea *Nonius* ‖ 494. pergrandem *Nonius* | uitam (*sic A*) *vel* uita ‖ 495. BENEDICTIS: benedicis | benefacta: BENEACTIS | EXPOSCUNT: expostulant ‖ 496. me scias (*sic A*) *vel* messias | ESSEITA: esse ‖ 497—500. *sic A: quinque v. in B sunt* (— attinent — domino — ipsis — recitato) ‖ 497. PELLEGE: pellige | # immo (*sic A*) *vel* immo | attinent: ALIENENT ‖

Nam ex Pérsia sunt istaéc allatae mi á meo ero. DO.
Quando? TO. Haúd dudum.
DO. Quid istaé narrant? TO. Percóntare ex ipsís:
ipsae tibi nárrabunt.
DO. Cedo sáne mihi. TO. At claré recita[to]. DO.
Tace, dúm pellego. TO. [Recita:] Hau
uerbúm faciam. 500

DO. 'Salútem dicit Tóxilo Timárchides
Et fámiliae omni. sí ualetis, gaúdeo.
Ego uáleo recte et rém gero et fació lucrum
Neque istóc redire his ócto possum ménsibus:
Itaque híc est quod me détinet negótium. 505
Chrysópolim Persae cépere urbem in Árabia,
Plenám bonarum rérum atque antiquom óppidum:
Ea cónportatur praéda, ut fiat aúctio
Publícitus: ea res mé domo expertém facit.
Operam átque hospitium ego ísti praehiberí uolo
Qui tíbi tabellas ádfert. cura quae ís uolet: 511
Nam is míhi honores suaé domi habuit máxumos.'
Quíd id ad me aut ad meám rem refert Pérsae quid
rerúm gerant
Aút quid érus tuos? TO. Táce, stultiloque: néscis
quid te instét boni
Néque quam tibi Fortúna faculam lúcrifera[m] adlu-
cére uolt. 515

498. EX: e | SUNTISTAECALLATAEMIHI#AMEO(er)O: adme allatae modo sunt istae a meo domino | HAUT | dudum (*sic A*) *vel* dubium || 499. #PERCONTARAE: perc̄tare || 500. clare (*sic A*) *vel* dare | *del Spengelius* | PELLIGOREC(i)TAHAU: pellico # haud || 501. DO. D^2 || 502. *ante* gaudeo *s. scr.* TO. D^2 || 504. ISTOC: isto | REDIRE: reddere | octo (*sic A*) *vel* osto || 505. DETENET || 506. CHRYSOPOLIN: Cleusipolim || 508. CONPORTATUR: comparatur | praeda (*sic A*) *vel* prae || 509. Publicitus (*sic A*) *vel* Pollicitus || 511. OFFERT | qua eis: Q·IS | UELIT || 513. perse (*etiam A, ut vid*) || 514. quid te (*sic A*) *vel* quid || 515. NEQ·QUAM: Nequiquam | faculam (*sic A*) *vel* foculam | LU(cri)FERAM: lucificam: *del Ri* | ADLUCERE: allucere *vel* allicere ||

DO. Quaé istaec lucriferást Fortuna? TO. Ístas quae norúnt roga:
Égo tantumdem scío quantum tu, nísi quod pellegí prior.
Séd ut occepisti, éx tabellis nósce rem. DO. Bene mé mones.
TO. Fác silentiúm: nunc ad illud uénies quod refért tua.
DO. 'Iste quí tabellas ádfert adduxít simul 520
Forma éxpetenda líberalem uírginem,
Furtíuam, abductam ex Árabia penitíssuma.
Eam té uolo curáre ut istic uéneat:
Ac suó periculo ís emat qui eám mercábitur:
Mancípio neque promíttes neque quisquám dabit. 525
Probum ét numeratum argéntum ut accipiát face.
Haec cúra et hospes cúra ut curetúr. uale.'
TO. Quíd igitur? postquám recitasti quód erat cerae créditum,
Iám mihi credis? DO. Ýbi nunc illest hóspes qui hasce huc áttulit?
TO. Iam híc credo aderit: árcessiuit íllam a naui. DO. Níl mi opust 530
Lítibus neque trícis. quam ob rem ego árgentum enumerém foras?
Nísi mancipio accípio, quid eo mi ópus est mercimónio?
TO. Tácen an non tacés? numquam ego te tám esse matulam crédidi.

516. LUCRIFERAESTFORTUNA: fortuna lucrifica est ‖ 517. tantumdem (*sic A*) *vel* tantundem ‖ 518 sq. TABELLE(S) | # nunc (*etiam A*): *pers corr Pius* | UENIES: uentes ‖ 521. UIRGINEM: mulierem ‖ 522. fortiuam *Priscianus* | ABDUCTAM: adductam (*sic Priscianus*) *vel* aduectam ‖ 523. CURARE: accurare | ueneat: UENIAT ‖ 524. PERICULO: periclo | qui eam: QUI ‖ 525. PROMITTIS: promittet (*corr Geppertus*) ‖ 529. HASCEHUC: hasce *vel* asce ‖ 530. arcessiuit: ACCERSIUIT | illam a naui (*sic A*) *vel* illa mandauit | #NIHIL: nihil ‖ 531. TRICIS: trichis | ego argentum (*sic A*) *vel* argentum | ENUMEREM: numerum ‖ 532. OPUSEST: opus ‖

Quíd? metuis? DO. Metuo hércle uero: sénsi ego iam complúriens
Néque mi haud imperíto eueniet, táli ut in luto haéream. 535
TO. Níl pericli míhi uidetur. DO. Scío istuc: sed metuó mihi.
TO. Meá quidem †istuc nil refert: túa ego hoc facio grátia, 537. 538
Vt tibi recte cónciliandi prímo facerem cópiam.
DO. Grátiam habeo: séd te de aliis quám de te alios suáuiust 540
Fíeri doctos. TO. Néquis uero ex Arabia penitíssuma
Pérsequatur. étiam tu illam déstinas? DO. Videám modo
Mércimonium. TO. Aéqua dicis. séd optume eccum ipse áduenit
Hóspes ille qui hás tabellas áttulit. DO. Hicinést? TO. Hic est.
DO. Haécine illast furtíua uirgo? TO. Iúxta tecum aequé scio, 545
Nísi quia specié quidem edepol líberalist, quísquis est.
DO. Sát edepol concínnas⟨t⟩ facie. TO. Vt contemptim cárnufex.
Táciti contemplémur formam. DO. Laúdo consiliúm tuom.

534. *dist Sey* | hercle (*sic A, ut vid*) *vel* herche | iam *om Gellius et Nonius* || 535. LUTO: ludo || 536. PERICLIMIHI: pericli || 537 sq. HOCFACIO: refero || 540. aliis (*sic A*) *vel* alis | DETEALIOS: alios de te || 541. ARABIA: barbaria || 543. ADUENIT: adunt *vel* addunt || 544. HICINEST#: hiccine est # *vel* hiccinest || 545. aeque scio (*sic A*) *vel* scio eque || 546. qui aspeci (*vel* aspexi) equidem: *corr Luchsius duce Bergkio* | QUISQUISEST: quisquis es || 547. *add Ca* | CARNIFEX || 548. FORMAM#: formam ||

SAGARISTIO. TOXILVS. VIRGO. DORDALVS
SERVI II LENO

SA. Sátin Athenae tíbi sunt uisae fórtunatae atque ópiparae?
VI. Vrbis speciem uídi |, hominum móres perspexí parum. 550
Númquid in principió cessauit uérbum docte dícere?
DO. Haú potui etiam in prímo uerbo pérspicere sapiéntiam.
SA. Quíd id quod uidisti? út munitum múro tibi uisum óppidumst?
VI. Si íncolae bene súnt morati, id púlcre munitum árbitror:
Pérfidia et peculátus ex urbe ét auaritia si éxulant, 555
Quárta inuidia, quínta ambitio, séxta | obtrectátio,
Séptumum periúrium, — TO. Eugae. VI. Octáua indiligéntia,
Nóna iniuriá, decumum, quod péssumum adgressúst, scelus:
Haéc unde aberunt, ea úrbs moenita múro sat erit símplici.
Vbi [ea] aderunt, centúmplex murus rébus seruandís parumst. 560
TO. Quíd ais tu? DO. Quid uís? TO. Tu in illis és decem sodálibus:
Té in exilium hinc íre oportet. DO. Quíd iam? TO. Quia periúrus es.

549. S(un)TU(is)AE: uisae ‖ 550. SPECIEM: speclem | —(p)ERS(pexi) [*ubi* mores *spat non explet*]: mores prospexi ‖ 551. Numquid (*sic A*) *vel* Numqud ‖ 552. HAU: Haut *vel* Haud | perspicere *vel* perficere ‖ 553. UIS(umop)PIDUMST: uisumst oppidum (*vel* opidum) ‖ 554. (idpulch)RE (*suppl Stu*): pulchre | munitum (*sic A*) *vel* monitum ‖ 555. Perfidia (*sic A*) *vel* Perfida ‖ 556. ambitio: ARBITRIO ‖ 558. ADGRESSUST: adgressu ‖ 560 sq. ea urbs — aderunt *solus habet A* | EAABERUNT: *corr Ri* | CENTUMPLEX: centuplex | MURUM | PARUMST: parum sit ‖ 561. sodalibus (*sic A*) *vel* sodalibs ‖ 562. ire hinc: *trai Schoe duce A* ‖

DO. Vérba quidem haud indócte fecit. TO. Éx tuo inquam ussúst: eme hanc.
DO. Édepol qui quom hanc mágis contemplo, mágis placet. TO. Si hanc émeris,
Di ímmortales, núllus leno te álter erit opuléntior. 565
Éuortes tuo árbitratu hómines fundis, fámiliis:
Cum óptumis uirís rem habebis, grátiam cupiént tuam,
Vénient ad te cómisatum. DO. At ego íntromitti uótuero.
⟨TO.⟩ Át enim illi noctu óccentabunt óstium, exurént fores.
Proín tu tibi iubeás concludi aédis foribus férreis, 570
Férreas aedís commutes, límina indas férrea,
Férream seram átque anellum: né sis ferro párseris:
Férreas tuté tibi inpingi iúbeas crassas cónpedis.
DO. Í in malum cruciátum. TO. I sane tu — hánc eme: auscultá mihi.
DO. Módo ut sciam quanti índicet. TO. Vin húc uocem? DO. Ego illo accéssero. 575
TO. Quíd agis, hospes? SA. Vénio, adduco hanc ád te, ut dudum díxeram.
Nám heri in portum nóctu nauis uénit: ueniri hánc uolo,
Sí potest: si nón potest, iri hínc uolo quantúm potest.
DO. Sáluos sis, aduléscens. SA. Siquidem hanc uéndidero pretió suo.

---

563. ussut *vel* uisust *vel* usust ‖ 564. contemplo: CONTEMPL** | #SI: si ‖ 565. Di (*sic A*) *vel* Dii ‖ 567. cupient *vel* concipient ‖ 568. comisatum *vel* comissatum | INTROMITTIUOLUERO: intromitti (*suppl Ca*) ‖ 569. *add Ca* ‖ 570. PROIN: Proinde ‖ 571. limina *vel* lineina ‖ 572. anulum (*etiam A*): *corr Bo* ‖ 573. Ferreas tute: FERREASTULTE | CONPEDISCRASSAS ‖ 574. I in: ISISIN | TO. *pro* # *Ca* | ISAN***H(an)CEME: i sane hanc eme atque (*corr Ri cum A, ut vid*) ‖ 575. uti *vel* ut (*sic A*) | accessero (*sic A*) *vel* accerseo ‖ 576. agis (*sic A*) *vel* ais | hospes#: HOSPES | ADTEUTDUDUM: ut dudum *vel* ut ‖ 578. IRI: ire ‖

TO. Átqui aut hoc emptóre uendes púlcre aut alio nón potis. 580
SA. És[t]ne tu huic amícus? TO. Tamquam di ómnes qui caelúm colunt.
DO. Túm tu mihi's inimícus certus: nám generi lenónio
Númquam ullús deus tám benignus fúit qui fuerit própitius.
SA. Hóc age. opusnest hác tibi empta? DO. Sí tibi uenissést opus,
Míhi quoque emptast: sí tibi subiti níl est, tantumdémst mihi. 585
SA. Índica, fac prétium. DO. Tua mers ést: tua indicátiost.
TO. Aéquom hic orat. SA. Vín bene emere? DO. Vín tu pulcre uéndere?
TO. Égo scio hercle utrúmque uelle. DO. Age, índica prognáriter.
SA. Príus dico: hanc mancúpio nemo tíbi dabit. iam scís? DO. Scio.
Índica, minumó daturus quí sis, qui ducí queat. 590
TO. Táce, tace: nimis tú quidem hercle homo stúltus es[t] pueríliter.
DO. Quíd ita? TO. Quia enim te éx puella príus percontarí uolo
Quae ád rem referúnt. DO. Atque hercle tú me mónuisti haú male.
Víde sis, égo ille dóctus leno paéne in foueam décidi,

580. POTIS: potes || 581. tu huic (*sic A*) *vel* huic tu || 584. HAC: haec || 585. tibi subiti: TIBI | TANTUMDEMEST: tantumdemst *vel* tantũdest || 586. INDICAIFAC || 587. AEQUMHICORAT: Aequo mihi corat (*vel* curat) | #UINTU: uine tu *vel* Vinctu || 588. ecor scio *Nonius* | hercle (*sic A et Nonius*) *vel* erde | uelle: BELLE (*item Nonius*) | #AGE: age (*vel sic vel* a te *Nonius*) || 589. MANCIPIO || 591. hercle homo *vel* hercule hõ: HOMO || 592. EXPUELLATE || 593. REPERANT | ATQ·HERCLE: et qui hercle (*vel* hercule) | HAU: haud || 594. ego ille doctus: **ILLE-**RTUS (*fort.* ne ille dortus) ||

Ni híc adesses. quántumst hominem amícum adhibere, ubi quíd geras. 595
TO. Quó genere aut qua in pátria nata sít aut quibus paréntibus —
Né temere hanc te emísse dicas me ínpulsore aut ínlice —
Vólo te percontári. DO. Quin laudo ínquam consiliúm tuom.
TO. Nísi molestumst, pércontari hanc paúcis hic uolt. SA. Máxume,
Suo árbitratu. TO. Quíd stas? adi sis túte atque ipse itidém roga, 600
Ýt tibi percontári liceat quaé uelis: etsí mihi
Díxit dare potéstatem eius: séd ego te maló tamen
Eúmpse adire, ut né contemnat te ílle. DO. Satis recté mones.
Hóspes, uolo ego hanc pércontari. SA. A térra ad caelum quídlubet.
DO. Iúbedum ea hóc accédat ad me. SA. I sáne ac morem illí gere. 605
Pércontare, exquíre quiduis. TO. Áge, age nunc tu: in proélium
Víde ut ingrediare aúspicato. VI. Líquidumst auspiciúm: tace.
Cúrabo, ut praedáti pulcre ad cástra conuortámini.
TO. Cóncede istuc: égo illam adducam. DO. Age, út rem esse in nostrám putas.

---

595. HOMINEMAMICUMADHIBERE: adhibere hominem amicum | *ante* UBI *litterae* QUOGENEREUTQUAINP *deletae sunt* (*cf. 596*) | GERAT ‖ 596. nata sit (*sic A*) *vel* sit nata ‖ 597. hanc te (*sic A*) *vel* hanc | MEINPULSOREAUTINLICE: suasu atque inpulsu meo ‖ 598. *accessit ex A* ‖ 600. TO. *pro* # *Py* | A**: abi *vel* habi: *corr Bo* | SISTUTE: tute ‖ 601. PERCUNTARI ‖ 603. EUMSE: Eum ipse (*corr Ri*) | DO. *pro* # *Py* ‖ 604. PERCONTIRI ‖ 605. HOC: huc ‖ 606. TO. *pro* # *Py* | INPROELIŨ: inproe *vel* impera ‖ 607. VI. *pro* # *Bo* ‖ 608. *accessit ex A* ‖ 609. ISTUC: sis iam *vel* si suam | nostram (*sic A*) *vel* nostra | PUTRAS ‖

TO. Éhodum huc, uirgo. uíde sis quid agas. VI. Táceas:
curabo út uoles. 610
TO. Séquere me. adduco hánc, siquid uis éx hac per-
contárier.
DO. Énim uolo te adésse. TO. Hau possum, quín huic
operam dem hóspiti
Quoí erus iussit. quíd si hic non uolt me úna adesse?
SA. Immo í modo.
TO. Dó tibi ego operam. DO. Tíbi ibidem das, úbi tu
tuom amicum ádiuuas.
SA. Éxquire. TO. Heus tu, aduígila. VI. Satis est
díctum. quamquam ego sérua sum, 615
Scío ego officium meum, út, quae rogiter, uéra ut ac-
cepi éloquar.
TO. Vírgo |, hic homo próbus est. VI. Credo. TO. Nón
diu apud hunc séruies.
VI. Íta pol spero, sí parentes fácient officiúm suom.
DO. Nólo ego te mirári, si nos éx te percontábimur
Aút patriam tuam aút parentes. VI. Qúr ego hic mirér,
mi homo? 620
Séruitus mea míhi interdixit, néquid mirer meúm malum.
DO. Nóli flere. TO. Ah, dí istam perdant: íta catast
et cállida.
Vt sapiens habet cór: quam dicit quód opust. DO.
Quid nomén tibist?
TO. Núnc metuo ne péccet. VI. Lucridei nómen in
patriá fuit.

610. *accessit ex A* ‖ 611. adduco (*sic A*) *vel* adduco Adduco ‖ 612. Haud: HU (*corr Ri*) | huic (*sic A, ut vid*) *vel* huc ‖ 613. si hic (*sic A*) *vel* hic si | (meuna)ADESSE (*suppl Stu*): me adesse una ‖ 614. TIBIEGO: ego tibi ‖ 615. EXQUIRE#HEUS: Exquire heus (*pers corr Schoe*) | satis est *vel* satis ego ‖ 616. rogitet: *corr Gru cum A, ut vid* ‖ 619. (MI)RARISINOS: minaris in nos ‖ 620. QUR: Cur | HIC: id | mi homo: HOMOMI ‖ 621. meum malum (*sic A*) *vel* Malum meum ‖ 622. NOLIFLERE-#AHDI (*item Lamb* [*ex membr. Turn.?*]): di (*vel* dii) *post lac* ‖ 623. UTSAPIENSHABET: habet (*post lac CD*) | # Quid: #QUOD ‖ 624. NUNC: Nonte | PARIA (*fort.* T *s. v.*) ‖

TO. Nómen atque omén quantiuis iámst preti: quin tu hánc emis? 625
Nímis pauebam né peccaret: éxpediuit. DO. Sí te emam,
Míhi quoque Lucridém confido fóre te. TO. Tu si hanc émeris,
Númquam hercle hunc mensém uortentem, crédo, seruibít tibi.
DO. Íta uelim quidem hércle. TO. Vt optata éueniant operam áddito.
Níl adhuc peccáuit etiam. DO. Vbi tu nata's? VI. Vt mihi 630
Máter dixit, ín culina, in ángulo ad laeuám manum.
TO. Haéc erit tibi faústa meretrix: nátast in calidó loco,
Vbi rerum omniúm bonarum cópiast saepíssuma.
Táctus lenost quí rogarat, úbi nata esset, díceret.
Lépide lusit. DO. At ego patriam té rogó quae sít tua. 635
VI. Quaé mihi sit nisi haéc ubi nunc sum? DO. At égo illam quaéro quaé fuit.
VI. Ómne ego pro nilo ésse duco quód fuit, quandó fuit:
Támquam hominem, quando ánimam ecflauit, quíd eum quaeras quí fuit?
TO. Íta me di bene amént, sapienter: átque equidem miserét tamen.
DO. Séd tamén, uirgó, quae patriast túa age mihi actutum éxpedi. 640

625. TAMEST: est (*corr Ri*) ‖ 628 sq. hercle (*sic A, ut vid*) *vel* hercule (*bis*) | UTOPTATAEUENIANT: # opta ut conueniant ‖ 632. erit tibi (*sic A*) *vel* tibi erit ‖ 633. SAEPISSUMA: sepissime *vel* sepisse ‖ 634. TACTUSLENOST: Tactus est leno | rogaret: ROGARIT: *corr Ca* ‖ 635. lusit (*sic A*) *vel* iussit | te rogo: QU(AE)SO ‖ 636. VI. D^2 (*item v.* 637. 641. 644. 646. 648) | illam (*sic A*) *vel* illa | QUIFUIT (*ex v. 638*) ‖ 637. DUCO: ducto ‖ 638. ECFLAUIT: etflauit ‖ 639. equidem: EO ‖

Quíd taces? VI. Dico équidem: quando hic séruio, haec patriást mea.
TO. Iám de istoc rogáre omitte. nón uides nolle ⟨é⟩loqui,
Né suarum se míseriarum in mémoriam inducát? DO. Quid est?
Cáptusnest patér? VI. Non captus, séd †quod habuit id pérdidit.
TO. Haéc erit bono génere nata: níl scit nisi uerúm loqui. 645
DO. Quís fuit? dic nómen. VI. Quid illum míserum memorem quí fuit?
Núnc et illum Míserum et me Miseram aéquomst nominárier.
DO. Quoíus modi | is ín populo habitust? VI. Némo quisquam accéptior:
Sérui liberíque amabant. TO. Hóminem miserum praédicas:
Quóm et ipsus probe pérditust et béneuolentis pérdidit. 650
DO. Émam | opinor. TO. Étiam 'opinor'? súmmo genere esse árbitror:
Díuitias tu ex ístac facies. DO. Íta di faxint. ⟨TO.⟩ Éme modo.
VI. Iam hóc tibi dico: [iam] actútum ecastor méus pater ubi mé sciet
Vénisse huc, ipse áderit et me abs[en] té[m] redimet. TO. Quid núnc? DO. Quid est?

---

641. EQUIDEMQUANDO: equidem patriam quandoquidem | seruio (*sic A*) *vel* seuio | HAEC: hac *vel* has ‖ 642. *add Ca* ‖ 643. memoriam *vel* meriam | inducas: *corr Dousa* ‖ 648. Quo lus (*vel* uis) modi: QUIUSM — ‖ 650. QUM***PSUS: Cum ipsus (*suppl Ri*) | prope perditus est: *corr Ri duce Bo* ‖ 651. opinor # summo (*vel* # sommo): *dist Ri* | esse arbitror *vel* opinor ‖ 652. facies *vel* facies acfacies | faxin te me *vel* faxint te me ‖ 653. *del Guy* ‖ 654. UENISSE**SEADE —: Venisse huc aderit hic: *corr Schoe* | *del Bo* ‖

TO. Aúdin quid ait? VI. Nam étsi res sunt fráctae, amici súnt tamen. 655
DO. Né sis plora: líbera eris actútum, si crebró cades. Vín mea esse? VI. Dúm quidem ne nímis diu tua sím, uolo.
TO. Sátin ut meminit líbertatis? dábit haec tibi grandís bolos.
Áge siquid agis. égo ad hunc redeo. séquere. redduco hánc tibi.
⟨DO.⟩ Ádulescens, uin uéndere istanc? SA. Mágis lubet quam pérdere. 660
⟨DO.⟩ Túm tu pauca in uérba confer: quí[d] datúr, tanti índica.
SA. Fáciam ita ut te uélle uideo[m]: út emas, habe [tre]centúm minis.
DO. Nímiumst. SA. Octogínta. DO. Nimiumst. SA. Númmus abesse hinc nón potest
Quód nunc dicam. DO. Quíd id est ergo? elóquere actutúm atque índica.
SA. Tuó periclo séxaginta haéc datur argentí minis. 665
DO. Tóxile, quid agó? TO. Di deaeque te ágitant iratí, [et] scelus,
Qui há⟨n⟩c non properes déstinare. DO. †Habeto. TO. Eu, praedatu's probe: abi, argentum ecfer huc.
Nón edepol minís trecentis cárast: fecistí lucri.
SA. Heús tu, etiam pro uéstimentis húc decem accedént minae.
DO. Ábscedent enim, nón accedent. TO. Táce sis: non tu illúm uides 670

---

657. ne *om A, ut vid* | nimis *vel* minis ‖ 659. reduco *vel* redduco ‖ 660 sq. *add Py* | *del Scioppius* ‖ 662. uelle (*vel* uellem) uideam: *corr Ac* | trecentum (——TUM) *vel* trecentis: *corr Valla* (*cf. 668*) | minis (*sic A*) *vel* minas ‖ 663. ——NU**US: # Nummus *vel* nummos ‖ 666. di *vel* dii | *del Py* ‖ 667. S*ROBE *s. f. tertii post v. 666 v. habet A ante v. 669* | habeto *vel* habebo | et fer *vel* effer ‖ 669. huc decem *vel* decem | accedent *vel* accedant ‖

Quaérere ansam, inféctum ut faciat? ábisne atque argentúm petis?
* * * * * * * * * atque ut dignúst perit. 671[b]
DO. Heús tu, serua istúm. TO. Quin tu intro is?
DO. Ábeo atque argentum ádfero.

SAGARISTIO. TOXILVS. VIRGO
SERVI II

TO. Edepól dedisti, uírgo, operam adlaudábilem,
Probam ét sapientem et sóbriam. VI. Siquíd bonis
Boní fit, esse id ét graue et gratúm solet. 675
TO. Audín tu, Persa, ubi ab hóc argentum accéperis,
Simuláto quasi eas prórsum in nauem. SA. Né doce.
TO. Per ángiportum rúrsum te ad me récipito
Illác per hortum. SA. Quód futurumst praédicas.
TO. At né cum argento prótinam permittás domum, 680
Moneó, te. SA. Quod te dígnumst me dignum ésse uis?
TO. Tace, párce uoci: praéda progreditúr foras.

DORDALVS. SAGARISTIO. TOXILVS. VIRGO
LENO SERVI II

DO. Probae híc argenti súnt sexagintá minae,
Duóbus nummis mínus [est]. SA. Quid ei nummí sciunt?

671[a]. Quaerere *vel* Quere ‖ 671[b]. *accessit ex A* (—U——T-ATQ·UT) ‖ 672. ISTUM#QUIN (*vel* ISTUNCQUIN): istum quin | is intro: *trai Bo, fort. cum A* ‖ 673. adlaudabilem (*sic A, ut vid*) *vel* laudabilem ‖ 674. Probam (*sic A*) *vel* Probum | bonis (*sic A*) *vel* bonus ‖ 675. IDET: idem et ‖ 676. argentum ab hoc: *trai Guy, cum A, ut vid* ‖ 677. prorsum (*sic A*) *vel* prorsus (*sic gloss. Pl.*) ‖ 679. ILLAC: Illa | QU(od): quo ‖ 680 sq. *dist Vss* ‖ 682. PARCEUOCI: parce (*vel* parue) uoce ‖ 683. PROBAE: Probat ‖ 684. *del Bo* | QUIT ‖

DO. Crumínam hanc emere | aút facere ut remigrét domum. 685
SA. Ne nón sat esses léno, id metuebás miser,
Impúre, auare, né crumillam amítteres?
TO. Sine quaéso: quando lénost, nil mirúm facit.
DO. Lucró faciundo ego aúspicaui in húnc diem:
Nil míhi tam paruist quín me id pigeat pérdere. 690
Age áccipe hoc sis. SA. Húnc in collum, nísi piget,
Impóne uero. DO. Fíat. SA. Numquid céterum
Me uóltis? TO. Quid tam próperas? SA. Ita negótiumst:
Mandátae quae sunt uólo deferre epístulas.
Geminum aútem fratrem séruire audiui híc meum: 695
Eum ego út requiram atque †ut redimam, uolo.
TO. Atque édepol tu me cómmonuisti | haú male:
Videór uidisse hic fórma persimilém tui,
Eadém statura. SA. Quíppe qui fratér siet.
DO. Quid ést tibi nomen? SA. * * * quod ad te áttinet. 700
DO. Quid áttinet non scíre? SA. Ausculta ergo, út scias:
Vaníloquidorus Vírginisuendónides
†Nugiepiloquides Árgentumextenebrónides
Tedígniloquides Númmosexpalpónides
Quodsémelarripides Númquameripides: ém tibi. 705
DO. Eu hércle, nomen múltimodis scriptúmst tuom.

686. SATIS ‖ 687. CRUMILLAM: cruminam ‖ 689. FACIENDO (*item Nonius*) ‖ 691 sq. accipe (*sic A*) *vel* accipi | nunquid (*vel* numquid) ceterum‖Hunc incollum nisi piget impone uero fiat: *trai cum A et pers corr Ca* (#UEROFIAT#) ‖ 694. epistolas *vel* epistulas (*sic A*) ‖ 696. EUM: Tum | (uti)RED(imam), *ut vid* ‖ 697. HAU (*ut vid*): Haud ‖ 700. *accessit ex A* | QUOD: *corr Brixius* | #**S***QUOD ‖ 702. UIRGINISUENDENIDES: uirginis uendonident (*vel* uendo uident) ‖ 703. NUGIEPILOQUIDES: Nugipiloquides ‖ 704. nundes (*vel* num des) expalponides: NUGIDESPALPONIDES: *corr Ri* ‖ 705. QUODSEMELARRIPIDES: Quod semel larripides | NUMQUAMERIPIDESEMTIBI: numquam eripi # ‖ 706. MULTIMO(di)S: multis modis | scriptumst: SCRIPTUM ‖

SA. Ita súnt Persarum móres: longa nómina
Contórtiplicata habémus. numquid céterum
Voltís? DO. Vale. SA. Et uos: nam ánimus iam in nauíst mihi.
⟨TO.⟩ Cras íres potius, hódie hic cenarés. SA. Vale. 710

TOXILVS. DORDALVS. VIRGO. SATVRIO
SERVOS LENO PARASITVS

TO. Postquam íllic abiit, dícere hic quiduís licet.
Ne hic tíbi dies inlúxit lucrificábilis:
Nam nón emisti hanc, uérum fecistí lucri.
DO. Illéquidem iam scit quíd negoti gésserit,
Qui míhi furtiuam meó periclo uéndidit. 715
Argéntum accepit, ábiit: qui ego núnc scio,
An iam ádseratur haéc manu? quo illúm sequar?
In Pérsas? nugas. TO. Crédidi gratúm fore
Benefícium meum apud té. DO. Immo equidem grátiam
Tibi, Tóxile, habeo: nám te sensi sédulo 720
Mihi dáre bonam operam. TO. Tíbine ego? immo †sedulo.
DO. Attát, oblitus sum íntus dudum edícere
Quae uólui edicta. adsérua hanc. TO. Saluast haéc quidem.
VI. Patér nunc cessat. TO. Quíd si admoneam? VI. Témpus est.
TO. Heus, Sáturio, exi. núnc est illa occásio 725

---

709. et: SET | MIHI: meus ‖ 710. *add Ri* | ires (*sic A*) *vel* ire ‖ 712. LUCRIFICABIS ‖ 713. fecisti (*sic A*) *vel* recisti | lucri (*sic A*) *vel* lucrum ‖ 714. VI. D^2 ‖ 715. PERICULO ‖ 718. in (*sic A*) *vel* im | TO. D^2 ‖ 720. SENSISEDULO: sensissedulo *vel* sensisse te dulo ‖ 721. TIBINEEGO: tibinego | SEDULO: serui ‖ 722. DICERE ‖ 724. admoneam (*sic A*) *vel* ammoneam ‖ 725. *post hunc v. scaenam sign A* ‖

Inimícum ulcisci. SA. Écce me: numquíd moror?
TO. Age illúc abscede prócul e conspectú: tace.
Vbi cúm lenone mé uidebis cónloqui,
Tum túrbam facito. SA. Díctum sapientí sat est.
TO. Tunc, quándo abiero — ⟨SA.⟩ Quín taces? scio quíd uelis. 730

DORDALVS. TOXILVS. VIRGO
LENO SERVOS

DO. Transcídi loris ómnis adueniéns domi:
Ita míhi supellex squálet atque aedés meae.
TO. Redís tu tandem? DO. Rédeo. TO. Ne ego hodié tibi
Bona múlta feci. DO. Fáteor: habeo grátiam.
TO. Num quíppiam aliud mé uis? DO. Vt bene sít tibi. 735
TO. Pol istúc quidem omen iám ego usurpabó domi:
Nam iam ínclinabo mé cum libertá tua.

SATVRIO. VIRGO. DORDALVS
PARASITVS LENO

SA. Nisi égo illun⟨c⟩ hominem pérdo, perii. atque óptume
Eccum ípsum ante aedes. VI. Sálue multum, mí pater.
SA. Salué, mea gnata. DO. Ei, Pérsa me pessúm dedit. 740

---

726. SA. D^2 || 727. *cf. 467* || 730. *accessit ex A* | ABIEROQUIN (*corr Ri*) || 731. TRANSCIDI: Transidi || 734. BONAMULTA: Bonam uitam | EFFECI | habeo *vel* habere: HABEBO || 735. ALIUT || 736. OMENIAM: omneiam *vel* omniam || 738. VI. *praem* D^2 | illum (*item A*): *corr Ca* || 739. mi: MIHI || 740. EI: et ||

VI. Pater híc meus est. DO. Hem, quíd? pater? perii óppido.
Quid ego ígitur cesso infélix lamentárier
Minás sexaginta? SA. Égo pol te faciám, scelus,
Te quóque etiam ipsum ut lámenteris. DO. Óccidi.
SA. Age ámbula in ius, léno. DO. Quid me in iús uocas? 745
SA. Illi[c] ápud praetorem dícam: sed ego in iús uoco.
DO. Nonne ántestaris? SA. Tuán ego causa, cárnufex,
Quoiquám mortali líbero auris átteram,
Qui hic cómmercaris cíuis homines líberos?
DO. Sine dícam. SA. Nolo. DO. Aúdi. SA. Surdus sum: ámbula. 750
Sequere hác, sceleste, féles uirginária.
Sequere hác, mea gnata, me úsque ad praetorém. VI. Sequor.

ACTVS V

TOXILVS. SAGARISTIO. LEMNISELENIS
SERVI II MERETRIX

TO. Hostíbus uictis, ciuíbus saluis, re plácida pacibus pérfectis,
Bello éxtincto, re béne gesta, intégro exercitu et praesídiis,
Quom béne nos, Iuppiter, iúuisti dique álii omnis caelípotentes, 755
Eas uóbis habeo grátes atque ago, quía probe sum ultus meum ínimicum.

---

743. scelus *vel* seelus ‖ 745. DO. *ante* quid D^2 ‖ 746. *del Ca* ‖ 747. carnufex *vel* carnifex ‖ 748. atteram *vel* at terram ‖ 749. ciuis *vel* cuus ‖ 751. scelesta: *corr Lamb* ‖ 753. SA. *praem* D^2 | replacida *vel* replacidis a (*er.* is) ‖ 755. iuppiter *vel* iupiter | iuuisti *vel* uiuisti ‖ 756. habeo grates *vel* grates habeo ‖

Nunc ób eam rem inter párticipes diuídam praedam
et partícipabo.
Íte foras: híc uolo ante [h]óstium et iánuam 758ᵃ
Meos párticipes bene accípere.
Státuite hic léctulos: pónite hic quae ádsolent: 759ᵃ
Hic státui uolo primum †aquila mihi
Vnde égo omnis hilaros lúdentis laetíficantis faciam
út fiant, 760
Quorum ópera †haec mihi facilia factu facta sunt quae
uolui éffieri.
Nam impróbus est homo qui béneficium scit áccipere
et reddére nescit.
LE. Toxíle mi, cur ego síne te sum? cur tu aútem sine
me's? TO. Ágedum ergo:
Accéde ad me atque ampléctere sis. LE. Ego uéro.
⟨TO.⟩ Oh, nil hoc mágis dulcest.
Sed amábo, oculus meus, quín [in]lectis nos áctutum
comméndamus? 765
⟨LE.⟩ Omnía quae tu uis, éa cupio. TO. Mutúa fiunt
a me. age, áge, age ergo.
Tu, Ságaristio, accumbe ín summo. SA. Ego níl moror:
cedo parem quém pepigi.
TO. Tempéri. SA. Mihi istuc tempéri serost. ⟨TO.⟩ Hoc
áge: accumbe. hunc diem suáuem
Meum nátalem agitemús amoenum. date aquám mani-
bus: apponíte mensam.
Do hanc tíbi florentem flórenti. tu hic éris dictatrix
nóbis. 770

---

758 sq. *duobus compr B: discr Herm* | primum aquila mihi *vel* primum aliquam *ex* pri mihi aliqua mihi (*cf. v. 760*) ‖ 760. fiant *vel* fiant aliqua mihi (*cf. v. 759*) ‖ 762. accipere *vel* sumere ‖ 763. tu autem *vel* autem tu | TO. *pro* ♯ *Ca* | agedum *vel* agidum ‖ 764. adme *vel* mea adme | amplectere sis ♯ *vel* amplecteris ♯ (TO. D^2: *corr Ca*) | *add Ri* | nihil hoc *vel* nihil ‖ 765. *del Ca* ‖ 766. *add Weisius* ‖ 767. nihil moror *vel* nihil ‖ 768. hoc age *vel* age | suauem *vel* suaue ‖ 769. amoenum *vel* amoenum num ‖ 770—773ᵃ. *tres sunt in B v.* (— puere — propera) ‖ 770. florentem *vel* florente ‖

⟨LE.⟩ Age, púere, a summo séptenis cyathís committe hos lúdos.
⟨TO.⟩ Moue mánus, propera, Paegníum: tarde cyathós mihi das. cedo sáne.
Bene míhi, bene uobis, béne [me] amicae. 773[a]
Optátus hic mihi diés datus
Hodiést ab dis, quia té licet 774[a]
Líberam me amplécti.
LE. Tua factum opera. TO. Bene omnibus nobis: hoc mea[e] manus tuae poculum donat, 775
Vt amantem amanti decet. LE. Cedo. TO. Accipe. LE. Bene ei qui inuidet mihi et ei qui hoc gaudet. 776. 777

DORDALVS. LENO — **LEMNISELENIS.** MERETRIX

SAGARISTIO. SERVI — **TOXILVS.** II — **PAEGNIVM** PVER

DO. Qui súnt qui erunt quiqué fuerunt quiqué futuri sunt pósthac,
Solús ego omnibus antídeo, facile misérrumus hominum ut uíuam.
Perii, ínterii: pessúmus hic mihi dies hódie inluxit córruptor: 780

---

771 sq. LE. *pro* # *et* TO. *Vss* | moue manus *vel* moueamus | pegnium *vel* Paenignium | ciatas *vel* cia zas ‖ 773[a]. *del Guy* ‖ 773[b]—774[b]. *compr B: discr Schoe* ‖ 775 sqq. *cf. ad Most. v. 123* ‖ 775. ḣ meae *vel* heae meae: *corr Ca* | donat *vel* donant ‖ 776 sq gaudet *vel* gaud ‖ 779. hominum *vel* homonum ‖ 780 sq. *dist Ri* ‖

Ita mé Toxilus perfábricauit itaqué meam rem didiuéxauit.
Vehic[u]lum árgenti miser éieci, amisí neque quam ob rem eiéci habeo.
Qui illúm Persam atque omnís Persas atque étiam omnis persónas
Male di ómnes perdant: íta miser⟨o⟩ Toxílus haec mihi con[s]cíuit.
Quia eí fidem non habui árgenti, eo míhi eas máchinas mólitust. 785
Quem pól ego ut non in crúciatum atque in cómpedis cogam, sí uiuam,
Siquidem húc umquam erus rediérit eius, quod spéro — sed quid ego áspicio?
Hoc uíde: quae haec fabulast? pól hic quidem potant: ádgrediar. o bóne uir,
Saluéto: et tu, bona líberta. ⟨LE.⟩ Dordálus hicquide⟨m⟩st. ⟨SA.⟩ Quin iúbe adire. 789.790
TO. Adi, sí lubet. SA. Agite adplaúdamus. TO. Dordále, homo lepidissúme, salue.
Locus híc tuost: hic accúmbe. †ferte aquam pedibus. praeben tú, puere?
DO. Ne sís me uno digito áttigeris: ne te ád terram, scelus, ádfligam.
⟨PAE.⟩ At tíbi ego hoc continuó cyatho oculum éxcutiam †tuom.
DO. Quid aís, crux, stimulorúm tritor? quo módo me hodié uorsáuisti? 795
Vt me ín tric[h]as coniécisti? quo módo de Persa mánus mi a[d]ditast?

---

782. *del Bo* ‖ 784. *add Scal* | *del Ca* ‖ 787. *dist Bo* ‖ 788. fabulast *vel* famulast | pol *vel* # Pol | o *vel* # o ‖ 789 sq. et *vel* # et | LE. *add Vss* ‖ 791. SA. *pro* # *Schoe* | TO. *pro* # D^2 ‖ 792. SA. *praem* D^2 | accumbe *vel* acumbe ‖ 794. *add Py* | tibi ego *vel* ego tibi | ciatho *vel* citatho ‖ 795. stimulorum *vel* stumulorum ‖ 796. trichas *vel* thrichas | *del Ca* ‖

TO. Iurgium hinc auferas, si sapias. DO. At, bona liberta, haec sciuisti 797. 798
Et me celauisti? LE. Stultitiast, quoi bene esse licet eum praeuorti
Litibus. posterius ista[ha]ec te magis par agerest. DO. Vritur cor mihi. 800
TO. Da illi cantharum: extingue ignem, si cor uritur, caput
Ne ardescat. DO. Ludos me facitis, intellego. 802. 803
TO. Vín cinaedúm nouom tíbi dari, Paégnium?
Quin [e]lúde ut solés quando líber locúst hic. 805
Hui, babae, basilice te intulisti et facete.
PAE. Decét me facétum esse: et húnc inridére
Lenónem lubídost ⏑ ⸗, quando dígnust.
TO. Perge út coeperás. PAE. Hoc léno tibí.
⟨DO.⟩ Peri⟨í⟩, perculít me prope. PAE. Ém, serua rúsum. 810
DO. Delúde ut lubét, erús dum hinc abést.
PAE. Viden út tuis dictis páreo?
[I]Sed quín tu meís contra itém dictis séruis?
Atque hóc quod tibí suadeó facis? DO. Quid ést id?
PAE. Restím tu tibí cape crassam ác te suspénde. 815
DO. Caue sís me attigás, ne tibi hóc scipióne
Malum magnum dem. PAE. Vtere: te condono.
TO. Iam iam, Paegnium, da pausam.
DO. Égo pol uos erádicabo. PAE. At té ille, qui suprá nos habitat,
Quí tibi male uolt máleque faciet. nón hi dicunt, uérum ego. 820

---

797 sqq. 806. *cf. ad Most. v. 123* ‖ 798. Ea me: *corr Ca* ‖ 801. cantharum *vel* cantarum ‖ 808. *lac sign Ri* ‖ 810. DO. *add Ca* | em *vel* hem | tusum *vel* rursum: *corr Ri* ‖ 811. Delube ‖ 814. quod tibi *vel* quod ‖ 815. suspende te: *trai Ri* ‖ 816. attigas *vel* attingas ‖ 817 sq. *cf. ad Most. v. 123* | dem utere *vel* dein # utere (PAE. *Py*) | pegnium *vel* penignium ‖

TO. Áge circumfer múlsum: bibere da úsque plenis cántharis.
Iám diu factumst, póstquam bibimus: nímis diu siccí sumus.
DO. Dí faciant ut íd bibatis, quód uos numquam tránseat.
SA. Néqueo, leno, quín tibi saltem státiculum, olim quem Hégea
Fáciebat. uide uéro, si tibi sátis placet. TO. Me quóque uolo 825
Réddere, Diodórus quem olim fáciebat in Iónia.
DO. Málum ego uobis dábo, ni[si] abitis. TO. Étiam mu⟨t⟩tis, ímpudens?
Iám ego tibi, si me ínritassis, Pérsam adducam dénuo.
DO. †Iam taceo hercle atque tu Persa's, qui me usque ádmutilauisti ád cu[s]tem.
TO. Táce, stulte: hic eius géminust frater. DO. Hícinest? TO. Ac geminíssumus. 830
DO. Dí deaeque et te et géminum fratrem excrúcient. SA. Qui te pérdidit:
Nám ego nil merui. DO. Át enim quod ille méruit, tibi id obsít uolo.
TO. Ágite †sultis hunc lúdificemus. ⟨LE.⟩ Nísi si dignust, nón opust:
Ét me haud par est. TO. †Eo credo, quia non ínconcilia[u]t, quóm te emo.
LE. †Attamen non tamen. TO. Caue ergo sis malo et séquere me. 835
Té mihi dicto aúdientem esse áddecet. nam hercle ábsque me

---

821. *dist Dousa* | bibere da *vel* biberet | cantharis *vel* cantaris ‖ 822. nimi diu *vel* nimis ‖ 823 sq. DO. *et* SA. D^2 ‖ 825. TO. *pro* # *Schoe* ‖ 827. *del Reizius* | *add Taubmannus* ‖ 829. custem *vel* curtem ‖ 830. Hicine est *vel* Hiccinest | geminis (*vel* gemini) sumus ‖ 833. *add Ri* ‖ 834. At me: *corr Ri* | *del Py* ‖ 836. # nam (*corr Ca*) ‖

Fóret et meo praesídio, hic faceret té prostibilem pró-
pediem.
Égo sum tibi patrónus plane, qui huíc pro te argen-
túm dedi.
Séd ita pars libértinorumst: nísi patrono qui áduor-
satust
Néc satis liber síbi uidetur néc satis frugi néc sat
honestus: 840
†Ni id efficit, ni eí male dixit, ní grato ingratús re-
pertust.
LE. Pól bene facta túa me hortantur, túo ut imperio
páream.
TO. * ⟨gráp⟩hice hunc uolo ludíficari. LE. Meo ego
ín loco sedulo cúrabo.
DO. Certo ílli homines mihi néscioquid mali cónsulunt
quod faciánt. SA. Heu⟨s⟩ uos.
TO. Quid aís? SA. Hic[s]in[e] Dordalus ést leno, qui hic
líberas uirgines mércatur? 845
Hic[c]inést, qui fuit quondám fortis? DO. Quae haec
rés est? ei, colaphó m⟨e⟩ icit.
Malum uóbis dabo. TO. At tibi nós dedimus dabimúsque
etiam. DO. Ei, natis péruellit.
PAE. Licet * * * iam diu[s] saepe sunt expunctae. DO.
Loquere tu etiam, frustum pueri?
LE. Patróne m⟨i, i⟩ intro amábo ad cenam. ⟨DO.⟩ †Mea
ignauia tu nunc me inrides? 849. 850
LE. Quíane te uocó, bene ut tibi sit? DO. Nólo mihi
bene ésse. LE. Ne sit.
TO. Quíd igitur? sescénti nummi quíd agunt? quas
turbás danunt?

837. prostibilem *vel* prostipilem | cropediem ‖ 838. *in libris ante v. 843 est: trai Ri* ‖ 840. sat (*vel* satis) honestus ‖ 843. *cf. ad v. 838* | hice (*vel* hic ẽ) *cum spatio: suppl Lamb* [*ex membr. Turn.?*]) ‖ 844. quid faciant # heu: *corr Ald* ‖ 845. ais *vel* agis | *del Schoe* | uirgines mercatur *vel* uirgines ‖ 846. colaphum icit: *corr Ac duce Lamb* ‖ 848. Licet iam: *lac sign Sey* ‖ 849 sq. *add Gru* ‖ 851. Quiane te *vel* quia necte ‖ 852. sexcenti *vel* sescenti | quidacunt ‖

DO. Mále disperii: sciúnt referre próbe inimico grátiam.
TO. Satis súmpsimus supplicí iam. 854[a]
DO. Fateór: manus uobís do.
TO. Et póst dabis sub fúrcis. 855[a]
DO. †Abi intro in crucem. an me híc parum
Exé⟨r⟩citum hisce habént? 856[a]
⟨TO.⟩ †Conuenisse te Toxilum me⟨mineris⟩.
Spéctatores, béne ualete. léno periit: plaúdite. 857

854—856[b]. *duo v. sunt in B* (— dabis [*sed* Execitum]): *discr Schoe duce Stu* ‖ 854. supplicii iam *vel* suppliiiam ‖ 855. DO. *pro* # *Ri* ‖ 856. Execitum *vel* Feci tum: *corr Ca* | *add et suppl Ca* ‖ 857. leno periit *vel* # leno periit # | plaudite pantio ‖

T. MACCI PLAVTI

P O E N V L V S

GRAECA CARCHEDONIOS

PERSONAE

AGORASTOCLES ADVLESCENS
MILPHIO SERVOS
ADELPHASIVM MERETRIX
ANTERASTYLIS MERETRIX
LYCVS LENO
ANTAMOENIDES MILES
ADVOCATI
COLLABISCVS VILICVS
SYNCERASTVS SERVOS
HANNO POENVS
GIDDENIS NVTRIX
PVER

ARGVMENTVM

Puer séptuennis súrripitur Carthágine.
Ossór mulierum †i émptum adoptat húnc senex
Et fácit heredem |. éius cognataé duae
Nutríxque earum ráptae. mercatúr Lycus
Vexátque amantem. at ílle cum auro uílicum 5
Lenóni obtrudit. íta eum furto | álligat.
Venit Hánno Poenus, gnátum hunc fratris répperit
Suásque adgnoscit quás perdiderat fílias.

2. Ossor *vel* Osor | mulierũi *vel* mulierum || 4. mercatus: *corr Angelius* || 6. ita *vel* itae || 7. hunc *vel* hanc | repperit *vel* repperis || 8. Suasque adgnoscit *vel* Vasque adcognoscit ||

PROLOGVS

Achíllem Aristarchi míhi commentarí lubet:
Inde míhi principium cápiam ex ea tragoédia.
'Siléteque et tacéte atque animum aduórtite:
Audíre iubet uos ímperator' — hístricus,
Bonóque ut animo sédea⟨n⟩t[e] in subsélliis, 5
Et qui ésurientes ét qui saturi uénerint.
Qui edístis, multo fécistis sapiéntius:
Qui nón edistis, sáturi fite fábulis.
Nam quoí paratumst quód edit, nostra grátia
Nimiást stultitia séssum inpransum incédere. 10
'Exsúrge, praeco, fác populo audiéntiam'.
Iam dúdum exspecto, sí tuom officiúm scias.
Exérce uocem, quám per uiuisque ét colis:
Nam nísi clamabis, tácitum te obrepét fames.
Age núnc reside, dúplicem ut mercedém feras. 15
Bonum †factum esse, edícta ut seruetís mea.
Scortum éxoletum néquis in proscaénio
Sedeát, neu[e] lictor uérbum aut uirgae múttiant,
Neu díssignator praéter os obámbulet,
Neu séssum ducat, dum hístrio in scaená siet. 20

---

4. iubet *vel* lubet | hystricus || 6. esuplentes | et qui *vel* et || 7. edistis *vel* edisti || 8. saturi fite *vel* saturifice || 9. Nam *vel* Num | paratum si quo dedit || 10. stulticia *vel* stultia || 14. Nam *vel* Num | tatitum *vel* statim: *corr Turnebus* || 18. niue: *corr Ca* || 19. dissignator *vel* designator ||

Diu quí domi otiósi dormierúnt, decet
Animo aéquo nunc stent uél dormire témperent.
Seruí ne obsideant, líberis ut sít locus,
Vel aés pro capite dént. si id facere nón queunt,
Domum ábeant, uitent áncipiti infortúnio: 25
Ne et híc uarientur uírgis et lorís domi,
Si mínus cura⟨s⟩sint, quóm eri ⟨re⟩ueniánt domum.
Nutríces pueros ínfantis minútulos
Domí [ut] procurent néu[qu]e spectatum ádfera⟨n⟩t:
Ne et ípsae sitiant ét pueri peritént fame, 30
Neue ésurientes híc quasi ⟨h⟩aedi obuágiant.
Matrónae tacitae spéctent, tacitae rídeant:
Canóra hic uoce suá tinnire témperent,
Domúm sermones fábulandi cónferant:
Ne et híc uiris sint ét domi moléstiae. 35
Quodque ád ludorum cúratores áttinet,
Ne pálma detur quoíquam artifici iniúria,
Neue ámbitionis caúsa extrudantúr foras,
Quo déteriores ánteponantúr bonis.
Et hóc quoque etiam, quód paene oblitús fui: 40
Dum lúdi fiunt, ín popinam, pédisequi,
Inrúptionem fácite: nunc dum occásiost,
Nunc dúm scribilitae | aéstuant, occúrrite.
Haec quae ímperata súnt pro imperio | hístrico,
Bonum hércle factum pró se quisque ut méminerit. 45
Ad árgumentum núnc uicissatím uolo
Remigráre, ut aeque mécum sitis gnárures.
Eius núnc regiones, límites, confínia
Detérminabo: ei rei égo finitor fáctus sum.
Sed nísi molestumst, nó[n]men dare uobís uolo 50

---

27. re *add Bo* ‖ 28. minutulos *vel* minitulos ‖ 29. *del Py* ‖ 30. pertant *vel* pereant: *corr ex membr. Turn.* ‖ 32. rediant *vel* redeant ‖ 33. Lanora *vel* onara *c. spat. init.*: *corr* D^2 *in ras.* ‖ 36. ad ludorum *vel* ludorum ‖ 43. scribilitae *vel* scriblitae ‖ 47. Remigrare *vel* Remigare | siti signa rures: *corr ex membr. Turn.* ‖ 49. eius *Nonius* | sum (*om B*) factus finitor (*item Nonius*): *trai Muretus* ‖ 50. molestum si ‖

Comoédiai: sín odiost, dicám tamen,
Siquidém licebit pér illos quibus est ín manu.
Carchédonius uocátur haec comoédia
†Latine platus pátruos Pultiphagónides.
Nomén iam habetis: núnc rationes céteras 55
Accípite: nam arguméntum hoc hic censébitur.
Locus árgumentost suóm sibi[s] proscaénium:
Vos iúratores éstis: quaeso operám date.
Carthágini̇enses frátres patruelés duo
Fuére summo génere et summis dí[ui]tiis. 60
Eorum álter uiuit, álter est emórtuos.
Proptérea apud uos díco confidéntius,
Quia míhi pollinctor díxit qui eum pollínxerat.
Sed illí seni qui mórtuost ⟨ei⟩ fílius
Vnícus qui fuerat, ábditiuos á patre, 65
Puer séptuennis súrripitur Carthágine,
Sexénnio priúsquidem quam moritúr pater.
Quoniám periisse síbi uidet gnatum únicum,
Conícitur ipse in mórbum ex aegritúdine,
Facit íllum heredem frátrem patruelém suom: 70
Ipse ábiit ad Acherúntem sine uiático.
Ille quí surripuit púerum, Calydonem áuehit:
Vendít eum domino hic díuiti quoidám seni,
Cupiénti liberórum, osori múlierum.
Emit hóspitalem is fílium inprudéns senex 75
Puerum íllum eumque adóptat sibi pro fílio
Eúmque heredem fécit, quom ipse obiít diem.
Is illíc adulescens hábitat in illisce aédibus.
Reuórtor rursus dénuo Carthágineni.

---

51. Comediais inodiosi ‖ 52. in *vel* im ‖ 53. comedia *vel* comędiae ‖ 55. rationes (*sic membr. Turn.*) *vel* orationes ‖ 57. sibis *vel* scibis ‖ 60. *del Ri* ‖ 61. alter est *vel* alter ‖ 63. pollector: *corr ex Fulgentio* ‖ 64. qui *vel* cui | *add Ac* ‖ 65. fuerat *vel* fuerit | abdiuitiis: *corr Gul* ‖ 67. Sexenni opprius (*vel* obprius) ‖ 68. periisse *vel* perisse ‖ 69. inmorbum *vel* improbum ‖ 71. habiit *vel* abiit | acheruntem *vel* acherontem ‖ 74. mulierem ‖ 78. aedibus *vel* cae diebus ‖

Siquíd [a]mandare uóltis aut curárier, 80
Argéntum nisi qui déderit, nugas égerit:
Verúm qui dederit, mágis maiores [nugas] égerit.
Sed ílli patruo | húius qui uiuít senex
Carthágíniensi duaé fuere fíliae:
Altéra quinquennis, áltera quadrímula. 85
Cum nútrice una périere a Magáribus.
Eas quí surripuit, ín Anactorium déuehit:
Vendít eas omnis, ét nutricem et uírgines,
Praesénti argento | hómini, si lenóst homo,
Quantum hóminum terra sústinet sacérrumo. 90
Vosmét nunc facite cóniecturam céterum,
Quid íd sit hominis quoí Lyco nomén siet.
Is éx Anactorio úbi prius habitáuerat
Huc cómmigrauit ín Calydone⟨m⟩ | haú diu
Sui quaésti causa. is ín illis habitat aédibus. 95
Earum híc adulescens álteram efflictím perit
Suam síbi cognatam inprúdens, neque s⟨c⟩it quaé si⟨e⟩t,
Neque eam úmquam tetigit: íta eum leno mácerat:
(Neque quícquam cum ea fécit etiamnúm stupri,
Neque dúxit umquam: néque ille uoluit míttere:) 100
Quia amáre cernit, tángere hominem uólt bolo.
Illám minorem in cóncubinatúm sibi
Volt émere miles quídam qui illam déperit.
Sed páter ill⟨ar⟩um Poénus posquam [m]eas pérdidit,
Marí te⟨rraque⟩ | úsque quaque quaéritat. 105
Vbi quámque in urbem | ést ingressus, ílico
Omnés meretrices úbi quisque habitant ínuenit:

---

80. Siquit | *del Sarac* ‖ 82. *del Py* (*cf. Men. 55*) ‖ 84. Carthaginiensi *vel* Carthaginensi | fuere *vel* filere ‖ 86. Cum *vel* Quom ‖ 87. anactorium *vel* anaotorium ‖ 88. eas crinis et *Nonius* | et nutricem *vel* e nutricem ‖ 89. Praesens *vel* Ppresaens: *corr ex Nonio* ‖ 90. terras *Nonius* ‖ 92. homines ‖ 93. habitauerat *vel* habitab·uerat ‖ 97. quae *vel* q;ae | e *add Ac* ‖ 99 sq. *secl Guy* ‖ 99. quom | etiamnun *vel* etiamnon ‖ 101. uoli ‖ 102. concubinatum *vel* concubinatam ‖ 103. peperit ‖ 104. illi (*lac*) impoenus *vel* illi inpoenus | pesquam: *corr Ri* | perdedit ‖ 105. que *add Ca* (*lac post* te *solus D*) ‖

Dat aúrum, ducit nóctem: rogitat póstibi,
Vnde sít, quoiatis, cáptane an[t] surrúpta sit,
Quo génere gnata, quí parentes fúerint. 110
Ita dócte atque astu fílias quaerít suas.
Et is ómnis linguas scít: sed dissimulát sciens
Se scíre. Poenus plánest: quid uerbís opust?
Is heri húc in portum náui uenit uésperi.
Pater hárunc idem huic pátruos adulescéntulost. 115
Iamne hóc tenetis? sí tenetis, dúcite:
Caue dírumpatis: quaéso sinite tránsigi.
(Ehem, paéne oblitus súm relicuom dícere.
Ille quí adoptauit húnc pro filió sibi
Is ílli Poeno, huiús patri |, hospés fuit.) 120
Is hódie huc ueniet rép[p]erietque hic fílias
Et húnc sui fratris fílium, utquidem dídici ego.
Ego íbo, ornabor: uós aequo animo nóscite.
(Hic qui hódie ueniet, rép[p]eriet suas fílias
Et húnc sui fratris fílium. dehinc céterum 125
Quod réstat, restant áli⟨i⟩ qui faciánt palam.
Valéte: adeste. ibo: álius nunc fierí uolo.)
Valéte atque adiuuáte ut uos seruét Salus.

ACTVS I

AGORASTOCLES. MILPHIO
ADVLESCENS SERVOS

AG. Saepe égo res multas tíbi mandaui, Mílphio,
Dubiás, egenas, ínopiosas cónsili, 130

---

108. postibi *vel* postubi ‖ 109. quolatis ‖ 114. uespere: *corr ex Charisio* (inportuna uis uenit) ‖ 118. 119 *secl Weisius,* 120 *Mue* ‖ 123. ibi (*corr ex* D^1) | aequo animo *vel* aequos animos ‖ 124—127. *secl Guy* ‖ 126. restat *vel* restant | *add Ca* ‖ *Personas haud paucas habet B, aliquot D, paucas C: Italis deberi credendae sunt nisi quas significamus aut traditas aut ab aliis suppletas esse (in mediis versibus personas inclusimus, si spatia quoque desunt)* ‖ 129. ego res *vel* ego ‖

Quas tú sapienter dócte et cordate ét cate
Mihi réddidisti | ópiparas operá tua.
Quibus pró benefactis fáteor deberí tibi
Et líbertatem et múltas gratas grátias.
⟨MI.⟩ Scitúmst, per tempus si óbuiamst uerbúm uetus.
Nam tuaé blanditiae míhi sunt quod dicí solet 136
Gerraé germanae †hae decollyrae lyrae.
Nunc míhi blandidicus és: heri in tergó meo
Tris fácile corios cóntriuisti búbulos.
⟨AG.⟩ [Ad]Amáns per amorem síquid feci[t], Mílphio, 140
Ignóscere id te mi aéquomst. MI. Haud uidí magis.
Et núnc ego amore péreo: sine te uérberem,
Item út tu mihi fecísti ob nullam nóxiam:
Postíd locorum tú mihi amanti ignóscito.
AG. Si tíbi lubidost aút uoluptatí, sino: 145
Suspénde, uinci, uérbera: auctor súm, sino.
⟨MI.⟩ Si auctóritatem póste[r]a defúgeris,
Vbi díssolutus tú sies, ego péndeam.
AG. Egone ístuc ausim fácere, praesertím tibi?
Quin sí feriri uídeo te, extempló dolet. 150
MI. Mihí quidem hercle. AG. Immó mihi. MI. Istuc máuelim.
Sed quíd nunc tibi uis? AG. Cúr ego apud te méntiar?
Amo ínmodeste. MI. Méae istuc scapulae séntiunt.
AG. At ego hánc uicinam díco Adelphasiúm meam,
Lenónis huius méretricem maiúsculam. 155
MI. Iam prídem equidem istuc éx te audiui. AG. Dífferor

---

134. grates gratias: *corr ex libro gloss.* ‖ 135. scitum si | obuiam si ‖ 137. lyrae lyrae *membr. Turn.* ‖ 138. MI. *praem D* ‖ 140. Ad *del Weisius* ‖ 141. AG. *pro* # *D* ‖ 144. locarum ‖ 145. MI. *praem* D^2 ‖ 146. berbera ‖ 149. MI. *s. v.* D^2 ‖ 151. AG. *praem* D^2 | mihi # Istuc *vel* istuc ‖ 152. AG. *ex* MI. D^2 | ego *vel* ergo ‖ 154. AG. *s. v.* D^2 | At *vel* Ad ‖ 155. meretricem *vel* meritricem | malusculum *vel* masculum ‖

Cupídine eius: séd lenone istóc Lyco,
Illíus domino, nón lutumst lutuléntius.
MI. Vin tu ílli nequam dáre nunc? AG. Cupio. MI. Em mé[n] dato.
AG. Abi díerectus. MI. Díc mihi uero sério, 160
Vin dáre malum illi? AG. Cúpio. MI. Em eundem mé dato:
Vtrúmque faxo habébit: et nequam ét malum.
⟨AG.⟩ Iocáre. MI. Vin tu illam hódie sine [damno et] dispéndio
Tuo tuám libertam fácere? AG. Cupio, Mílphio.
MI. Ego fáciam ut facias. súnt tibi intus aúrei 165
Trecénti nummi Phílippi[i]? AG. Sescentí quoque.
⟨MI.⟩ Satis súnt trecenti. AG. Quíd iis facturú's? MI. Tace:
Totúm lenonem tíbi cum tota fámilia
Dabo hódie dono. AG. Quíd facturu's? MI. Iám scies.
Tuos Cóllabiscus núnc in urbest uílicus: 170
Eum híc non nouit léno. satin intéllegis?
AG. Intéllego hercle, séd quo euadas néscio.
MI. Non scís? ⟨AG.⟩ Non hercle. ⟨MI.⟩ Át ego iam faxó scies.
Ei dábitur aurum, ut ád lenonem déferat
Dicátque se peregrínum esse ex alio óppido: 175
Se amáre uelle atque óbsequi | animó suo:
Locúm sibi uelle líberum praebérier,
Vbi néquam faciat clám, nequis sit árbiter.
Leno ád se accipiet aúri cupidus ílico,

---

158. domi nonon *vel* domi non ‖ 159. # cupio *vel* cupio | # En *vel* en (AG. D^2) ‖ 160. MI. *praem* D^2 | dierectus *vel* drectus # ‖ 161. # cupio # *vel* cupio | em *vel* e ‖ 163. Locare: *corr D* | *del Gru* ‖ 164. Tuo (*non* tuo *in medio v.*) *B* | libertam *vel* libertatem ‖ 166. philippii *vel* philipii ‖ 167. facturus: *corr Ri* | MI. D^2 ‖ 168. cum *vel* quom ‖ 169. facturus: *corr Ri* ‖ 170. collubiscus: *corr Angelius* ‖ 173. *pers s. v. add* D^2 ‖ 174. Et | ad *vel* a ‖ 177. preberier *vel* praebirier ‖

Celábit hominem et aúrum. AG. Consiliúm placet. 180
MI. Rogáto, seruos uéneritne ad eúm tuos.
Ille mé censebit quaéri: continuó tibi
Negábit. quid tu dúbitas quin extémpulo
Duplí tibi, [h]auri et hóminis, fur lenó siet?
Neque id únde efficiat, hábet. ubi in ius uénerit, 185
Addícet praetor fámiliam totám tibi.
Ita décipiemus fóuea lenoném Lycum.
AG. Placét consilium. MI. Immo étiam ubi expolí uero,
Magis hóc tum demum díces: nunc etiám rudest.
AG. Ego in aédem Veneris eó, nisi quid uis, Míl phio: 190
Aphrodísia hodie súnt. MI. Scio. AG. Oculós uolo
Meos délectare múnditiis meretríciis.
MI. Hoc prímum agamus quód consilium cépimus:
Abeámus intro, ut Cóllabiscum uílicum
Hanc pérdoceamus út ferat falláciam. 195
AG. Quamquám Cupido in córde uorsatúr, tamen
Tibi aúscultabo. MI. Fáciam ut facto gaúdeas.
Inést amoris mácula huic homini in péctore,
Sine dámno magno quae élui ne utiquám potest.
Itaque híc scelestus ést homo lenó Lycus: 200
Quoi iam ínfortuni inténta ballistást probe,
Quam ego haúd multo post míttam e ballistário.
Sed Adélphasium eccam exít atque Anterástylis.
Haec ést prior, quae méum erum dementém facit.
Sed éuocabo. heus, í foras, Agorástocles, 205
Si uís uidere lúdos iucundíssumos.
AG. Quid istúc tumultist, Mílphio? MI. Em amorés tuos,

---

183. extempulo *vel* extemplo ‖ 184. Dupli ci *vel* Duplici: *del Ca* ‖ 185. uenerit *vel* ue uenerit ‖ 188. ubi expoliuero *vel* expoliauero ‖ 190. qui tuis ‖ 191. AG. D^2 ‖ 192. MI. mundiciis *D* ‖ 194. ut *vel* ui | collybiscum *vel* collibiscum: *corr Angelius* ‖ 203. adelphasium *vel* adelfasium | eccam *vel* ecam | anterastilis: *corr Ri* ‖ 205. agorastocles *vel* ago rasto des ‖

Si uís spectare. AG. O múlta tibi di dént bona,
Quom hoc míhi optulisti tám lepidum spectáculum.

ADELPHASIVM. ANTERASTYLIS. MILPHIO.
MERETRICES II SERVOS
AGORASTOCLES. ANCILLA
ADVLESCENS

AD. Negóti sibí qui uolét uim paráre, 210
Nauem et mulierem haec duo comparato.
Nam núllae magís res duaé plus negóti
Habént, forte si ócceperís exornáre,
Neque umquam satis hae duae res ornantur,
Neque eís ulla ornándi satís satietás est. 215
Atque haéc ut loquór, nunc domó docta díco.
Nam nós usque ab aúrora ad hóc quod diéist
(Postquam aurora inluxit numquam concessauimus)
Ex índustria ámbae numquám concessámus
Lauári aut fricári aut tergéri aut ornári, 220
Políri expolíri, pingí fingi: et úna
Binaé singulís quae dataé nobis áncillae,
ea⟨é⟩ nos lauándo, eluéndo operam déderunt:
Aggérundaque aquá sunt uirí duo deféssi.
Apágesis: negóti quantum ín muliere únast. 225
Sed uéro duaé, sat sció, maxumo úni
Populó quoilubét plus satís dare potís sunt.
Quae nóctes diésque omni in aétate sémper
Ornántur, lauántur, tergéntur, poliúntur.
Postremo modus muliebris nullus est: 230

210—217. *binos compr B* (*sed recte servatis maiusculis*) || 210. MI. D^2 || 211. 214. *cf. ad Most. v. 123* || 215. ornandi *vel* ordinandi || 216. AD. *ante* nunc D^2 *s. v.* | modo: *corr Goellerus duce Ac* || 217. *secuntur in B v. 285—352* || 218. *secl Ac* || 220. aut fricari *vel* aufricari || 225. AN. *praem* D^2 || 228. omni in *vel* in omni || 230 sq. *cf. ad Most. v. 123* ||

Neque umquam lauando et fricando scimus facere neniam.
Nám quae lau[a]tast, nísi percultast, meó quidem animo quási †inlusta est.
AN. Miror equidem, soror, te istaec sic fabulari,
Quae tám callida ét docta sís et facéta.
Nam quóm seduló munditér nos habémus, 235
Vix aégreque amátorculós inuenímus.
AD. Itást. uerum hoc únum tamén cogitáto:
Modus ómnibus rebus, soror, óptumumst habitu:
Nimia ómnia nimium éxhibent negóti[um] hominibus éx se.
AN. Soror, cógita, amabo, item nós perhiberi, 240
Quam sí salsa múriatica ésse autumántur,
Sine ómni lepóre et sine suáuitate.
Nisí multa aqua úsque et diú macerántur,
Olént, salsa súnt, tangere út non uelís [item nos sumus].
Eiús seminís mulierés sunt. 245
Insúlsae admodum átque inuenústate ⌐ ⌐
Sine múnditia et súmptu.
MI. Coquást haec quidem, Ágorastoclés, ut ego opínor:
Scit múriatica út macerét. AG. Quid moléstu's?
AD. Sorór, parce, amábo. sat ést istuc álios 250
Dicere nobis: ne nosmet [in] nostra etiam uitia[m] ⟨e⟩loquamur.
AN. Quiésco. AD. Ergo amó te. sed hóc nunc respónde [mihi]:
Sunt hic omnia, quae ad deum pacem oportet adesse?
AN. Omnia accuraui. 253. 254

---

231. faceren niam *vel* facere: facere eniam *membr. Turn.* (*corr Gru*) ‖ 232. qua clauata: *corr Py* | inlusta *vel* iniusta ‖ 233. AD. *praem* D^2 | istaec sic *vel* istaec | *cf. ad Most. 123* ‖ 236. ut aegre *Nonius* ‖ 238. modus *vel* modis ‖ 239. *del Herm* ‖ 241. muriatica *vel* mariatica ‖ 244. *del Spengelius* ‖ 246. *lac sign Herm* ‖ 247 sq. *compr B* ‖ 248—250. *pers add* D^2 ‖ 249—251. *duo sunt in B* (— amabo) ‖ 249. molestus: *corr Ri* ‖ 250. amalo ‖ 251. *cf. ad Most. v. 123* | ne *vel* # Ne ‖ uitiam *vel* ut iam | e *add Herm* ‖ 252. *del Reizius* ‖ 253 sq. *cf. ad Most. v. 123* ‖

Diém pulcrum et célebrem et uenústatis plénum: 255
Dignúm Veneri pól, quoi sunt Áphrodisia hódie.
MI. Ecquíd gratiaé, quom huc forás te euocáui?
Iám num me decét dónari cadó
Víni ueteris: díc dari.
Níl respondes? língua huic éxcidit, ut ego opínor. 260
Quíd hic malum astans ópstipuisti? AG. Síne amem: ne opturba ác tace.
MI. Táceo. AG. Si tacuísses, iam istuc 'táceo' non gnatúm foret.
AN. Eámus, mea sorór. AD. Eho amabo, quíd illo nunc properás? AN. Rogas?
Quía erus nos apud aédem Veneris mántat. AD. Maneat pól. mane:
Túrbast nunc apud áram. an te ibi uis ínter istas uorsárier 265
Prósedas, pistórum amicas, réliquias alicárias,
Míseras, schoeno délibutas, séruolicolas sórdidas,
Quaé tibi olant stabulúm st⟨r⟩atumque, séllam et sessibulúm merum,
Quás adeo hau quisquam úmquam liber tétigit neque duxít domum,
Séruolorum sórdidulorum scórta diobolária? 270
⟨MI.⟩ Í in malam crucém. tun audes étiam seruos spérnere,
Própudium? quasi bélla sit, quasi eám[i]pse reges dúctitent.
Mónstrum mulierís: tantilla tánta uerba fúnditat,

---

255. plenum *vel* plenium ‖ 257—260. *duo v. sunt in B* (— donari)*: discripsimus* ‖ 260. uncua huic *vel* # huic: *corr Ca duce Aldo* ‖ 261. Quid hic *vel* Quid | opstituisti: *corr Ca* | actate *vel* aetate: *corr Ca* ‖ 262. tacuisses *vel* taccuisses ‖ 263. illo *vel* illic ‖ 264. mantat *vel* mandat | pol # ‖ 266. Prosedas (*ita Festus*) *vel* Proseda | reliquias *vel* reliquis | allicarias: *corr ex Paulo* ‖ 267. dili⟨butas⟩ *Festus* | seruilicolas: *corr Gru* ‖ 269. hau *vel* haud ‖ 270. duobolaria ‖ 271. I in *vel* Ii in ‖ 272 sq. *del Ca* | ductitent Et monstrum *vel* ducti ten& Monstrum ‖

Quoíus ego nebulái cyatho séptem noctes nón emam.
AG. Di ímmortales ómnipotentes, quíd est apud uos púlcrius?
Quíd habetis, qui máge immortalis uós credam esse quam égo siem,
Qui haéc tanta oculis bóna concipio? nám Venus non ést Venus:
Hánc equidem Venerém uenerabor, me út amet [at] pos⟨t⟩hac própitia.
Mílphio, heus [Milphio] ubí's? MI. Assum apud te eccum. AG. Át ego elixus sís uolo.
MI. Énim uero, ere, facís delicias. AG. Dé tequidem haec didici ómnia.
MI. Étiamne ut ames eám quam numquam tétigeris? ⟨AG.⟩ Nil †illic quidemst:
Deós quoque edepol ét amo et metuo, quíbus [ego] tamen abstineó manus.
AN. Eú ecastor, quom ornátum aspicio nóstrum ambarum, paénitet
Éxornatae ut símus. AD. Immo uéro sane cómmode:
Nám pro erili et nóstro quaestu sátis bene ornataé sumus.
Nón enim potis est quaéstus fieri, nísi sumptus sequitúr, scio:
Ét tamen quaestus nón consistet, si eúm sumptus superát, soror.
Eó illud satiust 'sátis': quod satis est †habitus plus quám sat est.

---

274. Quo ius *vel* Quo uis | nebula *vel* nebulae: *corr Bo* | ciatho *vel* ciratho || 275. Di(i) immortales *vel* Di imortales || 278 sq. *del Ca* | propitia milphio||Heus | *del Bo* | # Vbi | adsum || 280 sq. Enim uero *vel* Enim | omnia — illic *om B* | *add Ri* || 282. *del Reizius, fort. cum A* || 285 sqq. *cf. ad v. 217* || 285. ERILIET: erilicet || 286 sq. POTIS(e)S(t): potest (pote *Charisius*) | fieri — quaestus *solus habet A* (*v. 286 Charisius adfert*) | nisi *Charisius*: N(i) *ut vid* | ETTSMENQUAESTUS: *correximus, item Sey* || 288. SATIUS(t): satius si | *distinximus* ||

AG. Íta me dei ament, út illa me amet málim quam di, Mílphio:
Nám illa mulier lápidem silicem súbigere, ut se amét, potest. 290
MI. Pól idquidem hau mentíre: nam tu's lápide silice stúltior
Qui hánc ames. AG. At uíde sis: cum illac númquam limauí caput.
MI. Cúrram igitur aliquo ád piscinam aut ád lacum, limúm petam.
AG. Quíd eo opust? MI. Ego dícam: ut illi ét tibi limém caput.
⟨AG.⟩ Í in malam rem. MI. Ibi sum équidem. AG. Pergis? MI. Táceo. AG. At perpetuó uolo. 295
MI. Énim uero, ere, meo mé lacessis lúdo et deliciás facis.
AN. Sátis nunc lepide ornátam credo, sóror, te tibi uidérier:
Séd ubi exempla cónferentur méretricum aliarum, íbi tibi
Érit cordolium, síquam ornatam mélius forte aspéxeris.
AD. Ínuidia in me númquam innatast néque malitia, méa soror: 300
Bóno me⟨d⟩ esse ingénio ornatam quam aúro multo máuolo.
(Aúrum id fortuna ínuenitur, nátura ingeniúm bonum:
Bónam ego quam beátam me esse nímio dici máuolo.)

---

289. ament (*sic A*) *vel* amet ‖ 291. it quidem: EQUIDEM | HAU (*ut vid*): haud ‖ 292. cum (*sic A*) *vel* quom | numquam cum ea *Eugraphius* ‖ 293. (AU)TADLACUM: aud ad lacum *vel* aut lacum ‖ 294. (o)PUS(e)S(t): opus sit (*corr Ca*) | LIMEM: limen ‖ 295. I in: IN | PERG(is): perdis ‖ 296. ERE: aere | (la)CESS(is): laccessis (*corr D*) ‖ 298. CONFERENTUR: conferuntur | MERETRICUM: meretricium ‖ 300. innatast: G(*et* N *s. v.*)NATAST ‖ 301. ME-E(ssein)GENIO: me ingenio esse *vel* ingenio me esse: *add Bo* ‖ 302 sq. *secl Ri* | ID: in | dici (*sic A, ut vid*) *vel* deci ‖

Méretricem pudórem gerere mágis decet quam púrpuram.
(Mágisque meretricém pudorem quam aúrum gerere cóndecet.) 305
Púlcrum ornatum túrpes mores péius caeno cónlinunt:
Lépidi mores túrpem ornatum fácile factis cómprobant.
AG. Ého tu, uin tu fácinus facere lépidum et festiuóm? MI. Volo.
⟨AG.⟩ Pótesne mi auscultáre? MI. Possum. AG. Ábi domum ac suspénde te.
⟨MI.⟩ Quam ób rem? AG. Quia iam númquam audibis uérba tot tam suáuia. 310
Quíd tibi opust uixísse? ausculta míhi modo ac suspénde te.
MI. Síquidem tu's mecúm futurus pro úua passa pénsilis.
AG. Át ego amo hanc. MI. At ego ésse et bibere. AD. Ého tu, quid ais? AN. Quíd rogas?
AD. Víden tu? pleni oculí sorderum quí erant iam splendént mihi.
AN. Ímmo etiam in medio óculo paullum sórdet. cedo sis: dé[x]teram. 315
AG. Vtquidem tu huius oculós inlutis mánibus tractes aút teras?
AN. Nímia nos socórdia hodie ténuit. AD. Qua de re, óbsecro?
⟨AN.⟩ Quía non iam dudum ánte lucem ad aédem Veneris uénimus,

---

304 sq. *inv A* ‖ 305. *secl Guy* | MAGISQ.: Magis quit (*vel* quid) ‖ 306. *cf. Most. 291* | TURPEST ‖ 309. AUSCULTARE: auscultari *vel* auscultãri *vel* auscultare ‖ 310. QUIA: Qui ‖ 311. OPUST: opus si | ac: ET ‖ 312. siquide aestu *Nonius* | uua passa (*sic Nonius et A*) *vel* uua | pensilis (*sic Nonius et A*) *vel* pensibis ‖ 313. amo: AMABO ‖ 314. PLE(lli) *ut vid* | SORDERUM: sorderunt ‖ 315. sis: SI | dexteram *etiam A: corr Scal* ‖ 316. UTQUIDEMTU: Vt tu quidem | TERRAS ‖ 318. NONIAN: non iam *vel* iam non ‖

Prímae ut inferrémus ignem in áram. AD. Aha, non factóst opus.
Quaé habent nocturna óra, noctu sácruficatum ire óc cupant. 320
Príus quam Venus expérgiscatur, príus deproperant sédulo
Sácruficare: nám uigilante Vénere si ueniánt eae,
Íta sunt turpes, crédo ecastor Vénerem ipsam e fanó fugent.
⟨AG.⟩ Mílphio. MI. Edepol Mílphionem míserum. quid nunc uís tibi?
⟨AG.⟩ Ópsecro hercle, ut múlsa loquitur. MI. Níl nisi latérculos, 325
Sésumam papáueremque, tríticum et frictás nuces.
AG. Écquid amare uídeor? MI. Damnum, quód Mercurius mínume amat.
AG. Námque edepol †lucrum amare núllum amatorem áddecet.
⟨AN.⟩ Eámus, mea germána. AD. Age sis út lubet. AN. Sequere hác. AD. Sequor.
⟨MI.⟩ Eúnt hae. AG. Quid si adeámus? MI. Adeas. AG. Prímum prima sálua sis: 330
Ét secunda tú in secundo sálue [in] pretio: tértia
Sálue extra pretiúm. ANC. Tum pol ego et óleum et operam pérdidi.
AG. Quó te agis? AD. Egone? in aédem Veneris. AG. Quíd eo? AD. Vt Venerem própitiem.

---

319. PRIMAEUT: Primacum ut (*item membr. Turn.*) *vel* Prima cum | IGNEM: signem | AHA: Ah | FACTUST ‖ 320. SACRUFICATUM: sacrificatum | OCCUPANT: occupans ‖ 321. UENUS-EXPERGISCATUR: uenus experiscatur *vel* experiscatur uenus ‖ 322. SACRUFICARE: Sacrificare | uigilante (*sic A*) *vel* uigulante ‖ 325. mulsa (*sic A*) *vel* nulsa ‖ 326. papaueremque (*sic A*) *vel* pa pauperem que | nuces (*sic A*) *vel* nunc es ‖ 329—331. *pers corr Ri, Goe et Loe, Ca* ‖ 331. *del Stu* ‖ 332. ANC. *pro* # *Ac* | et oleum (*sic A*) *vel* et oleum et oleum ‖ 333. QUOAGIS ‖

AG. Ého, an iratast? própitia herclest: uél ego pro illa spóndeo.
Quíd tu ais? AD. Quid míhi molestu's, óbsecro? AG. Aha tam saéuiter. 335
⟨AD.⟩ Mítte amabo. AG. Quíd festinas? túrba nunc illíst. AD. Scio.
Súnt illi aliae, quás spectare ego ét me spectarí uolo.
AG. Quí lubet spectáre turpis, púlcram spectandám dare?
AD. Quía apud aedem Véneris hodiest mércatus meretrícius:
Eó conueniunt mércatores, íbi ego me ostendí uolo. 340
AG. Ínuendibili mérci oportet últro emptorem addúcere:
Próba mers facile emptórem reperit, tam étsi in abstrusó sitast.
Quíd ais tu? quando ílli [apud me] mecum cáput et corpus cópulas?
AD. Quó die Orcus Ácherunte mórtuos amíserit.
AG. Súnt mihi intus néscioquot nummi aúrei lympháticei. 345
AD. Déferto ad me: fáxo actutum cónstiterit lympháticum.
MI. †Bellula hercle. ei díerecte in máxumam malám crucem.
[MI.] Quám magis aspectó, tam magis est nímbata et nugaé merae.

---

334. Eho an (*sic A*) *vel* Ehon | # propitia *et* # uel (*item A*) | hercle (*sic A*) *vel* herche || 335. #QUIDMIHI: quid mihi | molestus: *corr Ri* | AHA (*item Nonius*): Ah || 336. #TURBA || 340. IBIME || 341. INUENDIBILIMERCI: Inuendibili merce *vel* Inuendibile mers || 342. REPERIT: repperit | TAMETSI: tarem est (*vel* c̃) et si | in abstruso *vel* in abstruoso: INOCCULTO || 343. *del Bo* | caput et corpus copulas: PALPASETLALLAS || 344. orcus (*sic A*) *vel* orchus | ACHAERUNTE: ab achaerunte (*vel* aheronte) | AMISERIT: amiseris || 345. intus nescio quod: NESCIOQUOD | LAUREI || 347. in (*sic A*) *vel* im || 348. *delevimus* | aspecto (*sic A*) *vel* atspecto (quo magis eam aspicio *Isidorus*) | est nimbata (*sic A*) *vel* est ninbata (nimbata est *Isidorus*) ||

AD. Ségrega sermónem: taedet. AG. Áge sustolle hoc ámiculum.
AD. Púra sum: compérce, amabo, me áttractare, Agorástocles. 350
AG. Quíd agam nunc? AD. Sei sápias, curam hanc fácere conpendí potes[t].
AG. Quíd? ego non[c] te cúrem? quid ais, Mílphio? MI. Ecce odiúm meum.
Quíd me uis? AG. Qur míhi haec iratast? MI. Qúr haec iratást tibi?
Qúr ego id curém? nam qui istaec mágis meast curátio?
AG. Iam hércle tu perísti, nisi illam míhi tam tranquillám facis 355
Quám mare olimst, quóm ibi alcedo púllos educít suos.
MI. Quíd faciam? AG. Exorá, blandire, pálpa. MI. Faciam sédulo:
Séd uide sis, ne tu óratorem hunc púgnis pectas póstea.
AG. Nón faciam. AD. Non aéquos in me's: séd morare et mále facis.
Béne promittis múlta ex multis: ómnia incassúm cadunt. 360
Líberare iúrauisti me haúd semel, sed céntiens:
Dúm te exspecto, néque ego usquam aliam míhi paraui cópiam,
Néque istuc usquam appáret: ita nunc séruio niló minus.

---

349. AG. *pro* # *Ca* ‖ 350. comperce (*sic A*) *vel* comperta | ATTRACTARE: attrectare ‖ 352. *cf. ad v. 217* | *dist Bo* | nunc (*etiam A*): *corr Bo* | AIS: agas ‖ 353. #CUR *et* #QUR: # cur (*vel* # Qur) *et* qur (*vel* cur) | irata est tibi (*sic A*) *vel* mihi irata est ‖ 354. Qur (*sic A*) *vel* Cur | namque (*etiam A*): *corr Bo, dist Ri* ‖ 355. hercle (*sic A*) *vel* hercule | PERISTIS ‖ 356. alcyo (*sic A*) *vel* alycio (halcyon *Isidorus*): *corr ex Frontone et Prisciano* | EDUCIT (*item Priscianus et Isidorus*): seducit ‖ 357. exora (*sic A et Nonius*) *vel* xora | PALPA#: expalpa (*item Nonius*) ‖ 358. postea: OMNIA ‖ 359. AEQUOSINMEESSET: non aecuius in me esset ‖ 361. Liberare (*sic A*) *vel* Liberaret | IURAUISTI: iura uis te | #SED | CENTIENS: ent lens *vel* deciens ‖ 362. NEQ·EGO: neque ‖

Í, soror. apscéde tu a me. AG. Périi. ecquid ais, Mílphio?
MI. Méa uoluptas, méa delicia, méa uita, mea amoénitas,
Méus ocellus, meúm labellum, méa salus, meum sáuium,
Meúm mel, meum cor, méa colustra, méus molliculus cáseus.
AG. Méne ego illaec patiár praesente díci? discruciór miser,
Nísi ego illum iubeó quadrigis cúrsim ad carnificém rapi.
MI. Nóli, amabo, súscensere eró meo causá mea.
Égo faxo, si nón irata's, nínnium pro té dabit
Átque te faciet út sis ciuis Áttica atque líbera.
[AD.] Quín adire sínis? quin tibi qui béne uolunt bene uís item?
[MI.] Si ánte quid mentítust, nunciám dehinc erit ueráx tibi.
Síne te exorem, síne prehendam aurículis, sine dem sáuium.
AD. Ápscede hinc sis, sýcophanta pár ero. MI. At scin quómodo?
Iam hércle ego faciam plóratillum, nísi te facio própitiam:
Átque hic ne me uérberetillum fáciat, nisi te própitio,

---

364. #PER(ii): perii | ecquid (*sic A*) *vel* eo quid | AIS: agis ‖ 365. meae deliciae (*item A*): *corr ex Gellio et Nonio* ‖ 366. OCULUS ‖ 367. MELI: mel *vel* mei | meum cor *om gramm. de dub. nom.* | colustra (*sic A et gramm.*) *vel* collustra ‖ 368. EGOPRAESENTEPATIARILLAEC ‖ 370. causa (*sic A*) *vel* causam ‖ 371. irata es (*item membr. Turn.*): IRATAST | ninnium (*sic A et membr. Turn.*) *vel* nimium ‖ 372. SIES ‖ 373. adire *etiam A* | #QUIN: qui lu *vel* qui ui *vel* qui # | tibi (*sic A*) *vel* tibi # ‖ 374. QUIDMENTITUST: quidem entitus sit *vel* quidem mentitus sit ‖ 375 sq. *inv libri praeter A* | AURIS | sauium (*sic A*) *vel* sauiumi | Apscede hinc (*sic A*) *vel* Aspice dehinc | SCIN: sin ‖ 377. HERCLE: hercule | PLORATILLUM: plorantem illum | FACIOP——: propiciam facio ‖ 378. NEME: me ne |

Mále formido: nóui ego huius móres morosí malos.
Quam ób rem amabo, méa uoluptas, síne te⟨d⟩ exorárier. 380
AG. Nón ego homo trióboli sum, nísi ego illi mastígiae
Éxturbo oculos átque dentes. ém uoluptatém tibi:
Ém mel: em cor: ém labellum: ém salutem: em sáuium.
MI. Ímpias, ere, te: óratorem uérberas. AG. Iam istóc magis:
Étiam ocellum addam ét labellum et línguam. MI. Ecquid faciés modi? 385
AG. Sícine ego te oráre iussi? MI. Quó modo ergo orém? AG. Rogas?
Síc enim dicerés, sceleste: huíus uoluptas, te ópsecro,
Huíus mel, huius cor, huíus labellum, huíus lingua, huius sáuium,
Huíus delicia, huiús salus amoéna, huius festíuitas,
Huíus colustra, huiús dulciculus cáseus, mastígia: 390ᵃ
(Húius cor, huiús studium, huius sáuium, mastígia.) 390ᵇ
Ómnia illa quaé dicebas túa esse ea memorarés mea.
MI. Ópsecro hercle té, uoluptas húius atque odiúm meum,
Huíus amica mámmeata, méa inimica et máleuola,
Óculus huius, líppitudo méa, mel huius, fél meum,
Vt tu huic iráta ne sis, aút, si id fieri nón potest, 395

---

379. mores moros i *vel* mores mores: MORESMOROS ‖ 380. amabo mea (*vel* me): MEA | SINEHOC: sine te (*corr Guy*) ‖ 383. em (*sic A*) *vel* hem (*quinquies*) | sauium (*sic A*) *vel* sualum ‖ 384. impias ere te (*sic A*) *vel* impia secrete (*item Donatus*) | #IAM: iam ‖ 385. LABELLUMLINGUAM | MI. *pro* # *Ca* | ecquid (*sic A*) *vel* eo quid ‖ 386. ORARE: orares | IUSSIT | ergo: EGO ‖ 388. sauium (*sic A*) *vel* salum ‖ 389. *om CD* | DELICIAE: colustra: *corr Mercerus ex v. 365* ‖ 390ᵃ. *om A: cf. 390ᵇ* ‖ 390ᵇ. *secl Angelius* | DULCICULUSCASEUS *super* SAUIUMMASTIGIA ‖ 391. ea (*sic A*) *vel* eam ‖ 392. EIUS ‖ 393. cuius amicam *Nonius* | MAMMEATA (mammeatam *Nonius*): mammiata ‖ 394. OCULUS: Oculos | LIPPITUDO: leppitudo ‖

Cápias restim ac té suspendas cúm ero et uostra fá-
milia.
Nám mihi iam uideó propter te uíctitandum sórbilo,
Ítaque iam quasi óstreatum térgum ulceribus géstito
Própter amorem uóstrum. ⟨AD.⟩ Amabo, mén pro-
hibere póstulas
Né te uerberét magis quam ne méndax me aduorsúm
siet? 400
AN. Áliquid huic respónde amabo cómmode, ne in-
cómmodus
Nóbeis sit: nam détinet nos dé nostro negótio.
AD. Vérum. etiam tibi hánc amittam nóxiam unam,
Agorástocles:
Nón sum irata. AG. Nón es? AD. Non sum. AG.
Da érgo, ut credam, sáuium.
AD. Móx dabo, quom ab ré diuina rédiero. AG. I
ergo strénue. 405
⟨AD.⟩ Séquere me, sorór. AG. Atque audin? AD. Étiam.
AG. Veneri dícito
Múltam meis uerbeís salutem. AD. Dícam. AG. Atque
hoc audí⟨n⟩? AD. Quid est?
⟨AG.⟩ Paúcis uerbis rém diuinam fácito. atque audin?
réspice.
Réspexit. idem édepol Venerem crédo facturám tibi.

396. suspendas (*sic A*) *vel* suspensas | cum (*sic A*) *vel* quom ‖ 397. MI. *praem D* ‖ 399. men prohibere (*sic A*) *vel* menbro hibere ‖ 401. INCOMMODUS: incommodis (*corr D*) ‖ 403. *dist Ac* | agorastocles (*sic A*) *vel* agorastodes ‖ 404. Non sum irata (*sic A*) *vel* Non sum arata‖Non sum irata | es #: ES | sauium (*sic A*) *vel* suaium ‖ 405. #I: i ‖ 406. Sequere (*sic A*) *vel* Seque ‖ 407. MULTAM: multa | *add Ri* | #QUIDST: quid est ‖ 409. EDEPOL: pol ‖

AGORASTOCLES. **MILPHIO**
ADVLESCENS SERVOS

AG. Quid núnc mihi's auctor, Mílphio? MI. Vt me uérberes 410
Atque aúctionem fácias. nam inpuníssume
Tibí quidem hercle uéndere hasce aedís licet.
AG. Quid iám? MI. Maiorem pártem in ore habitás meo.
AG. Supérsede istis uérbis. MI. Quid nunc ueís tibi?
⟨AG.⟩ Trecéntos Philippos Cóllabisco uílico 415
Dedi dúdum, priusquam me éuocauistí foras.
Nunc ópsecro te, Mílphio, hanc per déxteram
Perque hánc sororem laéuam perque oculós tuos
Perque meós amores pérque Adelphasiúm meam
Perqué tuam leibertátem — MI. Em, nunc nil ópsecras. 420
⟨AG.⟩ Mi Mílphidisce, méa commoditas, méa salus,
Fac quód facturum té promisistí mihi,
Vt ego húnc lenonem pérdam. MI. Perfacile íd quidemst.
I, addúce testis técum: ego intus ínterim
Iam et órnamentis meís et sycophántiis 425
Tuom éxornabo uílicum. propera átque abi.
AG. Fugió. MI. Meumst istuc mágis officium quám tuom.
AG. Egone, égone, si istuc lépide ecfexis — MI. Í modo.

---

410. mihi es auctor: MIHIAUCTORES ‖ 413. MEO (*item membr. Turn.*): mea ‖ 414. nunc uis: UEISNUNC ‖ 415. COLLYBISCONUILICO ‖ 416. DUM | EUOCAUISTI: euocasti ‖ 420. em (*sic A*) *vel* hem ‖ 422. TE: te esse | promisisti (*sic A*) *vel* promisti ‖ 423. Vt ego (*sic A*) *vel* Vt ego ut ‖ 424. *om A* | I adducet estis *vel* Adducet estis ‖ 425. et ornamentis: TORMENTIS | meis (*sic A*) *vel* miis ‖ 427. FUGIOMEUMEST ‖ 428. EFFEXIS: et fexis (*corr Bo*) ‖

⟨AG.⟩ Vt nón ego te hodie — MI. Abí modo. AG. emittám manu?
⟨MI.⟩ I módo. AG. Non hercle mérear — MI. Oh — AG. Vah. MI. Ábi modo. 430
AG. Quantum Ácheruntest mórtuorum — MI. Etiámne abis?
⟨AG.⟩ Neque quántum aqua⟨i⟩st ín mari — MI. Abitúrun es?
⟨AG.⟩ Neque núbis omnes quántumst — MI. Pergin pérgere?
AG. Neque stéllae in caelo — MI. Pérgin auris túndere?
⟨AG.⟩ Neque hóc neque illuc néque — enimuero sério — 435
Neque hércle uero — quíd opust uerbis? quíppini?
Quod úno uerbo — dícere hic quidueís licet —
Neque hércle uero sério — scin quómodo?
Ita mé di amabunt — uín bona dicám fide?
Quod híc inter nos líceat — ita me Iúppiter — 440
Scin quám? — uidetur. — crédin quod ego fábuler?
MI. Si néqueo facere ut ábeas, egomet ábiero.
Nam istí quidem hercle orátioni | Oédipo
Opust cóniectore, quí Sphingi interprés fuit.
AG. Illic híne iratus ábiit. nunc mihi caútiost 445
Ne meámet culpa méo amori obiexím moram.
Ibo átque arcessam téstis: quando amór iubet
Me oboédientem | ésse seruo líberum.

---

430. AG. *pro* # *Ca* | MEREAR: meream | # oh # uah # *etiam A*: *pers restituimus* || 431. ACHAERUNTEST || 432. AQUAST: aqua est *vel* est aqua: *corr Pareus* | MARE | ABITURUNES: abiturusne es || 433. NUBISOMNES: nubes omnes *vel* nubes | PERGINC || 435. ILLUD || 436. OPUS: opus si || 439. BONAM || 440. LICET || 441. UIDETUR: uide tu || 442. ABIERO: abireo *vel* abire || 443. ORATIONIOEDIPO (*item Priscianus*): orationi oedippo || 446. meamet (*sic A*) *vel* meam || 447. iubet (*sic A*) *vel* lubet || 449. Me (*sic A*) *vel* Meo ||

LYCVS. ANTAMOENIDES
LENO MILES

LY. Di illum ínfelicent ómnes qui post húnc diem
Leno úllam Veneri umquam ímmolarit hóstiam, 450
Quiue úllum turis gránum sacruficáuerit.
Nam ego hódie infelix deís meis iratíssumis
Sex ímmolaui | ágnos nec potuí tamen
Propítiam Venerem fácere uti | essét mihi.
Quoniám litare néqueo |, abi⟨i⟩ illim ílico
Irátus: uotui | éxta prosicárier. 456ᵃ
[Neque ea †picere uólui: quoniam nón bona
Harúspex dixit, déam esse indignam crédidi.] 456ᶜ
Eo pácto auarae·Véneri pulcre adií manum.
Quando íd quod sat erat sátis habere nóluit,
Ego paússam feci. síc ago, sic mé decet.
Ego fáxo posthac deí deaeque céteri 460
Conténtiores máge erunt atque auidí minus,
Quom scíbunt Veneri ut ádierit lenó manum.
Condígne haruspex, nón homo trióboli,
Omníbus in extis aí[e]bat portendí mihi
Malúm damnumque et deós esse iratós mihi. 465
Quid eí diuini aut húmani aequomst crédere?
Miná mihi argenti dóno postillá datast.
Sed, quaéso, ubinam illic réstitit milés, modo
Quei hanc míhi donauit, quem égo uocaui ad prándium?
Sed éccum incedit. AN. Íta ut occepi dícere, 470

---

449. Di (*sic A*) *vel* Si (Dii *Nonius*) ‖ 451. QUIULLUMTHURIS ‖ 452. MEIS *ex* MEI | iratissumis (*sic A*) *vel* iratissumus ‖ 454. uti esset: UTESSET ‖ 456ᵃ. UOLUI | prosicarier (*sic A*) *vel* prositarier ‖ 456ᵇᶜ. *om A* | picere *vel* aspicere ‖ 459. PAUSSAM: pausam ‖ 461. MAGERUNTATQ·AUIDIUIMINUS ‖ 462. Cum (*sic A*) *vel* Qum ‖ 463. *versus post 471 extat in A* ‖ 464. *del Guy* ‖ 466. haud: ATQ· (*corr Pius*) | AEQUO(m)ST: aequom si *vel* aecum si | CREDERE: crederet ‖ 467. dono (*sic A*) *vel* dona ‖ 468. *dist Ri* ‖

Lenúlle, de illac púgna pentetrónica,
Quom séxaginta mília hominum unó die
Voláticorum mánibus occidí meis.
LY. [E]Voláticorum | hóminum? AN. Ita deicó quidem.
LY. An ópsecro usquam súnt homines uolátici? 475
AN. Fuére: uerum ego ínterfeci. LY. Quómodo
Potuísti? AN. Dicam: uíscum legioní dedi
Fundásque: eo praesternébant folia fárferi.
LY. Quoi reí? AN. Ne ad fundas †uiscus adhaerésceret.
LY. Perge: óptume hercle périuras. quid póstea? 480
AN. In fúndas uisci indébant grandiculós globos:
Eo illós uolantis iússi funditárier.
Quid múlta uerba? quémquem uisco offénderant, 483.484
Tam crébri ad terram | áccidebant quám pira. 485
Vt quísque acciderat, eúm necabam | ílico
Per cérebrum pinna suá sibi quasi túrturem.
LY. Si hercle ístuc umquam fáctumst, tum me Iúppiter
Faciát ut semper sácruficem nec umquám litem.
AN. An mi haéc non credis? LY. Crédo ut mi aequomst crédier. 490
AN. Age eámus intro. dum éxta referuntúr, uolo
Narráre tibi etiam únam pugnam. LY. Níl moror.

---

471. LENULLO: Lennutte *vel* Lenuite (*corr ex Prisciano et membr. Turn.*) | ILLA (*item Priscianus*) | pentethronnica *membr. Turn.* ‖ 472. *cf. ad v. 463* | QUOM: Quo | sexaginta milia (*sic A, sed* MILLIA) *vel* sexaginta ‖ 473. occidi meis (*sic A*) *vel* occidimus ‖ 474. Euolaticorum (*item A, sed* È) ‖ 475. UOLATICI: uiatici ‖ 478. praesternebant (*sic A*) *vel* prosternebant ‖ 479. CUI: Qui | *secuntur in B v. 547—608* ‖ 480. QUID: quip *vel* qui ‖ 481. UISCLINDEBANT: uis uindebant: *corr Gru* | globos (*sic A*) *vel* glouos ‖ 482. EOS: Ego: *corr Ca* | iussi (*sic A*) *vel* iussit ‖ 483 sq. *versum vacuum habet B post h. v.* ‖ 485. TAM(crebri)AD: Tam crebi ad (*vel* crebrit) | ACCIDEBANT ‖ 486. necabam (*sic A*) *vel* negabam ‖ 487. cerebrum (*sic A*) *vel* gerebrum ‖ 489. Faciam *Nonius* | neque umquam *Nonius* ‖ 490. AEQUMS(t): est aecum (*vel* aequum) | CREDERE ‖ 491. AN. *add D* | REFERANTUR ‖ 492. LY. *D* (# *B*) ‖

AN. Auscúlta. LY. Non hercle aúscultabo. AN. Quó modo?
Colaphís quidem hercle tuóm iam dilidám caput,
Nisi aút auscultas aút is in malám crucem. 495
LY. Malám crucem ibo pótius. AN. Certumnést tibi?
LY. Certúm. AN. Tum tu igitur dié bono |, Aphrodísiis,
Addíce tuam mihi méretricem minúsculam.
LY. Ita rés diuina míhi fuit: res sérias
Omnís extollo ex hóc die in aliúm diem. 500
Proféstos festos hábeam decretúmst mihi.
Nunc hínc eamus íntro. sequere hac mé. AN. Sequor:
In húnc diem iam túos sum mercennárius.

AGORASTOCLES. ADVOCATI
ADVLESCENS

AG. Ita me di ament, tárdo amico níl[i] est quicquam inaéquius,
Praésertim homini amánti qui quicquíd agit properat ómnia. 505
Sícut ego hos duco áduocatos, hómines spissigradíssumos,
Tárdiores quám corbitae súnt in tranquilló mari.
Atque equidem hercle dédita opera amícos fugitauí senes:
Scí[e]bam aetati tárdiores, métui meo amorí moram.

---

493 sq. auscultabo — hercle *solus habet A* | DILIDAM: elidam ‖ 495. NISIAUT: Nisi ‖ 496. POTIUSCERTUMNEST ‖ 497. APHRODISIIS: aphrodiis ‖ 498. tuam (*sic A*) *vel* tuum ‖ 500. ex hoc (*item Nonius*): HOC ‖ 501. Profectos: *corr Scal* ‖ 502. intro *vel* inro ‖ 504. ament *vel* antent ‖ 505. que: *corr B* ‖ 506. aduocatos *vel* duccatos | spissigradissimos *vel* spissi grandissimus ‖ 507. corditae: *corr ex Nonio* | sunt et in *Nonius* ‖ 508. hercle dedita *vel* haec edita | fugitaui *vel* fugit aut ‖ 509. *del Muretus* | tardiores *vel lac* ‖

Néquiquam hos procós mihi elegi lóripedis, tardíssumos.
Quín si ituri hodie éstis, ite aut íte hinc in malám crucem. 511
Sícine oportet íre amicos hómini amanti operám datum?
Nam ístequidem gradús succretust críbro pollinário:
Nísi cum pedicis cóndidicistis ís⟨t⟩oc grassarí gradu.
ADV. Heús tu, quamquam nós uidemur tíbi plebeii et paúperes, 515
Sí nec recte dícis nobis díues de summó loco,
Díuitem audactér solemus máctare infortúnio.
Néc tibi nos obníxi[i] sumus istúc, quid tu ames aut óderis.
Quom árgentum pro cápite dedimus, nóstrum dedimus, nón tuom.
Líberos nos ésse oportet: nós te nili péndimus: 520
Né tuo nos amóri seruos [tuos] ésse addictos cénseas.
Líberos hominés per urbem módico magis par ést gradu
Íre: seruile ésse duco féstinantem cúrrere.
Praésertim in re pópuli placida atque ínterfectis hóstibus
Nón decet tumúltuari. séd si properabás magis, 525
Prídie nos te áduocatos húc duxisse opórtuit.
Né tu opinere, haúd quisquam hodie nóstrum curret pér uias
Néque nos populus pró cerritis ínsectabit lápidibus.
AG. Át si ad prandiúm me in aedem uós dixissem dúcere,

---

511. hodie estis *vel* estis hodie | ite audite ‖ 512. operam *vel* operãm ‖ 514. condidicisti (*vel* conde dicisti) sis occrassari: *corr Lamb* ‖ 515. AG. *praem B* ‖ 516. Si nec *vel* Sinet | summo *vel* suum mo ‖ 517. audacter *vel* aucdacter ‖ 518. obnixii *vel* obnoxii: *correximus* ‖ 521. *del Py* ‖ 522. per urbem *vel* perturbem ‖ 523. seruile *vel* seruili ‖ 525. tumultuari sed *vel* tumultuaris et ‖ 529. Ad | si uocassem uos in aedem ad prandium *Isidorus* ‖

Vínceretis céruom cursu uél grallatorém gradu. 530
Núnc uos quia mihi áduocatos díxi et testis dúcere,
Pódagrosi estis ác uicistis cócleam tarditúdine.
⟨ADV.⟩ Án uero non iústa causast quó⟨r⟩ curratur céleriter,
[ADV.] Ýbi bibas, edás de alieno quántum uelis usque ádfatim,
Quód tu inuitus númquam reddas dómino, de qu⟨o⟩io éderis? 535
Séd tamen cum eó cum quiqui quámquam sumus paupérculi,
Ést domi quod edímus: ne nos tám contemptim cónteras.
Quícquid est pauxíllulum illuc nóstrum †id omne íntus est:
Néque nos quemquam flágitamus néque nos quisquam flágitat.
Tuá causa nemó nostrorumst suós rupturus rámites. 540
AG. Nímis iracundi éstis: equidem haec uóbis dixi pér iocum.
ADV. Pér iocum itidem dícta[m] habeto, quaé nos tibi respóndimus.
AG. Óbsecro hercle operám celocem hanc míhi, ne corbitám date.
Áttrepidate sáltem: nam uos ádproperare haud póstulo.

---

530. ceruum cursu uel (*vel* el: *aut* uel *aut* et *membr. Turn.*): circumcurso uel *Varro,* cursu ceruas et *Festus* | clabatorem (clauatorem *membr. Turn.*) *vel* glabatorem: *corr ex Festo et Varrone* (gralatorem) ‖ 532. Quodagrosi estis cocleas *Nonius* | tarditune: *corr ex Nonio* ‖ 533. Ad: *corr Dousa* | iusta *vel* iuxta | *add Ri* | celeriter *vel* celiriter ‖ 534. edas *vel* et das | quantum uelis *vel* quantum ‖ 535. quio *vel* quo: *corr Bergkius* ‖ 536. quo meo quom quiqui *vel* quo meo cum cui ‖ 537. nos tam *vel* nostram | contemptim *om Nonius* ‖ 538. pauxillulum *vel* pauxillum ‖ 540. nostrorum si: nostrum est *Nonius* | ramices *Nonius* ‖ 542. dictum: *corr Ri* ‖ 543. uelocem: *corr ex Nonio* | nec *Nonius* ‖ 544. At trepidate *vel* Attrepitate | adproperare *vel* adprobare ‖

ADV. Síquid tu placide ótioseque ágere uis, operám damus: 545
Sí properas, cursóres meliust te áduocatos dúcere.
AG. Scítis, rem narráui uobis, quód uostra opera mi ópus siet,
Dé lenone hoc quí me amantem lúdificatur tám diu:
Eí paratae ut sínt insidiae de aúro et de seruó meo.
ADV. Ómnia istaec scímus iam nos, si hí spectatorés sciant. 550
Hórunc hi[n]c nunc caúsa haec agitur spéctatorum fábula:
Hós te satius ést docere ut, quándo agas, quid agá[n]s sciant.
Nós tu ne curássis: scimus rem ómnem, quippe omnés simul
Dídicimus tecum úna, ut respondére possimús tibi.
AG. Íta profectost. séd agite igitur, út sciam uos scíre, rem 555
Éxpedite et míhi quae uobis dúdum dixi dícite.
ADV. Ítane temptas án sciamus? nón meminisse nós [t]ratu's,
Quó modo trecéntos Philippos Cóllabisco uílico
Déderis, quos deférret huc ad lénonem inimicúm tuom,
Ísque se ut adsimuláret peregrinum [esse] áliunde ex alio óppido, 560
Vbi is detulerit, tu eó quaesitum séruom aduent⟨ar⟩és tuom
Qúm pecuniá. AG. Meministis mémoriter: seruástis me.
ADV. Ílle negabit: Mílphionem quaéri censebít tuom.
Íd duplicabit ómne furtum: léno addicetúr tibi.

---

546. melius si ‖ 547—608. *cf. ad v. 479* ‖ 547. operamini ‖ 550. istaec *vel* staec | hi spectatores *vel* his peccatores ‖ 551. Horunt *vel* Horum: *corr Ca* | *del Py* | haec agitur *vel* agitur haec ‖ 552. agant sciant: *corr Ac* ‖ 554. Dedicimus ‖ 555. sed *vel* e set | ADV. *ante* igitur D^2 | ut *vel* ui ‖ 557. nostratus *vel* nostra: *del Ca, corr Ri* ‖ 560. *del Bo* ‖ 561. *add Sey* ‖ 562. Cum pecunia *vel* Qum penicunia ‖ 564. duplicabit *vel* dublicabit ‖

Ád eam rem nos ésse ⟨t⟩estis uís tibi. ⟨AG.⟩ Tenétis rem. 565
ADV. Víx quidem hercle | — íta pauxillast — dígitulis primóribus.
AG. (Hóc cito et cursímst agendum. própera iam quantúm potest.
ADV. Béne uale igitur. te áduocatos mélius⟨t⟩ celeris dúcere:
Tárdi sumus nos. AG. Óptume itis, péssume hercle dícitis.
Quín etiam decíderint uobis fémina | in talós uelim. 570
ADV. Át edepol nos tíbi | in lumbos línguam atque oculos ín solum.
AG. Héia, hau uostrumst íracundos ésse quod dixí ioco.
ADV. Néc tuom quidémst amicis pér iocum iniusté loqui.
AG. Míttite istaec. quíd uelim uos, scítis. ADV. Cállemús probe:
Lénonem ut periúrum perdas, íd studes. AG. Tenétis rem.) 575
Eúge opportune égrediuntur Mílphio una et uílicus.
Básilice exornátus cedit ét fabre ad falláciam.

567—575. *secl Weisius* ‖ 568. aduocatus | *add Ri* ‖ 571. At *vel* A ‖ 572. (eiaha)U: Heia haud (*vel* aut) ‖ 573. NE ‖ 574. MITTEISTEC | uelim uos: UELIMUS: *dist Bent* ‖ 575. Lenonem (*sic A*) *vel* Leonem | ut periurum (*sic A*) *vel* periurum ut | studes (*sic A, ut vid*) *vel* studeas | ADV. *B* ‖ 576. EUCEOPPORTUNE: Ecce oportune ‖ 577. BASSILICE | CEDIT: incedit ‖

MILPHIO. **COLLABISCVS.** **AGORASTOCLES.**
SERVOS VILICVS ADVLESCENS
ADVOCATI

MI. Iám tenes praecépta in corde? CO. Púlcre. MI. Vide sis cálleas.
CO. Quíd opust uerbis? cállum aprugnum cállere aeque nón sinam.
MI. Fác modo ut condócta tibi sint dícta ad hanc falláciam. 580
CO. Quín edepol condóctior sum quám tragoedi aut cómici.
MI. Próbus homost. AG. Adeámus propius. ádsunt testes. MI. Tót quidem
Nón potuisti addúcere homines mágis ad hanc rem idóneos:
Nam ístorum nullús nefastust, cómitiales súnt meri:
Íbi habitant, ibi eós conspicias quám praetorem saépius: 585
Hódie iuris dóctiores nón sunt qui lités creant,
Quam hí sunt qui, si níl est quicum lítigent, lités emunt.
ADV. Deí te perdant. MI. Vós quidem hercle. cúm eo cum quiquí tamen
Ét bene et benígne facitis, quóm ero amanti operám datis.
Séd isti iam sciúnt negoti quíd sit? AG. Omne in órdine. 590

---

579. OPUST: opus si (opus *Nonius*) | UERB(is#) | (ap)RU-(g)NU(m) (aprunum *Nonius*): apugnum (*cf. Pers. 305*) ‖ 580 sq. condocta *et* condoctior (*sic A et membr. Turn.*) *vel* conducta *et* conductior | tragoedi aut (*sic A*) *vel* ut tragoedia ‖ 582. Probus (*sic A*) *vel* Brobus | (ADEAM)US: adeam | PRO(PIUS): proprius (*corr D*) | TESTESTOT (*ut vid*) ‖ 586. Hodie iuris (*sic A*) *vel* Hodie | coctiores ‖ 587. QUICUMLITIGENTLITESEMUNT: litium lites semunt ‖ 588. CUMEODUM: quo meo quom (*vel* quum): *cf. 536* ‖ 590. OMNEIN: omnem in | ordine: ORDINEM ‖

MI. Túm uos animum aduórtite igitur. húnc uos le-
noném Lycum
Nóuistis? ADV. Facile. CO. Át pol ego eum quá sit
facie néscio:
Eúm mihi uolo démonstretis hóminem. ADV. Nos
curábimus.
Sátis praeceptumst. AG. Híc trecentos númmos nu-
meratós habet.
ADV. Érgo nos inspícere oportet ístuc aurum, Agorá-
stocles,
Vt sciamus quíd dicamus móx pro testimónio.
CO. Agite inspicite. ADV. Aurúmst profecto hic, spéc-
tatores, cómicum:
Mácerato hoc píngues fiunt aúro in barbariá boues.
Vérum ad hanc rem agúndam Philippumst: íta nos
adsimulábimus.
CO. Séd ita adsimulatóte, quasi ego sím peregrinus.
ADV. Scílicet.
Ét quidem quasi tú nobiscum aduéniens hodie oráueris,
Líberum ut commóstraremus tíbi locum et uoluptárium,
Vbi ames, potes, pérgraecere. CO. Eu édepol morta-
lés malos.
AG. Égo enim docui. MI. Quís te porro? CO. Agite
íntro abite, Agorástocles,
Ne híc uos mecum cónspicetur léno neu falláciae
Praépedimentum óbiciatur. AG. Híc homo sapientér
sapit.
Fácite quod iubét. [h]abeamus. [s]ét uos: satis dictúmst.
⟨ADV.⟩ Abi.

---

592. MI. At *B* ‖ 593. MIHIUOLO: uolo mihi ‖ 594. PRAECEPTUNST: praeceptum ‖ 595. agorastocles (*sic A*) *vel* agorastodes ‖ 597. HICSPECTATORES: spectatores ‖ 599. AB | AGUNDUMEST-PHILIPPUMEST | ADSIMULEMUS ‖ 601. ADUENIENSORAUERIS ‖ 602. COMMOSTRAREMUS: commonstraremus | UOLTARIUM ‖ 603. pergraecere (*sic A*) *vel* pergere | Eu edepol: EDEPOL ‖ 604. agorastocles *vel* agorastodes ‖ 606. homo *vel* domo ‖ 607. lubet: *corr Ald* | s *del Sey* ‖

AG. Ábeo. quaeso, di ímmortales — ADV. Quín abis?
AG. Abeó. MI. Sapis.
CO. Śt, tace. ADV. Quid est? CO. Fores haé fecerunt
mágnum flagitiúm modo.
ADV. Quíd ⟨id⟩ est flagití? CO. Crepuerunt cláre.
ADV. Di te pérduint. 610
Póne nos recéde. CO. Fiat. ADV. Nós priores íbimus.
CO. Fáciunt scurrae quód consue[ue]runt: póne sese
hominés locant.
ADV. Íllic homost qui egréditur leno. CO. Bónus est:
nam similís malist.
Iám nunc ego illi⟨c⟩ égredienti sánguinem exsugám
procul.

LYCVS. ADVOCATI. COLLABISCVS
LENO VILICVS

LY. Iam isto[c] égo reuortar, míles: conuiuás uolo 615
Rep[p]eríre nobis cómmodos, qui uná sient.
Intéribi attulerint éxta, atque eadem múlieres
Iam ab ré diuina, crédo, apparebúnt domi.
Sed quíd huc tantum hominum incédunt? ecquidnam
ádferunt?
Et ílle chlamydatus quísnamst qui sequitúr procul? 620
ADV. Aetóli ciues té salutamús, Lyce:
Quamquam hánc salutem férimus inuití tibi.
[Et quamquam bene uolumus leniter lenonibus.] 622[b]

---

608. *distinximus* | *cf. ad v. 479* || 609. Si: *corr Ca* | AG. Fores | hae fecerunt *vel* hi fecerint || 610. *add Ac* | perduint *vel* perdiunt || 612. Faciunt *vel* Faciun | *del Py* | pone sese *vel* pones esse || 613. similis malus est *vel* similis est: *corr Ri* || 614. *add Ri* || 615. istuc: *corr Stu* | reuortar *vel* reuotar || 616. *del D* | qui una *vel* una || 617. attulerint *vel* attulerunt || 618. rediuiua || 619. ec (*vel* et) quidnam || 620. chlamidatus *vel* clamidatus | sequetur || 622[b]. *secl Bent: cf. v. 639* ||

LY. Fortúnati omnes sítis: quod certó scio
Nec fóre nec Fortunam íd situram fíeri.
ADV. Istic ést thensaurus stúltis in linguá situs, 625
Vt quaéstui habeant mále loqui melióribus.
⟨LY.⟩ Viám qui nescit quá deueniat ád mare,
Eum opórtet amnem quaérere comitém sibi.
Ego mále loquendi uóbis nesciuí uiam:
Nunc uós mihi amnes éstis: uos certúmst sequi. 630
Si béne dicetis, uóstra ripa uós sequar:
Si mále dicetis, uóstro gradiar límite.
ADV. Maló bene facere tántumdemst perículum
Quantúm bono male fácere. LY. Qui[d] ueró? ADV. Scies.
Malo síquid bene faciás, id beneficium ínterit: 635
Bonó siquid male fácias, aetatem éxpetit.
⟨LY.⟩ Facéte dictum. séd quid istuc ad me áttinet?
⟨ADV.⟩ Quia nós honoris tuí causa ad te uénimus,
Quamquám bene uolumus léniter lenónibus.
LY. Siquíd boni adportátis, habeo grátiam. 640
ADV. Boní de nostro tíbi nec ferimus néc damus
Neque póllicemur néque adeo uolumús datum.
⟨LY.⟩ Credo hércle uobeis: íta uostrast benígnitas.
[LY.] Sed quíd nunc uoltis? ADV. Húnc chlamydatum quém uides,
Ei Márs iratust. CO. Cápiti uostro istúc quidem. 645
ADV. Nunc húnc, Lyce, ad te díripiundum addúcimus.
⟨CO.⟩ Cum praéda hic hodie incédet uenatór domum:

---

624. forenet *vel* fore et: *corr Py* | situram *vel* sisaturam *vel* s///itaturam ‖ 625. stultis in lingua situs *vel* stultis ‖ 626. loqui *vel* loqui loqui ‖ 627. *add Ald* ‖ 633. tandundem si *vel* tantunde si ‖ 635. bene: MALI | id beneficium interit: AETATEMEXPETIT (*cf. 636*) ‖ 636. QUIDEMALI | EXPETIS ‖ 637. Facete (*sic A*) *vel* Facite ‖ 638. ATTE: huc ad te ‖ 639. *cf. 622*[b] ‖ 640. ADPORTASTIS ‖ 641. DAMUS: damus tibi ‖ 642. Neque: NECQ· ‖ 643. ita (*sic A*) *vel* itae | uestra est (*sic A*) *vel* ura ‖ 644. UOLTISHUNC | chlamydatum (*sic A*) *vel* clamidatum ‖ 646. NUNCHUNC: Hunc nunc ‖ 647. *add Ac* | PRAEDA: raeda | incedet (*sic A*) *vel* incedit ‖

Canés compellunt ín plagas lepidé λύκον.
LY. Quis hic ést? ADV. Nescimus nós quidem istum quí siet:
Nisi dúdum mane ut ád portum procéssimus, 650
Atque ístum e naui | éxeuntem onerária
Vidémus. adiit ád nos extemplo éxiens:
Salútat, respondémus. CO. Mortalís malos:
Vt íngrediuntur dócte in sycophántiam.
LY. Quid deínde? ADV. Sermonem íbi nobiscum cópulat. 655
Ait sé peregrinum esse, húius ignarum óppidi:
Locúm sibi uelle líberum praebérier,
Vbi néquam faciat. nós hominem ad te addúximus:
Tu, seí te dei amant, áge[re] tuam rem: occásiost.
LY. Itane íllest cupiens? ADV. Aúrum habet. LY. Praeda haéc meast. 660
ADV. Potáre, amare uólt. LY. Locum lepidúm dabo.
ADV. At enim híc clam furtim | ésse uolt, nequís sciat
Neue árbiter sit. nam híc latro in Spartá fuit,
Vtquidem ípse nobeis díxit, apud regem Attalum:
Inde núnc aufugit, quóniam capitur óppidum. 665
CO. Nimis lépide de latróne, de Sparta óptume.
LY. Di deaéque uobis múlta bona dent, quóm mihi
Et béne praecipitis ét bonam praedám datis.
ADV. Immo, út ipse nobis díxit, quo accur[r]és magis,
Trecéntos nummos Phílippos portat praésidi. 670

---

648. LUPUM: lycum (*correximus*) ‖ 649. QUIDEMISTUM: istum quidem | qui (*sic A*) *vel* que ‖ 650. MANE: a mane ‖ 651. exeuntem (*sic A*) *vel* exiuntem ‖ 655. ibi nobiscum (*sic A*) *vel* nobiscum ibi | COPULAT: copulant ‖ 656. Ait (*sic A*) *vel* Agit | ignarum (*sic A*) *vel* signarum ‖ 658. FACIAT: faciet ‖ 659. *del Ac* ‖ 660. meast (*sic A*) *vel* me east ‖ 661. UOLT: uoli ‖ 662. clam furtim (*sic A*) *vel* furtim | UOLT: uoli | SCIAT: sciant ‖ 663. SPARTA: siparta ‖ 665. Inde nunc: INDE ‖ 667. uobis (*sic A*) *vel* uobis uobis ‖ 670. praesibi (*etiam A*): *corr Gul* ‖

LY. Rex súm, si ego illum hodie ád me⟨d⟩ hominem adléxero.
⟨ADV.⟩ Quin hícquidem tuos est. LY. Ópsecro hercle, hortámini,
Vt déuortatur ád me in hospitium óptumum.
ADV. Neque nós hortari néque dehortarí decet
Hominém peregrinum: tuám rem tu ages, sí sapis. 675
Nos tíbi palumbem ad áream usque addúximus:
Nunc té illum melius⟨t⟩ cápere, si captum ésse uis.
CO. Iamne ítis? quid, quod uóbeis mandaui, hóspites?
ADV. Cum illóc te meliust tuám rem , adulescéns, loqui:
Illic ést ad istas rés probus quas quaéritas. 680
CO. Vidére equidem uos uéllem, quom huic aurúm darem.
ADV. Illínc procul nos ístuc inspectábimus.
CO. Bonám dedistis míhi operam. LY. It ad mé lucrum.
CO. Illúd quidem, quorsum ásinus caedit cálcibus.
LY. Blande hóminem compellábo |. hospes hóspitem 685
Salútat: saluom te áduenire gaúdeo.
CO Multá tibi dei dent bóna, quom me saluom ésse uis.
LY. Hospítium te aiunt quaéritare. CO. Quaérito.
⟨LY.⟩ Ita illí dixerunt quei hínc a me abierúnt modo,
†Te quaeritare a muscis. CO. Ah, minume géntium. 690
LY. Quid itá? CO. Quia, ⟨a⟩ muscis sí mihi hospitium quaérerem,
Aduéniens irem in cárcerem rectá uia.
Ego íd quaero hospitium, úbi ego curer móllius,

---

671. hodie ad me: HODIE: *add Ri* | ADLEXERO: mallexero || 672. tuus # est: TUUSSUM# | hortamini (*sic A*) *vel* horta mihi || 675. hominem (*sic A*) *vel* hominum || 676. USQUAE || 677. *add Ri* | CAPTUM: castum || 679. cum (*sic A*) *vel* Quom || illoc (*sic A*) *vel* illuc | MELIUST: melius || 682. ILLIC || 686. #SALUOM || 687. QUOM: cum *vel* quo || 688. HOS(pit)UM (*ut vid*) || 690. AHMINIME: minime || 692. IREM: huc irem || 693. HOSPITIUM: hostium ||

Quam régi Antiocho | óculi curarí solent.
LY. Edepól ne tibi illud póssum festiuóm dare, 695
Siquidém potes esse té pati in lepidó loco,
In lécto lepide stráto, et lepidam múlierem
Compléxum contractáre. CO. Is, lenó, uiam.
LY. Vbi tú Leucadio, Lésbio, Thasió, Chio,
Vetustáte uino edéntulo aetatem ínriges. 700
Ibi égo te replebo úsque unguentum c⟨h⟩eúmatis.
Quid múlta uerba? fáciam, ubi tu láueris,
Ibi ut bálniator fáciat unguentáriam.
Sed haéc latrocinántur quae ego dixi ómnia.
CO. Quid itá? LY. Quia aurum póscunt praesentárium. 705
CO. Quin hércle accipere tú non mauis quam égo dare.
⟨ADV.⟩ Quid, si éuocemus húc foras Agorástoclem,
Vt ípsus testis sít sibi certíssumus?
Heus tú, qui furem cáptas, egredere ócius,
Vt túte inspectes aúrum lenoní dare. 710

694. oculi curari (*sic A*) *vel* curari ‖ 695. illum possum (*sic A*) *vel* possum illum ‖ 696. ESSETE: esse ‖ 697. STRATOET: strato ‖ 698. CONTRECTARE ‖ 699. LESBIO: losbio *vel* lespia *vel* lebia | thasio (*sic A*) *vel* thassio *vel* ṫ hassio | CHIO: choo ‖ 701. IBIEGO: Ibi | GEUMATIS: egeumatis: *corr Ri duce Ca* ‖ 702. LAUERES ‖ 703. BALNIATOR: balneator ‖ 706. QUIN: Qui | tu non mauis (*sic A*) *vel* tuo° manuis | dare (*sic A*) *vel* darem | *post hunc v. sequitur v. 720 in BCD, suo loco recurrens, post v.* 707 *v. 720. 730 in A* ‖ 707. huc foras (*sic A*) *vel* foras huc | agorastoclem (*sic A*) *vel* agorastoclen ‖ 708. IPSUS: Ipse | CERTISSUMUS: certissimus *vel* certi sumus ‖ 709. qui furem *vel* quis tu rem ‖

AGORASTOCLES. **ADVOCATI.** **COLLABISCVS.**
ADVLESCENS VILICVS
LYCVS
LENO

AG. Quid ést? quid uoltis, téstes? ADV. Specta ad déxteram:
Tuos séruos aurum | ípsi lenoní dabit.
CO. Age áccipe hoc sis: heíc sunt numerati aúrei
Trecénti nummi quí uocantur Phílipp⟨e⟩i.
Hinc mé procura: própere hosce apsumí uolo. 715
LY. Edepól fecisti pródigum promúm tibi.
Age eámus intro. CO. Té sequor. LY. Age age ámbula:
Ibí quae relicua ália fabulábimur.
CO. Eadém narrabo tíbi res Spartiáticas.
LY. Quin séquere me intro. CO. Dúc me intro: addictúm tenes. 720
AG. Quid núnc mihi auctores éstis? ADV. Vt frugí sies.
AG. Quid, si ánimus esse nón sinit? ADV. Esto út sinit.
AG. Vidístis, leno quom aúrum accepit? ADV. Vídimus.
AG. Eum uós meum esse séruom scitis? ADV. Scí⟨ui⟩mus.
AG. Rem aduórsus populi †saepe leges? ADV. Scíuimus. 725
AG. Em istaéc uolo ergo uós commeminisse ómnia
Mox quom ád praetorem | úsus ueniet. ADV. Méminimus.

---

712. dabat: *corr Py* ‖ 713. sis se ic ‖ 714. *add Py* ‖ 715. propere *vel* propera ‖ 716. prodigum *vel* prodigium ‖ 718. Ibique: *corr Gul* ‖ 719. spartiaticas *vel* spartiacas ‖ 720. *cf. ad 706* | intro CO. Duc me ergo (*vel* ergo me) intro addictum tenes (*ita post 706*) *vel* ergo CO. Abduc me intro addictum tenes: INTRODUCMEERGOINTRO ‖ 721. spes ‖ 724. *add Ca* ‖ 726. Em (*sic Charisius*) *vel* Hem | ego uos meminisse *Charisius* ‖ 727. meminimus *vel* memiminimus ‖

AG. Quid, sí recenti re aédis pultem? ADV. Cénseo.
AG. Si púltem, non reclúdet? ADV. Panem frángito.
AG. Si exíerit leno, cénsen[t] hominem intérrogem, 730
Meus séruos [si] ad eum uéneritne? ADV. Quíppini?
AG. Cum aurí ducentis númmis Philippis? ADV. Quíppini?
AG. Ibi extémplo leno errábit. ADV. Qua de ré? AG. Rogas?
Quia céntum nummis mínus dice[re]tur. ADV. Béne putas.
AG. Aliúm censebit quaéritari. ADV. Scílicet. 735
AG. Extémplo denegábit. ADV. Iuratús quidem.
AG. Homo fúrti sese adstrínget — ADV. Hau dubium íd quidemst.
AG. Quantúmquantum ad eum erít delatum. ADV. Quíppini?
AG. Ibo ét pultabo iánuam? ADV. Ita, quíppini?
AG. Diéspiter uos pérduit. ADV. Te quíppini? 740
AG. Tacéndi tempus ést: nam crepuerúnt fores.
Forás egredier uídeo lenoném Lycum.
Adéste quaeso. ADV. Quíppini? †si uoles
Operíre capita, né nos leno nóuerit,
Qui illí malae [i]rei tántae fuimus ínlices. 745

---

730. *cf. ad 706* | censent *vel* censerit (*corr Bo*): QUIDTUM || 731. si *vel* i: *del Ri* || 732. Quom *vel* Cum || 733. errabit *vel* cerrabit || 734. *del Pius* || 737. furtis est *vel* furtis es: *corr Pareus* | adstringit: *distinximus* | hau *vel* haud *vel* aud | quid est *vel* quidem: *corr Ca* || 739 sq. *inv libri: trai Ac* | *distinximus* || 742. egredier *vel* egredietur || 744. nouerit *vel* # rit || 745. Qui *vel* cui: quid *Nonius* | malae ire it ante: tantae rei *Nonius* (*corr Ca*) | fumus inlix *Nonius* ||

LYCVS. AGORASTOCLES. ADVOCATI
LENO ADVLESCENS

LY. Suspéndant omnes núnciam se harúspices,
Quam ego íllis posthac quód loquantur créduam:
Qui in ré diuina dúdum dicebánt mihi
Malúm damnumque máxumum porténdier:
Is éxplicaui meám rem postillá lucro. 750
AG. Saluós sis, leno. LY. Deí te ament, Agorástocles.
AG. Magis mé benigne núnc salutas quam ántidhac.
LY. Tranquíllitas euénit, quasi naui ín mari.
[LY.] Vtquómquest uentus, éxim uelum uórtitur.
AG. Valént apud te quós uolo? atque haud té uolo. 755
LY. Valént ut postulátumst: uerum nón tibi.
AG. Mitte ád me, si audes, hódie Adelphasiúm tuam
Die fésto celebri nóbilique Aphrodísiis.
LY. Calidúm prandisti prándium hodie? díc mihi.
AG. Quid iám? LY. Quia os nunc frígefactas, quóm rogas. 760
AG. Hoc áge sis, leno. séruom esse audiuí meum
Apúd te. LY. Apud me? númquam factum réperies.
AG. Mentíre: nam ad te uénit aurumque áttulit.
Ita míhi renuntiátumst quibus credó satis.
⟨LY.⟩ Malus és: captatum me áduenis cum téstibus. 765
Tuórum apud me némost nec quicquám tui.
AG. Meméntote illud, áduocati. ADV. Méminimus.
⟨LY.⟩ Hahahé, iam teneo quíd sit: perspexí modo.

---

746. SESE ‖ 747. ego illis posthac (*sic A*) *vel* ego post hęc ‖ 750. EXPLICAUIT | postilla (*sic A*) *vel* post illam ‖ 753. EUENET | QUASINAUT: quast naui ‖ 754. UTQUOMQ·UENTUS ‖ 755. UALENT: Valeant ‖ 756. Valent (*sic A*) *vel* ualeant | POSTULANT(UM)EST: postulatum si ‖ 760. OS: hos ‖ 762. apud me (*sic A*) *vel* aput | REPERIES: repperies ‖ 763. AURUMQ·: maurumque ‖ 765. MALUSẹSẹT | aduenit *vel* aduenis (*sic A*) | cum (*sic A*) *vel* qum ‖ 766. NEMOST: nemo est *vel* nemo ‖ 767. IL(lu)D: illuc ‖ 768. ḤAḤẸ | PERSPEXI: perspexit *vel* perpexit ‖

Hi qui íllum dudum cónciliauerúnt mihi
Peregrínum Spartanum, íd nunc [h]is cerebrum úritur, 770
Me esse hós trecentos Phílippos facturúm lucri:
Nunc húnc inimicum quía esse sciuerúnt mihi,
Eum ádlegarunt, suóm qui seruom díceret
Cum auro ésse apud me. cómpositast fallácia,
Vt eó me priuent átque inter se díuidant. 775
Lupo ágnum eripere póstulant. nugás agunt.
AG. Negásne apud te esse aúrum nec seruóm meum?
LY. Nego ét negando, síquid refert, ráuio.
ADV. Perísti, leno: nam ístest huius uílicus,
Quem tíbi nos esse Spártiatem díximus, 780
Qui ad té trecentos Phílippeos modo détulit:
Idque ín istoc adeo | aúrum inest marsúppio.
LY. Vae uóstrae aetati. ADV. Íd quidem ⟨in⟩ mundóst tuae.
⟨AG.⟩ Age, omítte actutum, fúrcifer, marsú⟨p⟩pium.
Manufésto fur es. míhi, quaeso hercle, operám date, 785
Dum mé uideatis séruom ab hoc abdúcere.
⟨LY.⟩ Nunc pól ego perii cérto, haud arbitrário:
Consúlto hoc factumst, míhi ut insidiae fíerent.
Sed quíd ego dubito fúgere hinc in malám crucem
Prius quam hínc optorto cóllo ad praetorém trahor? 790
Eheú, quom ego habui | hárioios harúspices,
Qui síquid boni promíttunt, perspisso éuenit:
Id quód mali promíttunt, praesentáriumst.

---

770. (idn)UNC(his)CEREBRUMURITUR: id nunc hisce crebro auritur *vel* id nunc (h *del Sey*) ‖ 773. ADLEGARUNT: adlegauerunt ‖ 774. Cum (*sic A*) *vel* Quom ‖ 777. nec: NE ‖ 778. RAUIO: auio (r *s.* a *B*) ‖ 780. SPARTIATEM: sparuatem (*corr D*) ‖ 781. AD: at *vel* a | PHILIPPEOS: philippos ‖ 782. isto cadeo (*sic A*) *vel* isto cado | MAR(SUP)PIO: marsupio (*corr C*) ‖ 783. uostrae *vel* uostra | *add Py* ‖ 790. quam hinc *vel* quam ‖ 791. quom *vel* cum: quam *Nonius* | hariolos aruspices *Nonius* ‖ 792 sq. Quia quid *Nonius* | bene (*item Nonius*) | perspisso (*vel* perspesso) — promittunt *solus habet Nonius* | praesentarium est *vel* praesentiarum est: praesentari est *Nonius* ‖

Nunc íbo, amicos cónsulam, quo mé modo
Suspéndere aequom cénseant potíssumum. 795

AGORASTOCLES. COLLABISCVS. ADVOCATI
ADVLESCENS VILICVS

AG. Age tú[r], progredere, ut [testes] uídeant te ire istínc foras.
Estne híc meus seruos? CO. Sum [me] hércle uero, Agorástocles.
⟨AG.⟩ Quid núnc, sceleste léno? ADV. Quicum lítigas
Apscéssit. AG. Vtinam hinc áb⟨i⟩erit malám crucem.
ADV. Ita nós uelle aequomst. AG. Crás susscribam hominí dicam. 800
CO. Numquí⟨d⟩ me? AG. Apscédas: sumas ornatúm tuom.
CO. Non súm nequiquam míles factus: paúlulum
Praedae íntus feci, dúm lenonis fámilia
Dormítat: extis súm satur factús probe.
Abscédam hinc intro. AG. Fáctum a uobis cómiter. 805
Bonám dedistis, áduocati, operám mihi.
Cras máne, quaeso, in cómitio estote óbuiam.
Tu séquere me intro. uós ualete. ADV. Et tú uale.
Iniúriam illic ínsignite póstulat:
Nostró[s] seruire nós sibi censét cibo. 810
Verum íta †sunt isti nostri díuites:
Siquíd bene facias, léuior plumast grátia:
Siquíd peccatumst, plúmbeas irás gerunt.
Domós [h]abeamus nóstras, sultis, núnciam:

---

796. procredere | *del Bent* | te ire *vel* tere ‖ 797. meus seruos *vel* seruus meus | ADV. *B* | *del Ac* ‖ 798. Quicum *vel* Qui quom ‖ 801. *add Lamb* | ornatum *vel* ornamentum ‖ 803. Praede *vel* Praeda ‖ 810. nos sibi *vel* sibi nos ‖ 812. grauia ‖ 813. peccatumst *vel* peccatum si ‖ 814. sultis *vel* stultis ‖

Quando íd, quoi re operam dédimus, inpetráuimus, 815
Vt pérderemus córruptorem cíuium.

ACTVS IV

MILPHIO
SERVOS

Exspécto, quo pactó meae techinaé processuraé sient.
Studeo húnc lenonem pérdere: [i]it⟨a⟩ méum erum miserum mácerat:
Is me aútem porro uérberat, incúrsat pugnis, cálcibus.
Seruíre amanti míseriast, praesértim qui quod amát caret. 820
Attát, e fano récipere uideó se Syncerástum,
Lenónis seruom. quíd habeat sermónis, auscultábo.

SYNCERASTVS. MILPHIO
SERVI II

SY. Sátis spectatumst deós atque homines eíus neclegere grátiam
†Quo hi homini erus et consimilis, uélut ego habeo hunc huíusmodi.
Néque periuriór neque peior álter usquamst géntium
Quám erus meus est, néque tam luteus néque tam caeno cónlitus. 826

815. quoire *vel* quodrei ‖ 817. pacto *vel* pacco | mea et ethine *vel* mea et ehine: *corr Ri* | sient *vel* sierit ‖ 818. iut *vel* ut: *corr Sey* ‖ 829. presentim *vel* presertim ‖ 822. sermones ‖ 823. eius *vel* euis | neclegere *vel* neglegere ‖ 824. nunc: *corr Bo* ‖

Íta me di ament, uél in lautumiis uél in pristino máuelim
Ágere aetatem praépeditus látere forti férr⟨e⟩o
Quam ápud lenonem hunc séruitutem cólere. quid illuc ést genus:
Quaé illic hominum córruptelae fíunt. di, uostrám fidem: 830
Quóduis genus ibi hóminum uideas, quási Acheruntem uéneris,
Équitem, peditem, líbertinum, fúrem †ad fugitiuóm uelis,
Vérberatum, uínctum, addictum. quí habet quod det, út⟨ut⟩ homost,
Ómnia genera récipiuntur: ítaque in totis aédibus
Ténebrae, latebrae: bíbitur, estur quási in popina | haú secus. 835
Íbi tu uideas lítteratas fíctiles epístulas,
Píce signatas: nómina insunt cúbitum longis lítteris.
Íta uinariórum habemus nóstrae dilectúm domi.
⟨MI.⟩ Ómnia edepol míra sunt nisi érus hunc heredém facit:
Nám ⟨h⟩icquidem illi⟨c⟩, út meditatur, uérba facit emórtuo. 840
Ét adire lubet hóminem et autem nímis eum auscultó lubens.
SY. Haéc quom hic uideo fíeri, crucior: prétiis emptos máxumis
Ápud nos expecúliatos séruos fieri suís [c]eris.
Séd ad postremum níl apparet: mále par⟨t⟩um male dísperit.

---

827. pristino *vel* pistrino ‖ 828. praepeditus *vel* praeditus | *add Sca* ‖ 830. hominum *vel* hominem | corruptelae *vel* corruptellae ‖ 833. *add Gul* ‖ 835. estur *vel* estu | hau *vel* haud ‖ 836. fictiles epistulas *vel* epistulas ‖ 839. nesi: *corr Ca* ‖ 840. id quidem illi ut *vel* id quidem illi: *corr Luchsius* ‖ 841. aut culto ‖ 843. fieris uisceris *vel* fieri siuisceris: *corr Ca* ‖ 844. postremum *vel* posterum ‖

MI. Proínde habet orátionem, quási ipse sit frugí bonae, 845
Qui ípsus hercle ignáuiorem póti⟨s⟩ est facere Ignáuiam.
SY. Núnc domum haec ab aédi Veneris réfero uasa, ubi hóstiis
Érus nequ⟨i⟩uit própitiare Vénerem suo festó die.
⟨MI.⟩ Lépidam Venerem. ⟨SY.⟩ Nám meretricis nóstrae primis hóstiis
Vénerem placauére extemplo. MI. O lépidam Venerem dénuo. 850
SY. Núnc domum ibo. MI. Heus, Sýnceraste. SY. Sýncerastum quí uocat?
MI. Túos amicus. SY. Haúd amice fácis, qui cum onere offérs moram.
MI. Át ob hanc moram tibí reddam operam, úbi uoles, ubi iússeris.
[SY.] Hábe rem pactam. SY. Sí futurumst, dó tibi operam hanc. ⟨MI.⟩ Quó modo?
SY. Vt enim ubi mihi uápulandum sít, tu corium súfferas. 855
MI. Ápage: nesció quid uiri sis. SY. Málus sum. MI. Tibi sis. [MI.] té uolo.
SY. Át onus urget. MI. Át tu appone et réspice ad me. SY. Fécero,
Quámquam haud otiúmst. MI. Saluos sis, Sýnceraste. SY. O Mílphio,

---

846. hercle ipsus: *trai Curio* ‖ 848. nequuti *vel* necuti ‖ 849. primus hostis *vel* hostiis ‖ 850. EXTEMPLO: exemplo ‖ 851. heu *vel* heus (*sic A*) | uocat (*sic A*) *vel* uocauit ‖ 852. QUICUM: quiquam *vel* cuiquam | offeras (*sic A*) *vel* offers ‖ 853. MORAM: rem | reddam operam (*sic A*) *vel* reddam ‖ 854. *pers corr Ac* | ‡SIFUTURUMEST: si futurum si | HANC‖QUO: hanc quo ‖ 855. MI.: *corr Ac* | SIT (*item Nonius*): est | sorium *codd. Nonii* ‖ 856. SY. Apage: *corr Lamb* | MI. *et* SY. *et* MI.: *corr et del Beckerus* | TIBISISIS‡ ‖ 857. ATONUS: Ad onus ‖ 858. sis (*sic A*) *vel* si ‖

Dei ómnes deaeque amént — MI. Quemnam hominem?
SY. Néc te nec me, Mílphio,
Néque erum meum adeo. MI. Quém ament igitur?
SY. Áliquem eo dignus quí siet. 860
Nám nostrorum némo dignust. MI. Lépide loquere.
⟨SY.⟩ Mé decet.
MI. Quíd agis? SY. Facio quód manufesti moéchi | hau fermé solent.
MI. Quíd id est? SY. Refero uása salua. MI. Deí te et tuom erum pérduint.
SY. Mé non perdent: íllum ut perdant fácere possum, sí uelim,
Méum erum ut perdant, neí mihi metuam, Mílphio. MI. Quid id ést? cedo. 865
SY. Málus es? MI. Malus sum. SY. Mále mihi | est. MI. Mémora, num esse alitér decet?
Quíd est quod male sit tíbi, quoi domi sit quód edis, quod ames, ádfatim?
Néque triobolum úllum amicae dás et ductas grátieis.
⟨SY.⟩ Diéspiter me síc amabit — MI. Vt quidem edepol dígnus es.
⟨SY.⟩ Vt ego hanc familiam ínterire cúpio. MI. Adde operam, sí cupis. 870
SY. Síne pennis uoláre hau facilest: meae álae pennas nón habent.
MI. Nólito edepol déuellisse: iam hís duobus ménsibus

---

859. deaeque (*sic A*) *vel* deae | Quemnam (*sic A*) *vel* Quennam | TENECME: tenet me *vel* te nec ‖ 860. ALIQUEM‖*ODIGNUSQUISIET (*suppl Stu*): Aliquem ‖ 861. LEPIDELOQUERE‖ME: lepidu (*vel* lepidum) eloquere me ‖ 862. MANUFESTIMOECHI: manufesto imo echi (*vel* himechi) | HAU: haud ‖ 863. perduint (*sic A*) *vel* perdunt ‖ 864. MI. | PERDENTILLUM: perde nullum | possum (*sic A*) *vel* possim ‖ 865. nei *vel* ne: NI | metuam (*sic A*) *vel* mei tuam | IDST ‖ 866. es ♯: ES | MEMORANUM: memorandum | aliter (*sic A*) *vel* alter ‖ 867. SITTIBI: sit | QUODQ·AMES ‖ 869. AMABITUT ‖ 870. CUPIOADDE ‖ 871. MI. | pennis (*sic A*) *vel* pinnis | HAU: haud | facilest (*sic A*) *vel* facile si | pinnas *vel* pennas (*sic A*) ‖ 872. NOLIEDEPOLDEUELISSE ‖

Vólucres tibi erunt túae | hirquinae. SY. Í malam rem.
MI. I tu átque erus.
SY. Vérum enim qui †homo eum norit cíto homo peruortí potest.
MI. Quíd iam? SY. †Quasi tu tacere quícquam potis sis. ⟨MI.⟩ Réctius 875
[MI.] Tácitas tibi re⟨s⟩ sístam quam quod díctumst mutae múlieri.
SY. Ánimum inducam fácile, ut tibi istuc crédam, ni te nóuerim.
MI. Créde audacter meó peric[u]lo. SY. Mále credam et credám tamen.
MI. Scín tu erum tuóm meo ero esse inimícum capitalém? SY. Scio.
MI. Própter amorem? SY. Omnem óperam perdis. MI. Quíd iam? SY. Quia doctúm doces. 880
MI. Quíd ergo dubitas quín lubenter túo ero meus quid póssiet
Fácere faciat mále eius merito? tum aútem, siquid tu ádiuuas,
Eó facilius fácere poterit. SY. Át ego hoc metuo, Mílphio —
⟨MI.⟩ Quíd est quod metuas? SY. Dúm ero insidias páritem, ne me pérduim.
Si érus meus me esse élocutum quoíquam mortalí sciat, 885

873. TUAEHIRQUINAE: tuae irquinae *vel* hircinae | IMALAM: In malam ‖ 874. norit (*vel* norit #) cito: NORITNORITSCITO ‖ 875. IAMQUASITUTACEREUERO | POTISES | *add Ac* ‖ 876. *del Ac* | Tacitus *et* resistam (*item A*): *corr Bo* | MUTAE: mulae *vel* malae ‖ 877. CREDAMNI: credamini (*corr D*) ‖ 878. *del Bo* (PERICULOMALE) | et credam: CREDAMET (*cf. v. 889*) ‖ 879. meo (*sic A*) *vel* me ‖ 881. QUIN: qui | quid (*sic A*) *vel* quod ‖ 883. FACEREPOTERIT: facere poteris *vel* poteris facere | ego hoc (*sic A*) *vel* ego ‖ 884. PARITER: parilem (*corr Scal*) | ME: a te | PERDU—: perdiam (*corr Ac*) ‖ 885. ELOCUTUM: locutum | cuiquam (*sic A*) *vel* quiquam | mortalis (*sic A*) *vel* mortali ‖

Cóntinuo is me ex Sýncerasto Crúrifragium fécerit.
MI. Númquam edepol mortális quisquam fíet e me cértior,
Nísi ero meo | uni índicasso: atque eí quoque, ut ne enúntiet
Íd esse facinus éx te⟨d⟩ ortum. SY. Mále credam et credám tamen.
Séd hoc tu tecum tácitum habeto. MI. Fíde non melius créditur. 890
[SY.] Lóquere — locus occásioquest — líbere: hic solí sumus.
⟨SY.⟩ Érus si tuos uolt fácere frugem, méum erum perdet. MI. Qui íd potest?
SY. Fácile. MI. Fac ergo id fácile noscam ego, út ille possit nóscere.
SY. Quía Adelphasium quám erus deamat túos ingenuast. MI. Quó modo?
SY. Eódem quo sorór illius áltera Anterástylis. 895
MI. Cédo qui id credam? SY. Quía illas emit ín Anactorio páruolas
Dé praedone Sículo. MI. Quanti? SY. Duódeuigintí minis,
Duás illas et Gíddeninem nútricem earum tértiam.
Et ille qui eas uendébat dixit sé furtiuas uéndere:
Íngenuas Carthágine ai[e]bat ésse. MI. Dei uostrám fidem, 900
Nímium lepidum mémoras facinus: nam érus meus Agorástocles

---

886. SYNCERASTOCRURIFRAGIUM: syncerasio crurit fragium *vel* syncera *cum lac* ‖ 887. eme (*sic A*) *vel* me ‖ 889. *add Bo* | ORTUMMALE ‖ 890. fide: FIDEI ‖ 891. locus (*sic A*) *vel* iocus | *dist Ac* | LIBERA ‖ 892. UOLT: uolet | PERDIT | qui id (*sic A*) *vel* Quid ‖ 893. EGOUT: ut ‖ 895. ANTERASTILLIS: anterastilis ‖ 896. CEDOQUI: Sequi id | inanactorio (*sic A*) *vel* inanactoria | PARUOLAS: parudas ‖ 897. *verba* MI. Quanti. SY. duodeuiginti minis (*cum lac*) *ante hunc v. iterant libri praeter A* ‖ 898. ILLASETGIDDENINEM: illas *cum lac* ‖ 900. CARTHAGINEAIEBAT: sariagine (*vel lac*) alebat (*del Guy*) ‖ 901. lepidum (*sic A*) *vel* lepidem ‖

Íbidem gnatust, índe surruptus fére sexennis: póstibi
Qui eúm surrupuit húc deuexit meóque ero | eum hic uéndidit:
Ís in diuitias hómo adoptauit húnc, quom diem obiít suom.
⟨SY.⟩ Ómnia memoras, quo íd facilius fíat: manu eas ádserat, 905
Suás popularis, líberali caússa. MI. Tacitus táce modo.
⟨SY.⟩ Prófecto ad incitás lenonem rédiget, si eas abdúxerit.
MI. Quín prius disperíbit faxo, quam únam calcem cíuerit:
Íta paratumst. SY. Íta dei faxint, ne ápud lenonem hunc séruiam.
MI. Quín hercle conlibértus meus faxó tu eris, sei deí uolent. 910
⟨SY.⟩ Íta dei faxint. númquid aliud? mé morare, Mílphio.
MI. Váleas beneque ut tíbi sit. SY. Pol istuc tíbi et tuost ero ín manu.
Vále et haec cura clánculum ut sint dícta. MI. Non dictúmst. uale.
SY. Át enim nil est nísi, dum calet, hoc ágitur. MI. Lepidu's quóm mones,
Ét ita hoc fiet. SY. Próba materies dátast, si probum adhibés fabrum. 915
MI. Pótin ut taceas? SY. Táceo atque abeo. MI. Míhi commoditatém creas.
Illic hinc abiit. dei ímmortales méum erum seruatúm uolunt

903. QUIEUM: Qui tum ‖ 906. CAUSSATACITUS #: causa tacitus MI. *vel* tacitus causa # (*pers trai Ca*) ‖ 907 sq. *add Py* | profectu ad incita leonem *et* disperiuit (*vel* disperauit) *et* unum *Nonius* ‖ 909. PA(RA)TUST | LENEM | seruiam (*sic A*) *vel* seruam ‖ 910. QUIN: Qui | COLLIBERTUS: conliberatus | FAXOTU: faxo ‖ 911. NUMQUID: nunc quid | *dist Vss* ‖ 912. TUOSTERO: tuo ero st ‖ 913. sint (*sic A*) *vel* scint | DICTA: dicia ‖ 914. lepidus: *corr Geppertus* ‖ 917. ILLIC: Illinc ‖

Ét hunc disperditúm lenonem: tántum eum instat éxiti.
Sátine, prius quam unúmst iniectum télum, iam instat álterum?
Íbo intro: haec ut méo ero memorem: nam húc si ante aedes éuocem, 920
Quae aúdiuistis módo, nunc si eadem híc iterum iterem, inscítiast.
Éro uni potius íntus ero odio quam híc sim uobis ómnibus.
Dei ímmortales, quánta turba, quánta aduenit cálamitas
Hódie ad hunc lenónem. sed ego núnc est quom me cómmoror.
Íta negotium ínstitutumst: nón datur cessátio: 925
Nám et hoc docte cónsulendum, quód modo concrédi-tumst,
Ét illud autem inséruiendumst cónsilium uernáculum.
Rémor⟨a⟩ si sit, quí malam rem míhi det, merito fécerit.
Núnc intro ibo: dum érus adueniat á foro, opperiár domi.

---

918. eum (*sic A*) *vel* meum ‖ 919. UNUMSTINIECTUM: unum si inlectum | IA(M): tam | ALTERUM: iterum ‖ 920. EUOCEM: seuocem ‖ 921. AUDIUISTIS: audiuisti | ITERUMITE(re)M: iterum ‖ 922. intus: INTRO | obio | uobis omnibus (*sic A*) *vel* omnibus uobis ‖ 923. QUANTATUR(baqu)ANTA (*suppl Stu*): quanta *praemissa lac* (quanta clades quanta *Lamb* [*ex membr. Turn.?*]) | aduenit *vel* atuenit: A(t)UENIAT ‖ 924. MECOMMOROR: memoror *vel* memorer ‖ 925. ITA: Id | INSTITUTUMEST#NON: institutum si non ‖ 926. DOCTE: nocte | QUODMODO: quo domo q *vel* quod homo ‖ 927. autem: AURUM ‖ 928. REMOROR: Remor (*corr Ca*) | QUIA ‖

ACTVS V

HANNO

POENVS

Ythalonim ualon uth sicorathisyma comsyth 930
Chym lachunythmumys thral mycthi baruimy sehi
Liphocanethythby nuthi ad edynbynui
Bymarob syllohomaloni murbymy syrthoho
Byth lym mothyn noctothu ulechanti clamas chon
Yssid dobrim thyfel yth chil ys chon chem liful 935
Yth binim ysdybur thinnochot nu agorastocles
Ythemaneth ihychir saelichot sith naso
Bynny idchil liichilygubulim lasibit thim
Bodialytherayn nynnurs lymmon choth lusim

Ythalonimualoniuthsicorathiisthymhimihymacomsyth
Combaepumamitalmetlotiambeat 941
Iulecantheconaalonimbalumbar # dechor
Bats****hunesobinesubicsillimbalim
Esseantidamossonalemuedubertefet

930—939. *om A: exhibuimus ex B a quo hae notandae discrepantiae:* 930. Nythalonim (Halonium *Sisenna*: *cf. 933, 940, 942*) ‖ 931. lahchun (*vel* lach chun) ythmumys | thyal *vel* tyal ‖ 932. nuthii | ędin binuthii ‖ 933. Birnarob | alonim uyby (*vel* ubi): *cf. ad 930* ‖ 934. dasmachon ‖ 935. chyl | them liphul ‖ 936. Uth | dibur | thinno chut ‖ 937. Ythemaneht | lychot ‖ 938. liihily | thym ‖ 939. Bodyalit | nynnuys *vel* nynuys | chot ‖ 940 (*cf. ad 930*)—949 *ex A exhibuimus* (*v. 946 pro* HU *legere possis* IAI): *sic est in reliquis* (*praemissa scaenae inscriptione*):

Exanolim uolanus succurratimistimaltim acum esse 940
Concubitum abellocutim beat lula canti (*vel* cant) chona 941. 942
Enuses hui ec silic panasse atid (*vel* silihc panesse athid) mascon 942. 943. 944
Alem uiduberte felono butune (*vel* buthune) celtumco mucrolueui 944. 945
At enim auoso uberhenthra(*vel* thya)charistoclem
Ette seanec (*vel* seanehc) nasoctelia helicos
Alemus dubertermi compsuestipti (*vel* comps uespti)
Aode aneclitorbodes iussum limnimcolus.

Donobun*huneccilthumucommucroluful 945
Altanimauosduberithemhuarcharistolem
Sittesedanecnasotersahelicot
Alemusdubertimurmucopsuistiti
Aoccaaneclictorbodesiussilimlimmimcolus.
HA. Deós deasque uéneror qui hanc urbém colunt, 950
Vt quód de mea re huc uéni rite uénerim
Measque híc ut gnatas ét mei fratris fílium
Reperíre me sirítis, dei, uostrám fidem.
[Quae míhi subruptae súnt et fratris fílium.]
Sed híc mihi antehac hóspes Antidamás fuit. 955
Eum fécisse aiunt síbi quod faciundúm fuit.
Eius fílium esse hic praédicant Agorástoclem.
Ad eum hóspitalem hanc tésseram mecúm fero.
Is in hísce habitare mónstratust regiónibus.
Hos pércontabor qui híne egrediuntúr foras. 960

AGORASTOCLES. MILPHIO. HANNO
ADVLESCENS SERVOS POENVS

AG. Ain tú tibi dixe Sýncerastum, Mílphio,
Eas ésse ingenuas ámbas surruptícias
Cartháginiensis? MI. Áio et, si frugi ésse uis,
Eas líberali iam ádseres causá manu.
Nam tuóm flagitiumst tuás te popularís pati 965

---

951. HUNC ‖ 952. mel (*sic A*) *vel* mei ‖ 953. reperire (*sic A*) *vel* repperire ‖ 954. *secl Lindemannus* | SUBRUPTAE: surruptae *vel* surreptae ‖ 955. antidamas (*sic A*) *vel* antimadas ‖ 957. ESSEHICPRAEDICANT: hic praedicant esse | agorastoclem (*sic A*) *vel* agorastoclen ‖ 958. ADEUM: Deum | HANCTESSERAM: arcesseram ‖ 959. ISINHISCE: In hisce *vel* In isce | ABITRAREMONSTRATUEST ‖ 960. PERCONTABOR: percunctabor | HINC: huc *vel* hunc ‖ 961. DIXI* ‖ 962. EAS: As *vel* Has ‖ 963. Carthaginiensis (*sic A, om* ♯) *vel* Artaginiensis ‖ 964. ADSERES: iam adsere | manu *vel* manum (*sic A*) ‖ 965. flagitiumst (*sic A*) *vel* flagitium si | TUASTEPOPULARIS: tuas popularis te ‖

Seruíre ante oculos, dómi quae fuerint líberae.
HA. Pro dei ímmortales, ópsecro uostrám fidem,
Quam orátionem hanc aúres dulcem déuorant.
Cretást profecto | hórun⟨c⟩ hominum orátio,
Vt míhi apsterserunt ómnem sorditúdinem. 970
AG. Si ad eám rem testis hábeam, faciam quód iubes.
MI. Quid tú mihi testis? quín tu insistis fórtiter?
Aliquá Fortuna fúerit adiutrix tibi.
AG. Incípere multost quam ímpetrare fácilius.
MI. Sed quaé illaec auis est quae húc cum tunicis áduenit? 975
Numnam ín balineis círcumductust pállio?
⟨AG.⟩ Faciés quidem edepol Púnicast: guggást homo.
⟨MI.⟩ Seruós quidem edepol uéteres antiquósque habet.
AG. Qui scís? MI. Viden hominis sárcinatos cónsequi?
Atque út opinor digitós in manibus nón habent. 980
AG. Quid iám? MI. Quia incedunt cum ánulatis aúribus.
⟨HA.⟩ Adíbo ⟨ad⟩ hosce atque áppellabo Púnice.
Si réspondebunt, Púnice pergám loqui:
Si nón, tum ad horum móres linguam uórtero.
MI. Quid aís tu |? ecquid cómmeministi Púnice? 985

---

966. Seruire (*sic A*) *vel* Seruare | fuerint (*sic A*) *vel* fuerunt ‖ 967. DEI: dii ‖ 968 sq. *sic A: inv reliqui* | dulcem (*sic A*) *vel* dulces | Creta est (*sic A*) *vel* Certa est | horum (*item A*): *corr Ca* ‖ 970. omnem (*sic A*) *vel* hominem (omnes *Nonius*) ‖ 971. HABEANT | iubes (*sic A*) *vel* diubes ‖ 972. Quintu *vel* Quantu (*bis*): QUITU (*bis*) ‖ 974. multo (*sic A*) *vel* mulo ‖ 975. QUAE: quaenam (quae est illa auis *Servius*) | cum (*sic A*) *vel* quom ‖ 976. NUMNAM: Nunnam | BAL(neeis, *ut vid*): abaliniis | CIRCUMDUCTUST: circumductus ‖ 977 sq. *pers add Angelius* | EDEPOLPUNICASTGUGGA(st)HOMO (*item membr. Turn.*): edepol *cum lac* ‖ 979. SY. *praem B* (*item v. 981*) | scis (*sic A*) *vel* sis | hominis: OMNES ‖ 980. opinor (*sic A, ut vid*) *vel* opinior | in (*sic A*) *vel* im ‖ 981. cum (*sic Priscianus*) *vel* quom (*sic A*) ‖ 982. ADIBOHOSCATQUE: Audibo hosce atque *vel* Audibo (*corr* D^2) atque hosce (*add Ca*) ‖ 983. Si respondebunt: RESPONDEBUNT ‖ 984. Si non (*sic A*) *vel* S non | LINGUAM: lingua ac ‖ 985. COMMIN(*vel* EM)ISTI (*ut vid*) ‖

AG. Nil édepol: nam qui scíre potui, díc mihi,
Qui illím sexennis périerim Carthágine?
HA. Pro dei ímmortales, plúrumei | ad illúm modum
Periére pueri líberi Carthágine.
MI. Quid aís tu? AG. Quid uis? MI. Vín appellem hunc Púnice? 990
AG. An scís? MI. Nullus mest hódie Poenus Poénior.
AG. Adei átque appella, quíd uelit, quid uénerit,
Quei sít, quoiatis, únde sit: ne párseris.
MI. Auó. quoiates éstis aut quo ex óppido?
HA. Annon muthum balle bechaedre anech. 995
AG. Quid aít? MI. Hannonem se ésse ait Carthágine,
Carthágíniensis Múthumbalis fílium.
HA. Auó. MI. Salutat. HA. Dónni. MI. Doni uólt tibi
Dare híc nescioquid. aúdin pollicitárier?
⟨AG.⟩ Salúta hunc rusus Púnice uerbís meis. 1000
MI. Auó donni [m]inquit híc tibi uerbís suis.
HA. Me har bocca. MI. Istuc tíbi sit potius quám mihi.
AG. Quid aít? MI. Miseram esse praédicat buccám sibi:
Fortásse medicos nós esse arbitrárier.

---

987. illim (*sic A*) *vel* illum | sexennis (*sic A*) *vel* se exennis | carthagine (*sic A*) *vel* cartagine (*item v. 989*) ‖ 988. PLURUMET | ADILLUM: ad hunc | MODO ‖ 990. MI. Quid uis *inversis deinceps pers* (*—996*) | APPELLEM: apellem ‖ 991. SC(ISNULLUS, *ut vid*) | me est hodie (*sic Priscianus*) *vel* me est | denus punior: punus punior *Priscianus* (*corr Bo*) ‖ 992. ADII: Adi | uelit (*sic A*) *vel* ueli ‖ 993. Quid *Priscianus* | QUOIA(ti)S: quo patis (cuiatis *Priscianus*) | PARSERIT: parleris (parseris *Priscianus*) ‖ 994. AUOQUOIATIS: Auo quo lates (Quid est cuiates *Priscianus*) | aut quo ex oppido (*sic Priscianus*) *vel* aut quo ex quoppido: UNDESITNE(parse)RIT (*ex v. 993*) ‖ 995. ANNOBYNMYTTHYMBALLEUDRADAITANNECH ‖ 996. ait (*sic A, om #, ut vid*) *vel* agit | SEESSE: sese ‖ 997. CART(HA)GINIENSIS: carthaginienses | MYTTHUMBALIS: muthum bas lis ‖ 998. AUO: Vo ‖ 999. HIC: hinc | AUTIN | POLLICITARIER: pollicierier ‖ 1000. rursus (*sic A*) *vel* rusus ‖ 1001. DONNI: nonni *vel* nonne | MINQUITHICTIBI: mihi hic tibi inquid (mihi *del Guy*) ‖ 1002. MEPHARBUA# ‖

AG. Si †est, nega esse: nólo ego errare hóspitem. 1005
MI. Audín tu? rufeen nuco istam. AG. Síc uolo
Profécto uera cúncta huic expedírier.
Roga, númquid opus sit. MI. Tú qui zonam nón habes,
Quid in hánc uenistis úrbem | aut quid quaéritis?
HA. Muphursa. AG: Quid ait? HA. Miuulec hi an na. AG. Quíd uenit? 1010
MI. Non aúdis? mures Áfricanos praédicat
In pómpam ludis dáre se uelle aedílibus.
HA. Laech lach ananim limini chot. AG. Quid núnc ait?
MI. Ligulás canalis aít se aduexisse ét nuces:
Nunc órat operam ut dés sibi, ut ea uéneant. 1015
AG. Mercátor credost. HA. †Issam arbinam quidem
Palu mer gad etha. AG. Mílphio, quid núnc ait?
MI. Palás uendundas síbi ait et mergás datas:
Ad méssim credo, nísi quidem tu aliúd sapis:
Vt hórtum fodiat átque ut frumentúm metat. 1020
AG. Quid ístuc ad me? MI. Cértiorem te ésse uolt,
Nequíd clam furtim se áccepisse cénseas.
HA. Muphonnium sucorahim. MI. Hem, caue sis féceris
Quod hic te órat. AG. Quid ait aút quid orat? éxpedi.
⟨MI.⟩ Sub crátim ut iubeas sé supponi | átque eo 1025

1006. AUDIN: Audi | RUFEYNNYCCHOISSAM | rufeen *vel* rufen ‖ 1008. SONAM ‖ 1009. in (*sic A*) *vel* hin ‖ 1010. AITMIU — ‖ 1012. (P)ONPAM: pompam *vel* popam | DARE(se): dares ‖ 1013. LECHLACHA(N)NANILIMNIICHTOQUID | Laech lach *vel* lalehc lahc ‖ 1015. sibi ut: UT | UENEANT: ueniant (*corr C*) ‖ 1016. ASSAMMARBINAMQUIDEM: Issam. MI. arbinam quidem ‖ 1017. PALUMIRGADETHA#: Palum erga detha (*vel* dectha) # ‖ 1018. UENDUNDAS: bendundas | SIBIAITET: sibim tet ‖ 1019 sq. *sic A: inv reliqui* | QUIDTUALIUDSAPIS: quidem tua | FODIATATQ·: fodi atque | metat: PETAT ‖ 1021. UOLT: uoli ‖ 1022. FURTIMSE: furtise *vel* furtiue ‖ 1023. MUFO(n)NIMSICCORATIM | HEM: Em | SIS: si ‖ 1025. CRA**M: gratim ‖

Lapidés inponi múltos, ut sesé neces.
HA. Gunebel balsameni erasan. AG. Narrá, quid est?
Quid aít? MI. Non hercle núnc quidem quicquám scio.
HA. At út scias nunc dehínc latine iám loquar.
Seruom hércle te esse opórtet et nequam ét malum, 1030
Hominém peregrinum atque áduenam qui inrídeas.
MI. At hércle te hominem et sýcophantam et súbdolum,
Qui huc áduenisti nós captatum, mícdilix,
Bisúlci lingua, quási proserpens béstia.
AG. Maledícta hinc aufer: línguam conpescás face. 1035
Maledícere huic tu témperabis, sí sapis:
Meis cónsanguineis nólo te iniusté loqui.
Carthágini ego sum gnátus, ut tu sís sciens.
HA. O mí popularis, sálue. AG. Et tu edepol, quísquis es:
Et síquid opus est, quaéso, dic atque ímpera 1040
Populáritatis caúsa. HA. Habeo grátiam:
Verum égo hic hospitium | hábeo: Antidamae fílium
Quaeró — commostra, sí nouisti — Agorástoclem.
(Sed ecquem ádulescentem tu híc nouisti Agorástoclem?
AG. Siquidem Ántidama[t]i quaéris adoptatícium, 1045
Ego sum ípsus, quem tu quaéris. HA. Hem, quid ego aúdio?

1027. GUNEBBALSAMEMLYRYLA# || 1028. QUID: Qui | QUIDQUAM: quicquam *vel* quacquam || 1030. et nequam (*sic A*) *vel* ene quam || 1031. aduenam qui inrideas: ADUENIAM || 1032. SYCOPHANTAM: sycophanta (*corr C*) || 1033. micdilia (micdilix *membr. Turn.*): MIGDILIX || 1035. hinc: HANC | AUFER: aufers || 1036. huic tu: HUIC || 1038. Carthagini *vel* cartagini: CARTHAGINE | SIENS || 1039. MI: mihi | POPULARES | SALUEET | quisquis (*sic A*) *vel* quiquis | es: EST || 1040. siquid (*sic A*) *vel* siquod || 1041. POPUTARITATIS || 1042 sq. *post v. 1048 habet A adiuncto v. 1053, qui suo loco iteratur: turbas ex duplice recensione repetit Sey duce Osanno* || 1042. ego hic (*sic A*) *vel* ego | HOSPITIUM: hospiti sum || 1043. COMMOSTRASI: commonstransi *vel* commonstrans | AGORASTOCLEN || 1044. ECQUEM: hec quem | adulescentem (*sic A*) *vel* adolescentem || 1045. ANTIDAMATI: anthidamarchi (*del Bo*) | adoptaticium (*sic A*) *vel* adoptatium ||

AG. Antídamae gnatum me ésse. HA. Si itast, tés-
seram
Conférre si uis hóspitalem, eccam áttuli.
AG. Agedum, húc ostende. est pár probe, ⟨q⟩uam
habeó domi.)
HA. O mi hóspes, salue múltum. nam mihi túos
pater 1050
Patrítus ergo | hóspes Antidamás fuit.
Haec míhi hospitalis téssera cum illó fuit.
⟨AG.⟩ Ergo híc apud me hospítium tibi praebébitur:
Nam | haúd repudio hospítium neque Carthíginem:
Inde súm oriundus. HA. Dí dent tibi omnes quaé
uelis. 1055
Quid aís? qui potuit fíeri, ut Carthágini
Gnatús sis? hic autem hábuisti Aetolúm patrem.
AG. Surrúptus sum illinc, híc me Antidama[s] hospés
tuos
Emít et is me síbi adoptauit fílium.
HA. Demárcho item ipse fúit adoptatícius. 1060
Sed mítto de illoc: ád te redeo. díc mihi:
Ecquíd meministi tuóm parentum nómina?
AG. Patris átque matris mémini. HA. Memoradúm
mihi,
Si nóui forte aut sí sunt cognatí mihi.
AG. Ampsígura mater míhi fuit, Iahón pater. 1065

1047. ESSESI | TESSERAM: te esseram *vel* te esse iam ‖ 1048. COMFERRE | *cf. ad 1042 sq.* ‖ 1049. HUIC | est: ES | NAMABEODOMI: nam habeo domum: *corr Sey* ‖ 1050. NAMMIPATER ‖ 1051. PATRITUS: Pater tuus *vel* Patrituus *vel* Patruus ‖ 1052. tessera cum (*sic A*) *vel* essera quom ‖ 1053. tibi praebebitur (*vel* prebitur): PRAEBEBITUR (*utroque loco: cf. ad 1042 sq.*) ‖ 1054. REPUDIO: praepudio | carthaginem (*sic A*) *vel* cartaginem ‖ 1055. HA. *vel* AG. | dent (*sic A*) *vel* derit ‖ 1056. QUIDPOTUIT ‖ 1057. AETOLUM: aecolum *vel* aetholum ‖ 1058. *del Mue* ‖ 1059. Emit et is (*sic A*) *vel* Emittetis ‖ 1060. HA. *vel hic vel ante v. 1061* | adoptaticius (*sic A*) *vel* adoptatius ‖ 1061. ILLOC: illo ‖ 1063. #MEMINI# | MEMORADUM: Memorandum ‖ 1064. noui: NOTIO ‖ 1065. ampsigura *vel* amsigura (*sic A*) | FUITMIHI | HIAON: ihon *vel* iachon (*corr Stu*) ‖

HA. Patrem átque matrem uíuerent uellém tibi.
AG. An mórtui sunt? HA. Fáctum: quod ⟨ego⟩ aegré tuli:
Nam míhi sobrina Ampsígura tua matér fuit,
Patér tuos is erat fráter patruelís meus,
Et ís me heredem fécit, quom suom obiít diem, 1070
Quo mé priuatum | aégre patior mórtuo.
Sed sí itast, ut tu sís Iahonis fílius,
Signum ésse oportet ín manu laeuá tibi,
Ludénti puero quód memordit símia.
Osténde: inspici[i]am. †aperi, audi átque ades. 1075
AG. Mi pátrue, salue. HA. Ét tu salue, Agorástocles.
Iterúm mihi gnatus uídeor, quom te répperi.
MI. Pol istám rem uobis béne euenisse gaúdeo:
⟨S⟩ed té moneri núm neuis? HA. Sané uolo.
MI. Patérna oportet fílio reddí bona: 1080
Aequómst habere hunc bóna quae possedít pater.
HA. Haud póstulo aliter: réstituentur ómnia:
Suam síbi rem saluam sístam, si illo aduénerit.
MI. Facitó sis reddas, étsi hic habit⟨abít⟩, tamen.
HA. Quin méa quoque iste habébit, siquid mé fuat. 1085
MI. Festíuom facinus uénit mihi in mentém modo.
HA. Quid id ést? MI. Tua opus est ópera. HA. Dic mihi, quíd lubet?
Profécto uteris, út uoles, operám meam.
Quid ést negoti? MI. Pótin tu fieri súbdolus?
HA. Inimíco possum: amíco | insipiéntiast. 1090
MI. Inimícus herclest húius. HA. Male faxím lubens.

1067. *add Lamb* ‖ 1068. ampsigura *vel* ampsagura ‖ 1070. is *vel* his ‖ 1071. egre *vel* agrae ‖ 1074. memordit *vel* momordit ‖ 1075. inspici iam *vel* inspice iam: *corr Ca* ‖ 1077. quo atte *vel* quo ate: *corr Sey* ‖ 1079. Et: *corr Pareus* ‖ 1080. reddi filio: *trai Bent cum D*[1] ‖ 1081. Aequom (*vel* aequm) si ‖ 1082. omnia *vel* omma ‖ 1083. sibi rem *vel* rem sibi ‖ 1084. Facito *vel* Facite | *add Py* ‖ 1085. Quin *vel* Quim | fuat *vel* fuit ‖ 1086. in *vel* im ‖ 1087. tua opus est *vel* tua est opus ‖

MI. Amat á lenone hic. HA. Fácere sapientér puto.
MI. Leno híc habitat uicínus. HA. Male faxím lubens.
MI. Ei duaé puellae súnt meretrices séruolae
Soróres: earum hic álteram efflictím peri[i]t, 1095
Neque eam íncestauit úmquam. HA. Acerba amátiost.
MI. Hunc léno ludificátur. HA. Suom quaestúm colit.
MI. Hic illí malam rem dáre uolt. HA. Frugi, si íd facit.
MI. Nunc hóc consilium cápio et hanc fabricam áp-paro,
Vt te állegemus: fílias dicás tuas 1100
Surrúptasque esse páruolas Carthágine,
Manu[m] líberali caúsa | ambas ádseras,
Quasi fíliae tuaé sint ambae. intéllegis?
HA. Intéllego hercle: nám mihi item gnataé duae
Cum nútrice una súnt surruptae páruolae. 1105
MI. Lepide hércle adsimulas. iam ín principio id míhi placet.
HA. Pol mágis quam uellem. MI. Eu, hércle morta-lém catum,
Malúm crudumque et cállidum | et súbdolum:
Vt ádflet, quo illud géstu faciat fácilius.
Me quóque dolis iam súperat architéctonem. 1110
HA. Sed eárum nutrix quá sit facie, mi éxpedi.
MI. Statúra haud magna, córpore aquilost — HA. Ípsa east.

1092. a *vel* al | Facile: *corr Ca* ‖ 1097. Nunc: *corr Pius* | ludificatur *vel* ludicatur ‖ 1098. malam rem *vel* malam ‖ 1099. fabricam apparo *vel* fabrica aparo ‖ 1100. Vt *vel* Vi | dicas tuas *vel* dicas ‖ 1102. *del Scu* ‖ 1103. inpellegis ‖ 1104. AG. | duae (*sic A*) *vel* tuae ‖ 1105. Cum (*sic A*) *vel* Quom | (sunts)URRUPTAE: surreptas uni ‖ 1107. mortalem catum (*sic A, ut vid*) *vel* mortalem ‖ 1108. est ollidum et: ——DUMET (*corr Py*) ‖ 1109. ILLUMGESTUM | facilius (*sic A*) *vel* facilus ‖ 1111. Sed earum (*sic A, Gellius et Nonius*) *vel* Se te harum | FACILE ‖ 1112. HAU: haut *vel* haud (non *Gellius et Nonius*) | aquilost *Gellius* (aquilino *Nonius*): aquilo (*etiam A*) | east (*etiam A*): est *Gellius et Nonius* ‖

MI. Specié uenusta |, óre atque oculis pérnigris.
HA. Formám quidem hercle uérbis depinxtí probe.
MI. Vin eám uidere? HA. Fílias maló meas. 1115
Sed i, [atque] éuoca illam. sí eae meae sunt fíliae,
Si illárumst nutrix, mé continuo nóuerit.
MI. Heus, écquis hic est? núntiate, ut pródeat
Foras, Gíddenini: est quí illam conuentam ésse uolt.

GIDDENIS. MILPHIO. HANNO.
NVTRIX SERVOS POENVS

AGORASTOCLES. PVER
ADVLESCENS

GI. Quis púltat? MI. Qui te próxumust. GI. Quid uís? MI. Eho, 1120
Nouístin tu illunc túnicatum hominem quí siet?
⟨GI.⟩ Nam quém ego adspicio? pró supreme Iúppiter,
Erús meus hicquidemst, meárum alumnarúm pater,
Hannó Carthaginiénsis. MI. Ecce autém mala.
Praestrígiator híc quidem Poenús probust: 1125
Perdúxit omnis ád suam senténtiam.
GI. O mí ere, salue |, Hánno, insperatíssume,
Mihí tuisque fíliis, salue: átque eho,
Mirári noli néque me contemplárier.

1113. *sic etiam A et Gellius* ‖ 1114. depinxti (*sic A*) *vel* depinxisti (depinxit *Gellius*) | PROBE (*item Gellius*): mihi ‖ 1115. UINEAM: Vinam ‖ 1116. atque *etiam A: del Pareus* | eae meae: EAE ‖ 1118. ECQUID ‖ 1119. Foras (*sic A*) *vel* fonas | GIDDENENEM: gid dene me: *corr Mue* ‖ 1120. #QUI: qui | te: TU ‖ 1121. NO——: Mouistin ‖ 1122. supreme *vel* suppreme | iuppiter *vel* iuppite ‖ 1123. Erus meus hic quidem est: (hi)CQUID(emstmeuse)RUS | pater (*sic A*) *vel* paeter ‖ 1124. carthaginiensis (*sic A, ut vid*) *vel* carthagniensis ‖ 1125. Praestrigiator (*sic A*) *vel* Praestigiator ‖ 1127. (i)N(spe)RA(tis)SIME: insperastis sume ‖ 1129. (contemp)LARIER: contemptarier ‖

Cognóscin Giddenínem |, ancillám tuam? 1130
HA. Nouí. sed ubi sunt meaé gnatae? id scire éxpeto.
GI. Apud aédem Veneris. HA. Quíd ibi faciunt? díc mihi.
GI. Aphrodísia hodie Véneris est festús dies:
Orátum ierunt déam, ut sibi esset própitia.
MI. Pol sátis, scio, impetrárunt, quando hic híc adest.
AG. Eho, an huíus sunt illaec fíliae? GI. Ita, ut praédicas. 1136
Tua píetas nobis pláne | auxilió fuit,
Quom huc áduenisti | hódie in ipso témpore:
Namque hódie earum mútarentur nómina
Faceréntque indignum génere quaestum córpore. 1140
⟨PV.⟩ Haudones illi. GI. Hauon bene siilli in mustine.
Mepsi etenes te dum et alamna cestimim.
AG. Quid illí locuti súnt inter se? díc mihi.
HA. Matrem híc salutat súam |, haec autem hunc fílium.
Tace átque parce múliebri supelléctili. 1145
AG. Quae eást supellex? HA. Clárus clamor síne modo.
Tu abdúc hosc⟨e⟩ intro et úna nutricém simul
Iube hánc abire hinc ád te. AG. Fac quod ímperat.
MI. Sed quís illas tibi monstrábit? AG. Ego doctíssume.
MI. Abeo ígitur. AG. Facias módo quam memores máuelim. 1150
Patruo áduenienti céna curetúr uolo.

1130. giddeninem *vel* giddenimem *vel* giddenimen: G(id-d)ENEN(em) ‖ 1131. NOUISED: nouis et ‖ 1132. ibi (*sic A*) *vel* tibi | *sub finem A discrepare videtur* ‖ 1133. festus (*sic A*) *vel* festos ‖ 1136. an (*sic A*) *vel* han | illa et: ILLAE ‖ 1137. *sic etiam A* ‖ 1138. huc (*sic A*) *vel* hic ‖ 1141. *add Angelius* | Haudones illi: AUAMMAILLI# | HAUONBAṆẸSIL(ae)MUSTINẸ ‖ 1142. MIPSTAETEMESTXSDUMETALAN(nace)STI(mim) ‖ 1143. (si)NT ‖ 1144. MI.: *corr Vss* | hic salutat (*sic A*) *vel* salutat ‖ 1145. suppellectili *vel* supellectili (*sic A*) ‖ 1146. SUPPELL(ex): suppelle | MI. *B* | CLAMOR# ‖ 1147. HOSC: hos *vel* has (*corr Schmidtius*) | nutricem (*sic A, ut vid*) *vel* matricem ‖ 1148. HANCABIREHINC: abire hanc ‖

MI. Lachánam uos, quos égo iam detrudam ád molas,
Inde pórro ad puteum atque ád robustum códicem.
Ego fáxo hospitium hoc léniter laudábitis.
AG. Audín tu, patrue? díco, ne dictúm neges: 1155
Tuam míhi maiorem fíliam despóndeas.
HA. Pactám rem habeto. AG. Spóndesne igitur? HA. Spóndeo.
⟨AG.⟩ Mi pátrue, salue: nám nunc es plané meus.
Nunc démum ego cum illa fábulabor líbere.
Nunc, pátrue, si uis tuás uidere fílias, 1160
Me séquere. HA. Iam dudum équidem cupio et té sequor.
(Quid, si eámus illis óbuiam? AG. At ne intér uias
Praetérbitamus métuo. HA. Magne Iúppiter,
Restítue certas míhi ex incertis núnc opes.
AG. †Ego quidem meos amores mécum confidó fore.)
Sed eccás uideo ipsas. HA. Haécine meae sunt fíliae? 1166
Quantae é quantillis iám sunt factae. MI. Scín, quid est?
Thraecaé sunt * * * * onem sustollí solent.
(Opíno[r] hercle hodie quód ego dixi pér iocum,
Id éuenturum esse ét seuerum et sérium, 1170
Vt haec ínueniantur hódie esse huius fíliae.
⟨AG.⟩ Pol istúc quidem iam cértumst. tu istos, Mílphio,
Abdúce intro: nos hásce hic praestolábimur.)

1152. HA. | LACH(an)NAUOS ‖ 1153. ADPUTEUM: apud eum | robustum *vel* rubustum ‖ 1154. laudabitis *vel* ladabitis ‖ 1157. rem habeto (*sic A*) *vel* habeto ‖ 1158. MI: Mihi | NONC ‖ 1159. cum (*sic A*) *vel* quom ‖ 1161. IAN ‖ 1162. eamus (*sic A*) *vel* camus | ILLIS: illi | obuiam # At (*sic A*) *vel* ob V Uiam at | INTERUIIS ‖ 1162—1165. *secl Brachmannus* ‖ 1163. P(raet)ERBITAMUS: praeterbita *vel* praebiterta ‖ 1167. e: TE ‖ 1168. TH(ra)CAESUNT*****ONEM: Thraecę (*vel* threoę) sunt caelum ne | SOLENT: soleni ‖ 1169—1173. *secl Vss* ‖ 1169. *del Gul* | ego *om A, ut vid* ‖ 1170. Id euenturum (*sic A, ut vid*) *vel* Inde uenturum | serium (*sic A*) *vel* seruum ‖ 1173. P(ra)ESTOLABIMUR: praestolabitur ‖

ADELPHASIVM. ANTERASTYLIS.
MERETRICES II

AGORASTOCLES. HANNO
ADVLESCENS POENVS

AD. Fuit hódie operae pretiúm quoiuis qui amábilitati animum ádiceret
Oculís epulas dare, délubrum qui hodie órnatum eo uisére uenit. 1175
Deamáui ecastor †illic ego hodie lepidíssuma munera méretricum,
†Digna diua uenustissumá Venere, neque cóntempsi eius opés hodie:
Tanta íbi copia uenustátum aderat in suó quique loco síta munde:
Arabús murrinus omnís odor complebát: haud sordere uísust
Festús dies, Venus, nec tuóm fanum: tantús ibi clientarum érat numerus, 1180
Quae ad Cálydoniam uenérant Venerem. AN. Certo énim quodquidem ad nos duas * *
Attínuit, praepotentés pulcrae pacísque potentes, sóror, fuimus
Neque ab iúuentute ibi inridículo habitae, quod pól, soror, ceteris ómnibus factumst.

1174. CVIVIS: ciuis ‖ 1176. DEAMAUIT | ecastor (*sic A*) *vel* ciastor | ego: EO | munera meretricum (*sic A*) *vel* murera meritricum (*vel* meretricium) ‖ 1177. Digna diua (*sic A*) *vel* Dignaudiua | IIUS (*ex* IUS) | OPES: opus ‖ 1178. quique loco sita: QUICQ(uesita) ‖ 1179. *duo sunt in AB* (— odor: *ubi* # *CD*) | Arabus *Charisius* (*item A, ut vid*): Arabius | MURRINUS (myrrinus *Charisius*): murrinusque | dor *vel* odor (*sic A et Charisius*) ‖ 1180. NECTUUM: nec tum | clientarum (*sic A*) *vel* elientarum | numerus (*sic A*) *vel* numeras ‖ 1181. uenerem (*sic A*) *vel* uenere | #CERTO: certo (AN. *Bo*) | *lac sign Schuethius* | 1182. PUL(ch)RE ‖ 1183. IUUENTU(teinibiinri)DICULO ‖

AD. Malim ístuc aliis uídeatur quam ut túte, soror, conlaúdes.
AN. Spero équidem. AD. Et pol ego: quom íngeniis quibus súmus atque aliae gnósco, 1185
Eo súmus gnatae genere út deceat nos ésse a culpa cástas.
HA. Iuppíter qui genus colis álisque hominum, per quém ueiuimus ueitálem aeuom,
Quem pénes spes uitae súnt hominum omníum, da diem hunc sospítem, quaeso,
Rebus meis agundis: ut quibus annos multos carui quasque ⟨e⟩ patria
Perdidi paruas, †redde his libertatem inuictae praemium ut esse sciam pietati. 1190
AG. Omnía faciet Iuppíter faxo: nam †mihi est obnoxius et mé metuit.
HA. Tace quaéso. AG. Ne lacrumá, patrue. 1191[b]
AN. Ut uólup est homini, méa soror, si quód agit cluet uictória.
Sicút nos hodie intér alias praestítimus pulcritúdine.
AD. Stultá, soror, magis es quám uolo. an tu eó pulcra uidere, óbsecro,
Si tíbi illi non os óblitumst fulígine? AG. [O patrue] O pátrue mi. 1195

1184. AD. *vel* AN. | ALIIS: aliis ita | QUAM(uttute): quam uti tute ‖ 1185. AG.: *corr Ac* | ET POL: Vt pol | ingeniis *vel* ingemis | aliae gnosco (*vel* cognosco): AL(iae)IG(no)S(co) ‖ 1187. UEITALEM: uitalem *vel* talem ‖ 1188. QU(empenespe)S: Quem apud penes spe | hominum omnium (*sic A*) *vel* hominum | sospitem quaeso: SOSPITEM ‖ 1189 sq. *cf. ad Most. v. 123* ‖ 1189. Rebus (*sic A*) *vel* Mebus | MEIS: mis | agundis (*sic A*) *vel* igaindis | *add Ca* ‖ 1190. redde his: PEDERIS | LIBERTATEM: ubertatem ‖ 1191 sq. *duo sunt in A* (— quaeso): *tres in B* (— metuit — quaeso) | obnoxius (*sic A*) *vel* obnixius | LACRUMA: lacrime | cluet (*sic A*) *vel* duet ‖ 1193. nos hodie (*sic A*) *vel* hodie nos | PRAESTITIMUS: prestitumus ‖ 1194. magis es *vel* es magis: M(agise)ST | ANTUEO: anueo ‖ 1195. oblitum est *vel* ollitum est: (oblitu)ST | FULI(gine): fuli neci (*vel* neti) | *delevimus* | MI: mi patruissime (*cf. 1197*) ‖

HA. Quid ést, fratris mei gnáte? [gnate] quid uis? éxpedi.
AG. At enim hóc agas uolo. HA. Át enim ago istuc. AG. Pátrue mi patruíssume.
HA. Quid est? AG. Ést lepida et lauta, út sapit. HA. Ingénium patris habet, quód sapit.
AG. Quae rés? iam diu †edepol sapientiam tuam haec quidem abúsast.
Nunc hínc sapit, hinc séntit quicquid sápit, ex meo | amóre. 1200
AD. Nón eo genere súmus prognatae, tamétsi sumus seruaé, soror,
Út deceat nos fácere quicquam quód homo quisquam inrídeat.
Múlta sunt mulíerum uitia: séd hoc e multis máxumumst,
Quóm sibi nimis placént minusque addunt óperam | ut placeánt uiris.
AN. Nímiae uoluptatíst quod in extis nóstris portentúmst, soror, 1205
Quódque haruspex de ambábus dixit — AG. Vélim de me aliquid díxerit.
AN. Nós fore inuito dómino nostro diébus paucis líberas.
Íd ego, nisi quid deí aut parentes fáxint, qui sperem haúscio.
AG. Meá fiducia hércle haruspex, pátrue, his promisít, scio,

1196. ——NAMF***A********SEXPEDI ‖ 1197. (Atenim-h)oc——: At enim uolo hoc agas | AG. (*vel* #) Ate enim *et* # Patrue (*sic A, ut vid*) *vel* patrue ‖ 1198. *duo sunt v. in B* (— ut sapit)*: item in A, ut vid* ‖ 1199. DIUEOEDEPOL | QUIDEM: quiquem ‖ 1200. hinc (*vel* hicc) *et* hinc: HIC (*bis*) | EXMEO: e meo *vel* meo | AMORE: amare ‖ 1201. genere sumus (*sic A*) *vel* sumus genere ‖ 1202. nos facere (*sic A*) *vel* facere nos ‖ 1203. MAXUMUST ‖ 1204. MINUSQ·ADDUNT: minusque ‖ 1205. portentum est soror (*sic A, nisi quod* ST) *vel* portentum soror est ‖ 1206 sqq. # *pro pers etiam B plerumque habet in mediis versibus* ‖ 1206. ALIQUID: aliquid quid ‖ 1208. QUISPEREMHAU: quid sperem haud ‖ 1209. Mea (*sic A*) *vel* Meas | patruehis (*sic A*) *vel* patruelis ‖

Líbertatem: quía me amare hanc scít. AD. Soror, sequere hác. AN. Sequor. 1210
HA. Príus quam abitis, uós uolo ambas: nísi piget, consístite.
AD. Quís reuocat? AG. Qui béne uolt uobis fácere. AD. Facere occásiost.
Séd quis homost? AG. Ameícus uobeis. AD. Quíquidem inimicus nón si⟨e⟩t.
AG. Bónus est hic homo, méa uoluptas. AD. Pól istum malim quám malum.
AG. Seí quidem amicitiást habenda, cum hóc habendast. AD. Haú precor. 1215
AG. Múlta bona uolt uóbeis facere. AD. Bónus boneis benefécerit.
HA. Gaúdio ero uobeís — AD. At edepol nós uoluptatí tibi.
HA. Leíbertatique. AD. Ístoc pretio tuás nos facile féceris.
AG. Pátrue mi, ita mé di amabunt, út ego, si sim Iúppiter,
Iam hércle ego illam uxórem ducam et Iúnonem extrudám foras. 1220
Út pudice uérba fecit, cógitate et cómmode,
Út modeste orátionem praébuit. HA. Certo haéc meast.
[HA.] Séd ut astu sum adgréssus ad eas. AG. Lépide hercle atque cómmode.

1210. soror sequere (*sic A*) *vel* sorore quere ‖ 1211. ABITISUOSUOLOAMBAS: habiit suos uolamabas (*vel* Clamabas) ‖ 1212. QUISBENE ‖ 1213. HOMOSTAMEICUS | SIT: est: *correximus* ‖ 1215. AMICITIAST: amiticia est *vel* amittia est | cum (*sic A*) *vel* quom | HABENDAST#HAU: habenda est (*vel* habendum est) haud ‖ 1216. UOLTUOBEISFACERE: uobis facere uult | BENEIS | benefeceris (*item A*): *corr Ac* ‖ 1218. #ISTOC: isto ‖ 1219. me di amabunt: DEIAMABUNT | iuppiter (*sic A*) *vel* liplppiter (*?*) ‖ 1220. illam (*sic A*) *vel* illum ‖ 1221. fecit (*sic A*) *vel* fece ‖ 1222. HA. *pro* # *Vss* ‖ 1223. ASTUSUM: astussum | ad eas (*sic A*) *vel* eas | AG. *pro* # *Ca* | commode (*sic A*) *vel* commodo ‖

HA. Pérgo etiam temptáre? ⟨AG.⟩ In pauca cónfer: sitiunt quí sedent.
HA. Quíd istic? quod faciúndumst cur non ágimus? in ius uós uoco. 1225
AG. Nunc, pátrue, tu frugí bonae's. uin hánc ego adprendám? ⟨HA.⟩ Tene.
AD. An pátruos est, Agorástocles, tuos híc? AG. Iam faxo scíbis.
Nunc pól ego te ulciscár probe: nam fáxo eris mea spónsa.
HA. Ite ín ius. ne morámini. antestáre me atque dúce.
⟨AG.⟩ Ego te ántestabor. póstea hanc amábo atque amplexábor. 1230
Sed illúdquidem uolui deícere: immo hercle díxi quod uolébam.
HA. Morámini. in ius uós uoco, nisi honéstiust prehéndi.
AD. Quid in iús uocas nos? quíd tibi debémus? AG. Dicet ílli.
AD. Etiám me meae latránt canes? AG. At tu hércle adludiáto:
Dató mihi pro offa sáuium, pro | ósse linguam obícito:
Ita hánc canem faciám tibi oleó tranquilliórem. 1236

1224. Perge (*etiam A*): *corr Ac* | TEMPTAREIN: temptaret in | *add Ac* | confer (*sic A*) *vel* conuer | QUI: que ‖ 1225. cur (*sic A*) *vel* quur | INIUSUOS: in lusuos *vel* inlisos | uolo (*etiam A*): *corr Ca* ‖ 1226. NUNC: Nunc tene | BONAEES: si bonae es # | HANCEGO: ego hanc | ADPREHENDAM‖TENE: ad praedam tene *vel* ad praedam (*add Ca*) ‖ 1227. agorastocles (*sic A*) *vel* agorastecles | HIC: haec | faxo scibis (*sic A*) *vel* faxos cibus ‖ 1228. pol ego: EGOPOL | ulciscar (*sic A*) *vel* ulcisciscar | ERISMEA: mea eris ‖ 1229. inius (*sic A*) *vel* inuis *vel* iniurs | moramini (*sic A*) *vel* morãmi | ANTETARDEME ‖ 1230. amabo (*sic A*) *vel* amalo | AMPLEXABOR: amplexabo ‖ 1231. quidem (*sic A*) *vel* quid | DEICERE: dicere *vel* dece | HERCLEDIXI: dixi hercle ‖ 1232. UOS: suos *vel* nos | honestiust (*sic A*) *vel* honest iussi ‖ 1233. in ius (*sic A*) *vel* in s | DE(ic)ETIS ‖ 1234. me meae (*vel* maet): MEAE | atthu *vel* adtu *vel* At tu (*sic A*) ‖ 1235. *sic etiam A* ‖

HA. Ite, si ítis. AD. Quid nos fécimus tibi? HA. Fúres estis ámbae.
AD. Nosne tíbi? HA. Vos, inquam. AG. Atque égo scio. AD. Quid id fúrtist[is]? AG. Hunc rogáto.
HA. Quia ánnos multos feílias meas célauistis clám me,
Atque équidem ingenuas leíberas summóque genere gnátas. 1240
AD. Numquám mecastor réperies tu istúc probrum penés nos.
AG. Da pígnus, ni nunc périeres, in sáuium, uter utrí det.
AD. Nil técum ago: apscede, ópsecro. AG. Atque hércle mecum agéndumst:
Nam hic pátruos meus est: pro hóc mihi patrónus sim necéssest:
Et praédicabo, quómodo †uos furta faciatis múlta 1245
Quoqué modo | huius fílias apud uós habeatis séruas,
Quas uós ex patria líberas surrúptas esse scítis.
AD. Vbi súnt eae aut quas, ópsecro — AG. Satis iám sunt macerátae.
HA. Quid si éloquamur? AG. Cénseo hercle, pátrue. AD. Misera tímeo,
Quid hoc sít negoti, méa soror: ita stúpida sine animo ásto. 1250
HA. Aduórtite animum, múlieres. primúm, si id fieri póssit,
Ne indígna indignis deí darent, id ego éuenire uéllem:

1237. ITESIITIS: Ite sit tis ‖ 1238. INQUAMATQ· | furti estis: *corr Py* | HUNC: Nunc ‖ 1239. multos (*sic A*) *vel* multas ‖ 1240. SUMMOQ·EGENEREN— ‖ 1241. reperies (*sic A*) *vel* repperies ‖ 1242. Da pignus: PIGNUS | periures (*etiam A*): *corr Py* ‖ 1243. AGO (*ex* AGI *corr*) ‖ 1245. Et *vel* E | *sic etiam A, ut vid* ‖ 1246. Quoque (*sic A*) *et* habeatis (*sic A*) *vel* Quo qui *et* habetis ‖ 1248. *distinximus* | # Satis (*sic A*) *vel* satis | (I)AMSUNT: im sunt *vel* im ‖ 1249. QUIDSIELOQUAMUR: Quin eloquar | HERCI**PATRUE#: hercle patrue *vel* ergo patrue # ‖ 1251. POSSET ‖ 1252. EUENISSET ‖

Nunc quód boni mihi deí danunt uobeís uostraeque mátri,
Eas deís est aequom grátias nos ágere sempitérnas,
Quom nóstram pietatem ádprobant decorántque dei immortáles. 1255
Vos meae éstis ambae fíliae et hic ést cognatus uóster,
†Huiusce fratris fílius, Agorástocles. AD. Amábo,
Num hi fálso oblectant gaúdio nos? AG. At ita me dei séruent
Vt hic páter est uoster: dáte manus. AD. Salue, ínsperate nóbis
Pater, té complecti nós sine. ⟨AN.⟩ Cupíte atque exspectáte 1260
Patér, salue: ambae fíliae sumus: ámplectamur ámbae.
AG. Quis me ámplectetur póstea? HA. Nunc égo sum fortunátus.
Multórum annorum míserias nunc hác uoluptate sédo.
AD. Vix hóc uidemur crédere. HA. Magis quí credatis dícam:
Nam uóstra nutrix †primum me cognóuit. AD. Vbi ea, amábo, est? 1265
HA. Apud húnc est. ⟨AG.⟩ Quaeso, quí lubet tam diú tenere cóllum?
Omítte saltem tu áltera: nolo égo istuc — ⟨AD.⟩ Enicás me.

1253. DEI: di *vel* idi | danunt (*sic A*) *vel* danint *vel* dant || 1254. AEQUOM: aequo *vel* aequum || 1255. di: DET || 1257. FILIUSAGORASTOCLES: filius agorastodes *vel* filius || 1258. Nunc *B ex* Num (*sic etiam A*) | OBLECTANT: obiectant | me ita (*etiam A*): *trai Geppertus* || 1259. #SALUE: salue || 1260. TE: e | NOSSINE: nosse ne | *add Bo* | exspectate (*sic A*) *vel* exspetate || 1261. salue *vel* salue # | sunt # (sumus *A, ut vid*) || 1262. #NUNC (*ut vid*): nunc || 1263. SEDO: sedeo || 1264. UIDEMUR: uideamur || 1265. *sic etiam A* | #UBIEAAMABOEST: ubi (*vel* ibi^{e}) amabo est || 1266. HUNC: nunc | AG. *pro* # *Angelius* | tam (*sic A, ut vid*) *vel* tan || 1267 sq. *inv libri praeter A* | (sa)LTEMTUALTERA: salute tu altera *vel* salte tua Littera | *add Goe et Loe* | (enicas)M(e): enicam ||

⟨AG.⟩ Prius quám te mihi despónderit. AD. [O] Mittó? sperate, sálue.
⟨HA.⟩ Condámus alter álterum ergo in néruom bracchiálem.
Quibus núnc in terra mélius est? AG. Euéniunt digna dígnis. 1270
⟨HA.⟩ Tandem huíc cupitum cóntigit. AG. O Apélla, o Zeuxis píctor,
Qur número | estis mórtui? hoc exémplo ut pingerétis.
Nam aliós pictores níl moror huiusmódi tractare exémpla.
HA. Deí deaeque omnes, uóbis habeo mérito magnas grátias,
Quom hác me laetitia ádfecistis tánta et tantis gaúdiis, 1275
Vt meae gnatae ad mé redirent ét potestatém meam.
AD. Mí pater, tua píetas plane nóbeis auxilió fuit.
AG. Pátrue, facito in mémoria habeas, tuám maiorem fíliam
Míhi te despondísse. HA. Memini. AG. Et dótis quid promíseris.

1268. te mihi: TI** | desponderit (*sic A*) *vel* despenderit | # omitto #: *del Bo* (*fort. cum A: distinximus*) || 1269. *add Ca* | (B)RACCHIALE*: braechialem *vel* brachialem || 1271. *add Py* | CONTINGIT | APELLE || 1272. Qur (*sic A*) *vel* Cur | HOCEXEMPLO (*item Festus*): hic exemplum || 1273. pictores (*sic A*) *vel* pintores || 1275. ADFECISTISTANTAETTAN(tis): tanta (*vel* tan) et tantis adfecistis || 1276. R(edi)REN(tet) (*suppl Loe, item Stu*): redirent in || 1277. auxilio (*sic A*) *vel* auxiuo || 1278. facito (*sic A, ut vid*) *vel* facite | (mem)ORIA: memoriam | tuam (*sic A*) *vel* tua || 1279. DESPONDISSEMEMINIET ||

ANTAMOENIDES.
MILES

ANTERASTYLIS. ADELPHASIVM.
MERETRICES II

HANNO. AGORASTOCLES
POENVS ADVLESCENS

ANTA. Si égo minam non últus fuero próbe, quam lenoní dedi, 1280
Túm profecto mé sibi habento scúrrae ludificátui.
Ís etiam me ad prándium ad se abdúxit ignauíssumus,
Ípse abiit foras, mé reliquit pro átriensi in aédibus.
Vbi nec leno néque illae redeunt néc quod edim quicquám datur:
Pró maiore párte prandei pígnus cepi, abií foras. 1285
Síc dedero. aere[m] mílitari tétigero lenúnculum.
Nánctus est hominém mina quem argénti circumdúceret.
Séd mea amica núnc mihi irato óbuiam ueniát uelim.
Iám pol ego illam púgnis totam fáciam | ut sit mérulea.
Íta replebo | átritate átrior multo út siet 1290
Quam Aégyptini quí cortinam lúdis per circúm ferunt.
ANTE. Téne sis me arte, méa uoluptas: mále ego metuo míluos:
Mála illa bestiást: ne forte me aúferat, pullúm tuom.

1281. HABENTOSCURRAE: habeant oscurrae | ludificis catii *vel* ludificis cauiis (*corr Ca cum A, ut vid*) ‖ 1282. Is etiam (*sic A*) *vel* Etiam | INPRANDIUM | abduxit *vel* adduxit | ignauissimus (*sic A, ut vid*) *vel* ignaui simus ‖ 1283. ABEIT: abiit *vel* habiit | ATRIENSI: atrensi ‖ 1284. nec leno (*sic A*) *vel* nedeno ‖ 1285. PROMAIORE: Prom more *vel* Pro more | ABI ‖ 1286. aerem: E (*item Priscianus*): *corr Py* | lenunculum (*sic A et Priscianus*) *vel* lemnunculum ‖ 1287. Nanctus: NACTUS | QUEM: que | circumduceret (*sic A*) *vel* circumduret ‖ 1288. ueniat (*sic A*) *vel* uenit ‖ 1289 sq. *sic etiam A, sed* ATRITIOR | siet (*sic A*) *vel* sciet ‖ 1291. AEGYPTINI: aegypti aut | FERUNT: fuerunt ‖ 1292. AD. Tene *vel* Tene | uoluptas (*sic A*) *vel* uolupta ‖

[ANTE.] Vt nequeo te sátis conplecti, mí pater. ANTA. Ego mé moror.
Própemodum | hoc ópsonare prándium poteró mihi. 1295
Séd quid hoc est? quid ést? quid hoc est? quíd ego uideo? quómodo?
Quíd hoc est conduplicátionis? quae haéc est congeminátio?
Quís hic homost cum túnicis longis quási puer caupónius?
Sátin ego oculis cérno? estne illaec méa amica Anterástylis?
Ét east certo. iám pridem ego me sénsi nili péndier. 1300
Nón pudet puellam ámplexarei báiolum in mediá uia?
Iam hércle ego illun⟨c⟩ éxcruciandum tótum carnuficí dabo.
Sáne genus hoc múlierosumst túnicis demissíciis.
Sed adíre certumst hánc amatricem Áfricam.
Heus tú, tibi dico, múlier, ecquid té pudet? 1305
Quid tíbi negotist aútem cum istac? díc mihi.
HA. Aduléscens, salue. ANTA. Nólo: nil ad te áttinet.
Quid tíbi | hanc digito táctiost? HA. Quia míhi lubet.
ANTA. Lubét? HA. Ita díco. ANTA. Lígula, in malám crucem?

1294. te satis (*sic A*) *vel* satis te | COMPECTI ‖ 1295. OPSONARE: obsonare *vel* ol sonore ‖ 1296. #QUIDEST: quidhoc ‖ 1297. quae haec (*sic A*) *vel* quae hoc ‖ 1298. cum (*sic A*) *vel* quom ‖ 1299. SATINOC(ULIS)EGO | illaec (*sic A*) *vel* illace | ANTERASTILIS: anterastris *vel* ant rastris ‖ 1300. CERTO: erto ‖ 1301. BAIOLUM: baliolum ‖ 1302. ego illum (*sic A*) *vel* illum ego (*corr Bo*) | DATO ‖ 1303. MULIEROSUST: muliebrosum st (*vel* si): *corr Pius* | DEMISSICIIS: demisiciis *vel* demissicus ‖ 1304. adire (*sic A*) *vel* ad re | HANC: hanc ad ‖ 1305. ECQUID: ecquit *vel* et quid ‖ 1306. NEGOTIUMESTAUTEM: negotii (*vel* inegotii) autem est | cum istac (*sic A*) *vel* quo misi ac ‖ 1307. Adulescens (*sic A*) *vel* Adhulescens | atte (*sic A*) *vel* adte ‖ 1309. ligula (*sic A*) *vel* legula | IMALAM (*et* IN *s. v.*): in (*vel* i in *vel* # In) malam (*distinximus*) ‖

Tune híc amator aúdes esse, halléx uiri, 1310
Aut cóntractare quód mares hominés amant,
Deglúpta mena, sárrapis seméntium,
Manstrúca, †halagorasama, tum autem plénior
Alli úlpicique quám Romani rémiges?
AG. Num tíbi, adulescens, málae aut dentes prúriunt, 1315
Qui huic és molestus, án malam rem quaéritas?
ANTA. †Qur non adhibuisti, dúm istaec loquere, týmpanum?
Nam té cinaedum esse árbitror magis quám uirum.
AG. Scin quám cinaedus sum? íte istinc, seruí, foras,
Ecférte fustis. ANTA. Heús tu, siquid pér iocum
Dixí, nolito in sérium conuórtere. 1321
ANTE. Qui[d] tíbi lubidos⟨t⟩, ópsecro, Antamoénides,
Loqui ínclementer nóstro cognato ét patri?
Nam hic nóster pater est: híc nos cognouít modo
Et húnc sui fratris fílium. ANTA. Ita me Iúppiter 1325
Bene amét, bene factum. gaúdeo et uolup ést mihi,
Siquíd lenoni | óptigit magní mali,
Quomque é uirtute uóbis fortuna óptigit.
ANTE. Credíbile ecastor dícit: crede huic, mí pater.
HA. Credo. AG. Ét ego credo. séd eccum lenonem óptume: 1330

1310. Tune hic (*sic A*) *vel* Tunc *vel* Tune | hallex: FALLAX ‖ 1313. MANSTRUCA: manstructa | halagoras amatum: SAMCSATUM ‖ 1314. ALLIIULDICIQ· (*ex* ALIIULDICIQ·): Aliiulpique *vel* Aluulpique ‖ 1315. dentes (*sic A*) *vel* dentens ‖ 1317. Qur (*sic A*) *vel* Cur | loquere (*sic A*) *vel* loqueretur ‖ 1318. CINAEDUESSE ‖ 1319. SIM *ex* SUM ‖ 1320. FUISTIS | ANTA. *pro* # *Gru* ‖ 1322. *del Sey* | lubido es: LUBIDO | OPSECRO: obsecro *vel* olsecro | antammoenides *vel* antomonedes: ANTAMONIDES ‖ 1323. indementer *vel* inclementer (*sic A*) *vel* indenemter ‖ 1326. *dist Ac* ‖ 1327. SIQUID: Siquidem ‖ 1329. Credibile (*sic A, ut vid*) *vel* Credibille ‖ 1330. OPT(ume): lycum ‖

(Credo. AG. Át ego credo |. édepol hic uenit cómmodus.)
Bonúm uirum eccum uídeo: se recipít domum.
HA. (Quis hic ést? AG. Vtrumuis ést, ⟨u⟩el leno ⟨uél⟩ λύκος.
In séruitute hic fílias habuít tuas,
Et mi [hic] aúri fur est. HA. Béllum hominem, quem nóueris.)
AG. Rapiámus in ius. HA. Mínume. AG. Quaproptér? HA. Quia
Iniúriarum múlto induci sátius est.

LYCVS. LENO — **AGORASTOCLES.** ADVLESCENS — **HANNO.** POENVS — **ANTAMOENIDES** MILES

LY. Decípitur nemo meá quidem senténtia,
Qui suís amicis nárrat recte rés suas:
Nam omníbus amicis meís idem unum cónuenit,
Vt mé suspendam, ne áddicar Agorástocli.
AG. Leno, eámus in ius. LY. Ópsecro te, Agorástocles,
Suspéndere ut me líceat. HA. In ius té uoco.
LY. Quid tíbi mecum autem? HA. Quía | hasce aio líberas
Ingénuasque esse fílias ambás meas.

1331. *solus A habet* ‖ 1332. se recipit: (re)DEUN(te)M | domum: DOMUM#QUISHICST (*cf. v. 1333*) ‖ 1333—1335 (= 1382 sqq.). *om A* (*sed cf. ad v. 1332*) ‖ 1333. AG. *pro* # *Ca* | et leno lycus: *corr ex v. 1382 et 648* ‖ 1335. *del ex v. 1383* ‖ 1336. INIU(S): intus ‖ 1337. INDICI ‖ 1338. mea quidem (*sic A*) *vel* quidem mea ‖ 1339. Qui suis (*sic A*) *vel* Quis quis ‖ 1340. MEISIDEM: mus idem *vel* meis id dem ‖ 1341. ADDICAR: addicare ‖ 1343. INIUS: leno in ius ‖ 1344. HASD(ico) (*suppl Stu*): hasce mo (*vel* modo): *corr Ca* ‖

Eae súnt surruptae cúm nutrice páruolae.
LY. Iam prídem equidem istuc scíui et miratús fui
Nemínem uenire qui ístas adsererét manu.
Meaequidém profecto nón sunt. ANTA. Leno, in iús eas.
LY. De prándio tu dícis: debetúr, dabo. 1350
AG. Duplúm pro furto mi ópus est. LY. Sume hinc quídlubet.
HA. Et míhi suppliciis múltis. LY. Súme hinc quídlubet.
(ANTA. Et míhi quidem min[im]a[m] argénti. LY. Sume hinc quídlubet.
Colló rem soluam iam ómnibus quasi báiolus.
AG. Numquíd recusas cóntra me? LY. Haud uerbúm quidem. 1355
AG. Ite ígitur intro, múlieres. sed, pátrue mi,
Tuam, út dixisti, míhi desponde fíliam.
HA. Haud áliter ausim. ANTA. Béne uale. AG. Et tu béne uale.)
ANTA. Leno, árrabonem hoc pró mina mecúm fero.
LY. Perii hércle. AG. Immo haud multó post, si in ius uéneris. 1360
LY. Quin égomet tibi me addíco: quid praetóre opust?
Verum óbsecro te ut líceat simplum sóluere,

1346. EAE: Te | (S)URREPTAE | nutrice (*sic A*) *vel* mutrice ‖ 1347. equidem istuc sciui et (*sic A*) *vel* istŏs suuet ‖ 1348. MANU: manum ‖ 1349. inluseas ‖ 1350. debetur (*sic A*) *vel* debitur ‖ 1351. pro furto (*vel* pro ferto) mihi: PROFURTO | QUODIUBET: quidem (*corr Ac*) ‖ 1352. S(up)PLICIIS: supplicis | MU(lti)SSUME | QU(uodlu)BET ‖ 1353—1358. *secl Brachmannus* ‖ 1353. *om A* | *del Ca* ‖ 1354. COLLOREM: Colorem ‖ 1355. contra me: CONTRAM | HAUDUERBUM (*item membr. Turn.?*): Aduersum ‖ 1356. MI: mihi ‖ 1357. DIXTI | filiam (*sic A*) *vel* fillam ‖ 1358. aliter *vel* aliiter: ALTER | BENEUALE *ex* UALEBENE *corr* ‖ 1359. ARRABONEM: arabonem ‖ 1360. immo (*sic A*) *vel* inmo | POS***NIUS (*suppl Loe*: POS(T#I)NIUS *Stu*): post intus ‖ 1361. EGONET | ADDECO | QUID: quod | praetore (*sic A*) *vel* proto re ‖

Trecéntos Philippos: crédo, conradí potest.
Cras aúctionem fáciam. AG. Tantispér quidem
Vt sís apud me lígnea in custódia. 1365
LY. Fiát. AG. Sequere intro, pátrue mi, ut hunc festúm diem
Habeámus hilare[m] huiús malo et nostró bono.
Multúm ualete. múlta uerba fécimus:
Malúm postremo omne ád lenonem réccidit.
Nunc, quód postremumst cóndimentum fábulae,
Si plácuit, plausum póstulat comoédia. 1371

(**AGORASTOCLES.** **LYCVS.** **HANNO.**
ADVLESCENS LENO POENVS

ANTAMOENIDES.
MILES

ANTERASTYLIS. **ADELPHASIVM**
MERETRICES II

AG. Quam rém agis, miles? quí lubet patruó meo
Loqui ínclementer? né mirere múlieres
Quod eúm sequntur: módo cognouit fílias
Suas ésse hasce ambas. LY. Hém, quod uerbum aurís meas 1375
Tetigít? nunc perii. ANTA. Vnde haec perierúnt domo?

1363. philippos (*sic A*) *vel* phippos ‖ 1364. faciam # (*sic A*) *vel* faciam ‖ 1366. ut hunc: UT | diem (*sic A*) *vel* dem ‖ 1367. Habemus *vel* Habeamus (*sic A*) | *del Bent* ‖ 1369. POSTTROOMNE | (r)ECCIDIT: redit ‖ 1370. QUOD: quid ‖ 1371. comoedia (*sic A*) *vel* comoedia ‖ 1372—1422. *secl Ca* ‖ 1372. *scaenam om A* | AGIS: agitis | MELIUSCUI ‖ 1373. NEMIRERE: meminere (ne *corr B*) ‖ 1374. SEQUNTUR: secuntur ‖ 1375. esse hasce (*sic A*) *vel* hasce esse ‖ 1376. TETIGI (*et* T *s. scr.*) | ANTA. *pro* # *Sey* | HAEC: hae | DOMO: # domo ‖

AG. Carthágineinses súnt. LY. At ego sum pérditus.
Illúc ego metuei sémper, ne cognósceret
Eas áliquis: quod nunc fáctumst. uae miseró mihi.
Periére, opinor, duódeuigintí minae 1380
Qui hasce émi. AG. Et tute ípse peri⟨i⟩stí, Lyce.
HA. Quis hic ést? AG. Vtrumuis ést, [no]uel leno uél λύκος.
In séruitute hic fílias habuít tuas
Et mi aúri fur est. HA. Béllum hominem, quem nóueris.
AG. Lenó, rapacem te ésse semper crédidi: 1385
Verum étiam furacem ⟨áiunt⟩ qui norúnt magis.
LY. Accédam. per ego †te tua te genua óbsecro
Et húnc, cognatum quém tuom esse intéllego:
Quandó boni estis, út bonos facere áddecet,
Facite út ⟨uos⟩ uostro súbueniatis súpplici. 1390
Iam prídem equidem istas scíui | esse líberas
Et éxspectabam, síqui eas assererét manu[m]:
†Nam meae prosum nón sunt. tum autem aurúm tuom
Reddám quod apud mest ét ius iurandúm dabo
Me málitiose nıl fecisse, Agorástocles. 1395
AG. Quid míhi par facere sít, †cum egomet cónsulam.
Omítte genua. LY. Mítto, si ita senténtiast.
ANTA. Heús tu, leno. LY. Quíd lenonem uís inter negótium?

1377. *iteratur post 1381* ‖ 1379. # uae (*sic A*) *vel* uae ‖ 1381. Qui hasce (*sic A*) *vel* Quiasce | TUTE: tu | *add Py* | *cf. ad v. 1377* ‖ 1382—1384. *cf. 1333—1335* ‖ 1382. Vtrum uis *vel* Vt trumuis | *del ex v. 1333* | lycus ‖ 1383. abuit tua *vel* habuit duas ‖ 1384. fur *vel* for | noueris *vel* ueris ‖ 1386. *suppl Brixius* ‖ 1389. bonos *vel* bono ‖ 1390. et uestro: *corr Hasperus* ‖ 1391. equidem *vel* mequidem ‖ 1393. tuum *vel* tuam ‖ 1396. Quod: *corr Hasperus* ‖ 1398. ANTA. *pro* AG. *Sey* ‖

ANTA. Vt ⟨m⟩inam mihi argénti[m] reddas, príus
quam in neruom abdúcere.
LY. Dí meliora fáxint. ANTA. Sic est: hódie
cenabís foris: 1400
Aúrum, argentum, cóllum, leno, [s]trís re⟨s⟩ nunc
debés semul.
HA. Quíd me⟨d⟩ hac re fácere deceat, égomet
mecum cógito.
Sí uolo hunc ulcísci, litis séquar in alieno óppido,
Quántum audiui ingénium et mores éius quo[d]
pactó sient.
AD. Mí pater, nequíd tibi cum istoc reí †siet ac
massum óbsecro. 1405
ANTE. Aúsculta sorári. abi, diiunge ínimicitias
cum ínprobo.
HA. Hóc age sis, lenó: quamquam ego te mér-
uisse ut pereás scio,
Nón experiar técum. AG. Neque ego, si aúrum
mihi reddés meum.
Léno, quando ex néruo emissu's, cónpingare in
cárcerem.
LY. Iám⟨ne⟩ autem, ut solés? ⟨ANTA.⟩ Ego,
Poene, tíbi me purgatúm uolo. 1410
Síquid dixi irátus aduorsum ánimi tui senténtiam:
Íd uti ignoscas, quaéso, et quom istas ínuenisti
fílias,
Íta me di ament, ⟨út⟩ mihi uolup[tatis] est. HA.
Ígnosco et credó tibi.
ANTA. †Leno, tu autem amicam mihi des facito
aut auri mihi reddás minam.

1399. ANTA. *pro* AG. *Sey* | *add Mue duce Sey* | argentum: *corr Sey* ‖ 1400. Di *vel* De | faxint *vel* faxsit | ANTA. *pro* # *Sey* | Sic estu ideo: *corr Vss duce Haspero* | cenabis *vel* cenabilis ‖ 1401. *del et add Lipsius* | semul *vel* semel ‖ 1402. *add Bo* ‖ 1403. Si *vel* Sic ‖ 1404. pacto *vel* pecto ‖ 1405. Ni *vel* Mi | cum *vel* quom ‖ 1406. sorori *vel* soroi ‖ 1409. emissus *vel* emisus: *corr Hasperus* ‖ 1410. ne *add Spengelius,* ANTA. *Sey* | pugnatum ‖ 1413. *add et del Sey* ‖ 1414. autem *vel* atem ‖

LY. Vín tibicinám meam habere? ANTA. Níl moror tibícinam: 1415
Néscias, utrum eí maiores búccaene a⟨n⟩ mammaé sient.
LY. Dábo quae placeat. ANTA. Cúra. LY. Aurum crás[s] a⟨d⟩ te referám tuom.
AG. Fác⟨i⟩to in memoria hábeas. LY. Miles, séquere me. ANTA. Ego ueró sequor.
AG. Quíd ais, patrue? quándo hinc ire cógitas Carthâginem?
Nám tecum mihi una íre certumst. HA. Ýbi primum potero, ílico. 1420
AG. Dum aúctionem fácio, hic opus est áliquot ut manéas dies.
HA. Fáciam ita ut uis. AG. Áge sis, eamus: nós curemus. plaúdite.)

1416. eim mores *vel* ei mores | amammae ‖ 1417. *del et add Lipsius* ‖ 1418. in *vel* im ‖ 1419. cogitas cartaginem *vel* cogita carthaginem ‖ 1420. tecum mihi una (*sic A, ut vid*) *vel* tecum una ‖ 1421. facto hic opus: (faci)OOPUS | aliquod ‖ 1422. ut uis *vel* uis | # plaudite *vel* plaudite ‖

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

EX RECENSIONE

GEORGII GOETZ ET FRIDERICI SCHOELL

FASCICVLVS VI

PSEVDOLVM RVDENTEM STICHVM COMPLECTENS

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCXCVI

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

PRAEFATIO

Notae quibus utimur in hac editione hae sunt:

| ad denotandos hiatus non legitimos.

† ad corruptelam sive verborum sive metri indicandam.

* ad lacunas signandas (nisi moras deficientes per ⏑ et ‒ apposuimus).

[ ] ad delendas litteras syllabas voces personas[1]) perperam traditas maioresve interpolationes.

( ) ad secludendos versus ex dittographia vel retractione scaenica ortos.

⟨ ⟩ ad insigniendas litteras syllabas voces personas contra libros suppletas.

ad adumbrandum (personae) spatium in librorum scriptura.

A codicis rescripti Ambrosiani scripturas (quas in Pseudolo Goetzius, in Rudente et Sticho Schoellius ex parte retractavit) litteris capitalibus exprimimus adpunctis infra vel seiunctis incertioribus: alteram recensionem (*P*) litteris antiquis apponimus scripturas discrepantes per *vel* adiungentes rariusque singulos codices (Palatino-Vaticanum *B*, Palatinum Decurtatum *C*, Vaticanum Vrsinianum *D*) commemorantes.

---

*) Personae cum in quibusdam fabulis aut nullae traditae sint aut pauciores non eandem in omnibus fabulis rationem tenuimus, sed indicavimus ubi incipiunt dialogi quid secuti simus.

Scripturis a contextu discrepantibus vel signis in contextu ad mutationem indicandam adhibitis ubi nihil additum est, ad Italos redire emendationem sciendum est. Ceteroqui librorum scripturis per colon (:) discretis in adnotatione vel per signa supra posita conspicuis per voces[1]) *corr(exit)*, *trai(ecit)*, *add(idit)*, *suppl(evit)*, *del(evit)*, *secl(usit)*, *lac(unam)* *sign(avit)*, *dist(inxit)*, *discr(ipsit)* adiunximus nomina correctorum. Ex quibus haec per compendia exhibuimus: *Ac(idalius)*, *Bent(leius)*, *Bo(thius)*, *Ca(merarius)*, [*Dan(ielis)*], *Fl(eckeisenus)*, *Goe(tzius)*, *Gru(terus)*, *Gul(ielmius)*, *Guy(etus)*, *Herm(annus)*, *Lachm(annus)*, *Lamb(inus)*, (*C. F. W.*) *Mue(llerus)*, *Palm(erius)*, *Py(lades)*, *Ri(tschelius)*, *Sarac(enus)*, *Scal(iger)*, *Schoe(llius)*, *Scu(tarius)*, *Sey(ffertus)*, *Stu(demundus)*, *Turn(ebus)*, *Vss(ingius)*.

De universis rationibus nostris qui plura exspectet priores praefationes adeat. De singulis locis haud pauca adicienda sunt, etsi nequaquam omnia quae praesto sunt complecti volumus.

PSEVDOLVS. *Arg.* II 13. subditĭcio *ipsum versificatorem admisisse vix credas: cf. v. 752.* — 15. Scortum *Dziatzko ad Ter. Ad. per. 12.* — 6. tis *in codicibus Gellii servatum noluimus obscurare, etsi vix probabile est* mei *et* tis *sic olim coniuncta fuisse.* — 16. *Punctum supra* E *scriptum recte testari videtur Loewius.* — 17. Supremum habuisti se⟨mper comitem consili⟩ *Festum habuisse suspicatur Schoellius.* — 44. ⟨Il⟩lacrumans *idem.* — 65. Logi ludus *in A latere monet Seyffertus, scriptura certe deteriore.* — 82. ábducturust múlierem ⟨cras,⟩ crás. PS. Eheu *Seyffertus: certe v. suspectus est* (ábducturust múlierem— ⟨PS. Eheu. CA.⟩ Crás. PS. Eheu *Schoellius*). — 104. bona opera tua (*cf. 383*) et mea *Redslobius* '*N. phil. R.*' *a. 1888 p. 232.*

---

*) Accedunt compendia non minus perspicua *om(isit)*, *praem(isit)*, *vid(etur)*, *compr(ehendit)*, *ras(ura)*, *rubr(icator)*, *pers(ona)*, *spat(ium)* *init(iale)*, *fort(asse)*, *s(upra)* *v(ersum)*, *s(upra)* *scr(iptum)* similiaque.

Cf. Bachius Studemundi Stud. t. II p. 154 adn. — 118. *Cf. Ritschelius Parerg. p. 375 sq.* — 133. mal⟨ac⟩e habiti *Schoellius.* — 151. *Cf. Skutschius 'Forsch.' I p. 36 sq. et Seyffertus Burs. Annal. t. LXXX p. 256 adn.* — 156. *Cf. Nordenus Mus. Rhen. t. XLIX p. 205.* — 164. terta *Buechelerus Mus. Rhen. t. XLV p. 159.* — 168. Celebrate *toleravimus coll. Nonio p. 89, 24 et Cornic. fr. 66.* — 170. *De* crumĭnam *cogitat Seyffertus, de* perdat *vel* tundat (perdat) *Schoellius.* — 173. aetat(u)lam ⟨ex⟩igitis *Schoellius anapaestos discribens.* — 177. munéra multa | huc áb am. c. *Klotzius 'Metr.' p. 284.* — 184. rostros *Baierus Comm. phil. ad M. Hertz. miss. p. 279.* — 188. *Ex A quod attulit Studemundus* ***TIUM (*ubi* IUM *tantum legerat Loewius*) *id num* HEDTIUM *fuerit an* PEDITIUM *an* ENITIUM *an denique* EDYTIUM *ipse dubitat.* Hedytium *formam per se bonam subesse vult Leo in Woelfflini Arch. t. IX p. 164.* — 189. frumenti atque erui *Schoellius.* — 193. *Sub* exbaliato (*A*) *similem latere lusum ac v. 585*[a] *suspicatur idem* (*velut* exbali⟨ne⟩ato). — 201. *In Ambrosiano utrum* PROFECTUS *an* PROFECTOS *fuerit aegre dicas.* — 208. Váh tace! # Quid ést? # Male ‖ Mórigerús mi: mále facis, ‖ Quóm sermoni huic óbsonas *Richterus Studem. Stud. t. I p. 638 adn.* — 218. *De* Ain, excetra tu *cf. Seyffertus in Burs. Annal. t. LXXX p. 343: etsi non omnem dubitationem tollit.* — 234. Mittam hódie huic suo die nátali ego *Seyffertus ex A et B codicum vestigiis.* — 237. qua in *etiam C habet* (*non* quam). — 239. *Cf. Skutschius 'Forsch.' I p. 149.* — 245. mane est conloqui *libri habent: quod ex maiore editione non satis apparet.* — 252. Vorte hác te, puere. # ⟨Án⟩ non *Schoellius coll. v. 968.* — 255. Bállio, audi, súrdu's. # Profecto inánilogistae *Klotzius p. 82.* — 257. *Pro* BALL. *in editione maiore* PSEVD. *falso relictum est.* — 263 sq. Sció qui fuit: ‖ Nunc qui ést is ipsus ‖ Sciat. ámbula tu *Seyffertus.* — 277. *Si revera in A est* ROGITAUI, *ut Studemundus testatur, tum hoc ad*

reuocaui *spectare videatur.* — 279. quámque ad promisít diem *Redslobius Annal. philol. t. CXLIII p. 216.* — 285. prid& *etiam D habet ante corr. teste Studemundo.* — 292. *Inter* ISTAM *et* AMPLEXATOR *recte punctum testari videtur Loewius: etsi aegre dicas quid id sibi velit.* — 299. que oc (o *in ras.*) *etiam B ante corr. teste Studemundo.* — 319. *Cf. Marius Plotius p. 472, 4 K.* — 340. rogo ẽ *D teste Studemundo.* — 356. pius s⟨is⟩, istoc genere *Seyffertus.* — 364. Legerupa, *ut 361* busterape *et 975* legerupam, *tutatur Havetus 'Rev. de phil.' t. XVI p. 100.* — 366. PS. Leno. CA. Caenum *Richterus l. s. s. p. 421.* — 371. Ten *non sollicitavimus: an* ne *affirmantis est?* — 372. *Duas recensiones confusas esse censet Seyffertus* (Séd quamquam m. m. in me dícta dixistís, tamen = Vérum quamquam m. m. dícta dixistís mihi)*; item v. 389* (própera, adduc hominém cito = ádduc hominem céleriter)*; item v. 392* [(dilectúm para) Éx multis: ex íllis paucis únum qui certúst, cedo = (dilectúm para) Átque exquire ex íllis paucis únum qui certús siet]. — 387. tempori *BCD habent.* — 398. *Parallelum esse versibus 399 sq. suspicatur Goetzius.* — 453. int̄ *pro* itur *Donati codex vetustissimus Parisinus.* — 467. *Spatium quod est in CD utrum ad personam indicandam pertineat an ad versus discriptionem pristinam ut hoc loco incertum est, ita saepissime: talia igitur ut inutilia in hac quidem editione ne commemoravimus quidem.* — 493. Erilem *Goetzius, item Seyffertus.* — 497. Peccata mea sunt *rectissime in ed. revocavit Morrisius.* — 508. ⟨ultro⟩ argentúm dabis *Seyffertus.* — 510 sqq. PS. Dabis — Iam díco ut a me cáueas — certe edepól. scio. SI. Si *e. q. s. idem.* — 532. Virtúte ⟨uel⟩ re⟨gi⟩ *Schoellius.* — 541. Qui me aére circumuórtant *Seyffertus.* — 543[b]. si *ante* de *in editionis maioris contextu errore intercidit.* — 591. CIUEANT *pro* CLUEANT *recte testari videtur Loewius.* — 593 sq. machaera *correpta altera syllaba non sine haesitatione admisimus.* — 608. *Cf. Auson. Ep. ad Paul. p. 274, 20 ed. Peip.:* Pro-

musque quam condus magis. — 623 sq. *Cf. Brixius ad Men. v. 370.* — 625. Tun? attulistin? *in A latere videtur Goetzio.* — 639 sq. *Cf. Studemundus apud Prehnium p. 3.* — 649. *Anacoluthon tulimus Seyfferti suasu.* — 650. Suam⟨pte⟩ *Schoellius.* — 654. qui *B habet teste Hinckio.* — 659. Doliarem claudam crassam *et optimus codex Paris. Donati et recentiores libri habent.* — 672. dolori *CD habent,* fallicię *B.* — 673. hic ⟨est⟩ amica *Schoellius.* — 705ª. *Pro* TRIS (*A*) *suspiceris* τρίς *olim scriptum fuisse.* — 760. nunc ⟨arx⟩ peruiast *Schoellius.* — 792. Nam ego sí iuratus péiorem hominem quaérerem Coqum, non *e. q. s. toleravimus, ubi* peiorem h., s. i. qu., *Morrisius.* — 800. si erás coquos Tu sólus praeter álios *distinguit Seyffertus* (*coll. Amph. 640, Asin. 856, Mil. 1383*) sedebas = '*desidebas*' *interpretatus: at cf. v. 807.* — 802. uitio *pro* auaritia *Schoellius* [*item Leo* '*Forsch.*' *p. 249*]. — 817. *Cf. v. 1054 et Fleckeisenus Annal. philol. t. CXLV p. 676 sqq.* — 856. intro *quod Redslobius proposuit* '*N. phil. Rundschau*' *a. 1888 p. 231 neque Ambrosiani spatiis convenit neque sententiae.* — 897. ⟨hoc⟩ opere *Schoellius.* — 914. Ipsuc (*corr. ex* ipsum) *B.* Ipse istuc ego *e. q. s. Sonnenscheinius* '*Berl. ph. Wschr.*' a. *1888 p. 657.* — 918. *Cf. Lachmannus ad Prop. II 3, 43 p. 113.* — 935. condedit *D.* — 949. effici⟨es hoc,⟩ túm faxo magis dícas *Schoellius.* — 951. ubi sit ostium lenonium *Seyffertus.* — 954. SI. *initio om. B. Versum etsi suspectissimum relinquere maluimus.* — 977. scibin *ex* sciuin *D.* — 985. hec res *etiam B habet.* — 991. Polymachaéroplagidem élocutu's nómine *Schoellius.* — 997. *Sub finem versus constat A habere* SMODO, *quibus* A *praecedere videtur: certe Studemundi lectio non magis certa est quam Loewii.* — 1047. percunctetis *etiam B teste Augusto Mau.* — 1054. libet nunc *BCD.* — 1059. *In A olim fuisse* hominem ubi *pro* hominem si *Goetzius suspicatur.* — 1067. adte *CD.* atte *B.* — 1072. prosit *B.* — 1093. *Corrige* ⟨BA.⟩ Qui: *nam* Qui *libri omnes.* — 1103. imperium sui eri

seruos facit *Schoellius.* — 1113. Ímperatumst, étsi abest, ‖ Híc adesse erum árbitror *ex incertis Veteris vestigiis* (Impetratum est) *elicit Seyffertus.* — 1120. Vénio huc ultro út sciam quíd rei siét, ‖ Ne íllic homo me lúdificetur *Seyffertus.* — 1175. Quam uelis *tutatur Seyffertus.* — 1178. *Spat. pro* SI. *in B relictum est.* — 1192. argenti te *D.* — 1204. Non confecit sýcophanta núgas: meditatús malest *Sauppius Quaest. Pl.* (*a. 1886*) *p. 17.* — 1231. Peregrinós ⟨iam⟩ absoluam *Seyffertus.* — 1240. commoedius *CD.* — 1242. ei ultro ófferam *Seyffertus.* — 1251. *Donatus ad Eun. IV 5, 1:* Adeo his quae sequuntur quasi subtilem fraudem ebrietatis inducit Plautus de uino: idem sic: temptatura pedes olim uincturaque linguam *secundum bonos libros: intercidit Pseudoli testimonium.* — 1268[b]. prōthyme *in vocabulo hybrido admisimus, nisi males* prothyme sumpsimus *traicere.* — 1271. *Cf. Langenus 'Berl. ph. Wochenschr.' a. 1891 p. 398* (*de* ibīdem *dubitans*) *et Seyffertus in Burs. Annal. t. LXXX p. 261.* — 1274. Nimi⟨s⟩ ex disciplina *Schoellius.* — 1276. ⟨Ad⟩plaúdunt, *πάλιν* clamitánt me, ut *e. q. s. Schoellius. De accusativo cf. Asin. v. 390.* — 1300. pérgin inrúctare os mihí *Schoellius.* — 1320. Heu heu heu. PS. Desine ⟨ohe⟩ *Seyffertus.* — 1330 sq. *Pro Seyfferto et Ritschelio etiam in maiore editione Hermanni nomen ponendum fuit.*

RVDENS. *Ad prologum cf. Marxius Ind. schol. Gryphisw. a. 1892 p. III sqq.* (*qui delet v.* 6 sqq. 13 sq. 16 [*v.* 15 *inter v.* 18 *et* 19 *reiciens*]. 21. 26 sq.). — 11. facta hominum ⟨atque⟩ mores *idem.* — 26. FA** IU***QU— *et v.* 31 NU— *comparent.* — 69. *Cf. C. G. L. t. V p. 207, 38 G.:* Hibernas magnas et turbidas: hoc Virgilius. Plautus enim 'increpui ⟨hi⟩bernum'. — 77. illius, e. u. h., senis *Maehlyus 'N. philol. Rdsch.' a. 1887 p. 178 ante Sonnenscheinium.* — 97. sceparnio (*non* ceparnio) *D teste Studemundo.* — 107. secus numquam ⟨hercle⟩ ullum *Langius Annal. philol. t. CXLIX p. 276.* — 111. Quo nox furatum uenias uestigas loca.

PL. Ah *Fleckeisenus Annal. philol. t. CXLIX p. 850* (nox *cum Dousa,* Ah *cum Schoellio*): *cf. Seyffertus Burs. Annal. t. LXXXIV p. 60* (*vix recte de* speculas *pro* uestigas *cogitans: neque* fur[a] tu[m] *probabile videtur*). — 112. adprobe *Fleckeisenus cum Hermanno 'Zschr. f. A. W.' a. 1835 p. 59: at cf. Cas. 257 sq.* — 121. in *pro* ni *absoluta correctura irrepsit.* — 125. uideras *Marxius l. s. s. p. XIII.* — 135. *Cf. C. G. L. t. II p. 66, 46 G.:* extar⟨is a⟩ulla: ubi exta ⟨co⟩quebantur (*vide Dammannum Comment. Ien. t. V p. 20*). — 156. sunt hi⟨sce⟩ *Marxius.* sunt ⟨is⟩ti *Seyffertus* (isti sunt *Bachius p. 361*). — 169 sqq. *Cf. Richterus in Studem. Stud. I p. 527 sq. et ad v.* 177 *p. 502; 551.* — 194. *Reizianus videtur Schoellio* (*ut v. 195 et 185* [*sq.?*]): Datis dí: nam quid habebúnt sibi ⟨s⟩igni ímpii posthac [*item Leo 'Pl. Forsch.' p. 102*]. — 196. sciam ⟨quid⟩ *Seyffertus.* sciam ⟨umquam⟩ *Schoellius.* — 205. A *post* SOL *apparet.* — 206. *Traiectionem plerisque probatam improbat Skutschius 'Forsch.' I p. 158* homo mi ob uíam uenit *metiens, ubi paulo rectius de* homo míhi obuiám uenit *cogitabimus.* — 211. (sa)LTE(m) *apparet. Ceterum cum A v.* 215 *non habeat, contra inter v.* 206 *et* 207 *duos* (*vel unum bipertitum*) *habuisse videatur, de ipso v. 215 priore loco interiecto cogitat Schoellius, ubi vix minus quadrat.* — 218. *Tripodiam iamb. acatal. cum dim. iamb. catal. ex AP admisimus valde dubitanter.* — 219. umquam quicquam is *Prehnius de pron. indef. p. 14 adn. ante Langium l. s. s. p. 279.* — 244. TUFAC— *apparet.* — 253 sq. *Deleto* Videsne *post dim. cret. duos senarios constituit Baierus l. s. s. p. 280.* Quid uides? ‖ Fanum amabo uidesne hoc? *trai. Fieldius 'Class. rev.' a. 1894 p. 100.* — 255. *Possis* Haúd longe áběsse opórtet. — 263 sqq. Puéllae sed únd(e) uos ‖ Íre cum úuida *et v.* 283 Véneri cíbo meo *metitur Seyffertus.* — 273 sq. *Ordinem in apparatu edit. maioris turbatum facile corriges.* — 291. nec ⟨e⟩didicere a. u. *Marxius l. s. s. p. X sq., mox* (h)ostrias *scripturam defendens.*

Idem v. 300—302 *pro dittographia habet, neglegens antea omni de vita piscatoria dici, postea de ipso quo agitur die. Denique v.* 304 capsimu', incenati sumus *cum Leone defendit, quamquam ferri nequit propter sententiam.* — 321. ⟨or⟩natus *Sonnenscheinius.* — 344. uocauit ‖ Ad prandiũ *etiam D teste Studemundo.* — 375. Tuo⟨st⟩ *Seyffertus.* — 384. obseruat̃ *B et* obseruet *D teste Studemundo: ubi si* obseruet *archetypi fuerit* falsust = '*nescit, incertus est' explicari posse monet Seyffertus.* — 396. *De* ibidem *cf. ad Pseud. 1271* (*possis* ibidem ⟨intus⟩). — 399. sese *pro* se sic *Seyffertus.* — 417 sq. si nox Venus ⟨te huc duxerit⟩ *Fleckeisenus l. s. s.* (nox *cum Carrione,* Venus *cum Vsenero*) *obloquente Seyfferto l. s. s.* — manem (*non* inanem) *B quoque teste Studemundo: atque* nunc — mane *apte opponi verbis* mox — uesperi *monuit Seyffertus* (mane munerem *Ellisius* '*Class. rev.' a. 1891 p. 206*). — 430. huc *errore intercidit in edit. mai.* — 455 sq. prius quam ⟨is⟩ huc *Seyffertus, quem videas Burs. Annal. t. LXXX p. 293. Cf. Klotzius* '*Altr. Metr.' p. 189, 247.* — 459. tantam, ut (*i. e.* '*perinde ut*') *dist. Seyffertus: quamquam cf. v. 461.* — 468. metuis *pro* melius *idem,* μέλλεις *Onionsius ante Geldartum* (*apud Nettleshipium* '*Journ. of Philol.' t. XIX p. 109*). — 494. ⟨hisce⟩ oculis *Marxius p. XV sq.* — 497. adduxisti ⟨hospitem⟩ *Langius Annal. philol. t. CXXXIX p. 75.* — 509. 7 (*i. e.* et) tereo *etiam B teste Studemundo.* — 521. tanta *in eiusmodi locutionibus tam saepe recurrit modo iuxta* tanto *traditum modo a recentioribus demum in* tanto *mutatum, ut retinendum videatur Schoellio et cogitandum de locutione ex ratione numerandi desumpta.* — 528 sqq. *Quod Seyffertus cum eoque Sonnenscheinius hiatus in versibus sequentibus syllabis iteratis removere studuerunt, ideo minus probamus, quia in priore parte scaenae ubi item* '*corusca verba' prae tremore fabulatur Labrax hoc artificium locum non habet.* — 529. ⟨usquam⟩ ullum *Langius Annal. philol. t. CXLV p. 512 et CXLIX p. 281 sq.* —

533. ANITINA *potius quam* ANETINA *A. Ibidem* uterem *L. Muellerus ad Nonium* (*ubi vide adnotata*). — 538. ⟨Qui?⟩ qui auderem *Nettleshipius l. s. s.* Qui ⟨una⟩ auderem *Marxius p. XII reprobato* Quia. — 556. *Post* NEGOTIUM *inferior saltem hasta litterae* (E?) *certissime apparet.* — 574. *Quod punctum s. v. in priore parte notavit Studemundus nil nisi macula antiqua esse videtur.* — 575. *Quod* loco *s. f. v. deest, fortasse respondet* Miris *ineunte v.* 593 *deficiens* (*intercedente scaena*): *unde corrigenda esse intellexit quae praef. p. XVIII disputaverat Schoellius, aliis rationibus impugnata a Seyfferto* '*Berl. philol. Wschr.*' *a. 1887 p. 1628.*[1]) — 579. quod ⟨hodie⟩ elaui *Sonnenscheinius.* — 581. nisi (*non* nisi si [*sic BC*]) *D teste Studemundo.* — 583. sat ciuiumst *Langrehrius* '*Plautina*' *ed. a. 1888 p. 9.* — 588. MARE *nequaquam prorsus evanidum est.* — 594 sq. *Donatus ad And. II 5, 19 qui hos v.* (= *Merc. 225 sq.*) *adfert,* danunt (*in editionibus omissum*) *servavit* (dan uno *cod. Paris. vetust. teste Wessnero*). — 599. ASCENSIONEM *nunc abscissum.* — 601. Viděbatur *neglecto et A et v. 607 defendit Skutschius p. 108 adn.* (*melius iudicavit Klotzius p. 89*). — 616. REGIONIBUS *apparet.* — 636. re *pro* rẽ (*B*) *operarum vitium in edit. mai. est et* speres (*non* speras) *cum BC etiam D habet teste Studemundo.* — 656. mágno suo fecít hercle *sine hiatu Seyffertus dubitanter. Locus vix sanus.* — 663. ecca⟨s⟩ egrediuntur ipsae huc *trai. Bachius p. 409* (*bene*) *et* timidae e⟨x⟩-sangue⟨s⟩ *corr. Nettleshipius l. s. s.* (*inconcinne*). — 674 sq. *Reizianum separavimus cum Sonnenscheinio Seyffertoque* (*qui antea* Sed núnc sese ut ferúnt res | Fortúnaeque nóstrae, par ⟨nó⟩s est moríri *discribit*). — 677. *De* obsecro, ⟨nam⟩ quis est *Seyffertus, de* obsecro

---

[1]) *Item in prima parte fabulae intellexit quaedam paulo aliter informanda esse, ubi apertissime hae sibi lacunae respondent:* 166: 186 sq.; 205 sq.: 221; 237: 256; 295: 312. *Sed haec similiaque quae retractanda esse videntur hoc loco persequi non possumus.*

⟨te,⟩ q. e. *vel* ⟨dic⟩ q. e. *Schoellius cogitant.* — 686. *Non recte omnes adhuc cum Pylade* hoc *pro* hunc *scripsisse intellexit Schoellius, velut* edepol ⟨diem⟩ hunc acerbum *supplens. Quod vero D lacunam pro personae spatio habuit, mirum est denuo Sonnenscheinium secutum esse, praesertim cum persona vel sic traicienda fuerit.* — 687. unde ⟨is ani⟩mus *Seyffertus itemque* ⟨iste ani⟩-mus *Studemundus apud Bachium p. 227 duce Fleckeiseno: at cf. Amph. 250 multaque similia.* — 700. NEIN— (*certe non* NEQ.) *A non dubio priore* N. — 702. UEN(US)— *nequaquam improbabile est.* — 712. *Post* — EDO *non 'vix', sed nullo modo locum habet* ARBITRŪ. — 726. opus est argento arido *Nonii auctorem habuisse putat L. Muellerus.* — 738. (NAM)Q· *nequaquam probabilis est lectio.* — 740. cirenensis *ex* cireriensis *corr. ipse B teste Studemundo.* — 743. *Post* MEMET *vix* A *locum habet, sed potius* E. — 745. ego pro, *non* pro, *D teste Studemundo* (*?*). — 746. *Cum Schmidtio facit Bachius p. 332.* — 753. offerrumentas *D teste Studemundo.* — 763. tibi fiet in ore messis m. p. *Sonnenscheinius.* — 766. lignum *pro* ignem *iam Schoellius in appendice ante Sonnenscheinium.* — 781. COPIAEST *A.* copia est *CD.* copiast *B: an* copiaest*? Cf. quae ad Merc. 990 adnotavimus.* — 783. Meás quidem té inuito *reliquimus.* — 786. ambos ilico *Goetzius.* — 805. [ad]uenit (*vel* adest *vel* redit) *Studemundus apud Richterum p. 428.* — 818. cum ero seruos *trai. Seyffertus.* — 822. Herculi fit *Palmerus 'Journ. of Philol.' t. XVI p. 38.* — 843. lapidibus? nequissimum *Seyffertus coll. Trin. 1036.* — 857 *Ante* ENT (*ubi* TRA *vel* ACR — *vix* DAR, *nedum* TRADER — *locum habere adnotabat Studemundus*) *nihil iam superest, ut in multis* (*etiam ex eis de quibus falsa olim rettulerat Schoellius ex falsis indiciis vestigiisque*). *Ceterum* darent *nihilo minus suadet Seyffertus coll. Capt. 1019, duas lectiones* ad carnificem darent *et* carnifici traderent *coaluisse ratus.* — 859. exules dica *Palmerus l. s. s.: ubi* exulem *coll. v. 325 defendit Langrehrius l. s. s.* —

861 sq. *Nihil egit Appuhnius Quaest. Pl. p. 71 sq.* abduxisti *defendens* (*cf. Persa 522 ACD: B*). — 885. ⟨Tuo⟩ istu⟨c⟩ capiti *Bachius p. 280.* — 887 sq. (*ubi* columbam *tenet Schoellius*) Nam collus in columbari haud *trai. Lindsayus 'Class. rev.' t. VI p. 404,* Nam in columbari collu(s) haud *defendunt Leo et Skutschius, etsi hic locus non una ratione parum aptus est ad demonstrandum.* — 909. *Cf. Fleckeisenus Annal. philol. t. CXLVII p. 198 sq. et CLI p. 278, qui et* locis *deletum et* re⟨d⟩ducem *illatum improbans iam corr. et trai.:* locis templis⟨que⟩ ornatum pulcre ‖ Reducem pluruma praeda onustum expediuit. *De adiectivo sub* locis *latente vel de versu post v. 908 supplendo cogitat Seyffertus de* expediuit reducem *locutione potius quam de* re⟨d⟩ducem *forma dubitans.* — 924ᶜ. hic inest *CD, non FZ tantum, habent.* — 928 sqq. *Dimetros mox necessarios iam a v. 931 incohandos videri monet Seyffertus.* — 933 sqq. *Cf. Buechelerus Mus. Rhen. t. XLV p. 334.* — 938. *Cf. C. G. L. V p. 241, 22 = 145, 13 G.:* rudentem Plautus genere feminino dixit 'dum ergo tibi hanc (*sic liber gl.:* dum ergo hanc *Placidus cod. Paris.*) quam trahis rudentem conplico' in fabula Rudente. — 946. audies. ⟨GR.⟩ post. ⟨TR. nunc⟩ *Seyffertus.* audies: ⟨o⟩pust *Nencinius 'Stud. ital. di filol. cl.' t. III p. 112.* — 952 sqq. Sí fidém modo dás mihi té nón fore infídum ‖ Dó fidém tibi: fídus eró quísquis es aúdi *Seyffertus coll. Cas. 958 sq.* (*vide Burs. Annal. t. LXXX p. 284 sq.*). — 962. omne hoc *traiciens dimetros continuat Brixius.* — 977. ⟨Ais⟩ne (*vel* Ain) i. i. *Goetzius.* ⟨Ita⟩ne, i. i. *Seyffertus* (*etiam cogitans de* In mari inuentum[st] commune estne? GR. I. i. *Vbi etsi* In mari inuentust: communest *per se optime ferri potest, tamen sententiarum conexus* [*cf. v. 975. 980*] *receptam emendationem satis firmare videtur*). — 998. magni ⟨au⟩tem *Seyffertus.* — 1003. TR. ⟨Itane? GR.⟩ Ita enim uero. ⟨TR.⟩ *idem duce Reizio et Brixio.* — 1055 sqq. *Haud pauca in A abscissa et ante a. 1885 et postea* (*item in foliis*

similiter comparatis). *Sed v.* 1028 NEQ·— *et v.* 1038 ADMEU— *apparent. V. autem* 1005 — EES *ad* (SANUSN)EES *redire* (*sic Sonnenscheinius, cum Fleckeiseno faciens*) *ideo affirmari nequit, quia spatium non sufficit ad lectionem totam recipiendam.* — 1006. At cerritus égo: hunc *Schoellius spreto* cerritu(s) hunc. — 1011. Vin pugnare *Morrisius* '*Americ. Journ. of Philol.*' *t. X p. 417.* — 1040. eo *pro* ibo *Sonnenscheinius*, uirum *pro* arbitrum *Schoellius.* — 1042. istac *pro* istuc *Seyffertus.* — 1046. uxor ne *trai. Brixius.* — 1053. *Versum immodulatiorem admisimus dubitanter, praesertim cum B aliorsum ducat.* — 1086. Cum crepundiis *Leo de Vidul. p. 16.* — 1087. exaequabim' *D teste Studemundo.* — 1100. istaec ego *coll. v. 1359 Seyffertus.* — 1111. Athenis periit parua (Ath. parua p. *in appendice reiecerat Schoellius*) *recepit Sonnenscheinius.* — 1114. quiá tacitast bona *defendit Klotzius p. 262, vix recte. Cf. Hermannus Opusc. I p. 211.* — 1124. etiam carnem, nil aufert tamen *Karstenus Mnemos. t. XVIII p. 313* (auferet *etiam D teste Studemundo*). — 1127. Ac (*vulgo* At *cum Lambino*) *tutatur Seyffertus coll. Epid. 470, al.* — 1136. tamen istic quidquid inerit uobis ⟨omne⟩ *idem et v.* 1138 meo hercle ⟨inius merum⟩. — 1139 sq. *Pro* inme (anne *vulgo cum Valla minus convenienter sermoni*) *de* etiam *vel* tamen *cogitat Seyffertus, de* omne *Schoellius itemque* (*vel* omnia) *Goetzius, mox* Non feret (*scil. omnia*), etsi (*pro* nisi) *exspectans.* — 1152. haud ⟨tuomp⟩te orat *Nencinius l. s. s. p. 103 praeeunte* haud tuom o. *Sonnenscheinio.* haud ⟨pro⟩ te o. *Seyffertus.* — 1169 sq. *Cf. Appuhnius l. s. s. p. 72* (et *s. f. v. retinuimus, etsi minime recte se habere arbitramur*). — 1196. ⟨nil⟩ neque speraui *Seyffertus.* — 1204. et *pro* atque (*sic libri cum Nonio*) *vitium est in edit. mai.* — 1208. Sunt . . . sacres? *dist. Goetzius.* — 1248. nisi quod iust⟨umst⟩ *Langrehrius l. s. s.* mihi cum f⟨r⟩ud⟨e⟩ *Seyffertus.* mihi cum ⟨in⟩luu⟨ie⟩ *Schoellius.* — 1254. ne molestu's *pro* ne molestus sis *aegre admisimus, praesertim cum* Abi

intró, molestus né sis *praesto fuerit.* — 1259. Nam cum illoc si erus iniquos *Langrehrius l. s. s. p. 10.* — 1268. *De* popularis est mi — ⟦ opinor. ⟦ et nupturast? *cogitat Schoellius.* — 1275. *Neque* eā (*sane non* ei) *in B suprascriptum esse adnotare neglexerat idem neque cum Fleckeiseno verba traiecerat* (*sed* adueniens salutem eam) *ut Sonnenscheinius scribit* Etiam[ne] eam *exhibens.* — 1276 sq. Censeo. [PL.] quid postea? ⟨PL.⟩ Etiamne *Seyffertus.* — 1284 sq. *Hos v. secl. Sonnenscheinius. De* Nam *dubitat Seyffertus,* Enim *coniciens.* — 1290. *Lacunam quam in appendice improbando commemoraverat Schoellius, statuit Seyffertus apud Sonnenscheinium.* — 1307. ⟨mi⟩ et alii *idem leniore quam commodiore supplemento.* letali *Palmerus Hermath. t. XX p. 71.* — 1311. periit? GR. Tamen — LA. Sine, aliud f. *Sonnenscheinius ducibus Spengelio Schoellioque.* periit tamen? [GR.] sine hoc, aliud f. ⟨GR.⟩ *Studemundus.* — 1313. auri ⟨probi⟩ *Seyffertus duce Schoellio et mox* centum ⟨tetrachu⟩m[n]a Philipp[i]a *et v.* 1316 ⟨hercle⟩ e[r]go *et v.* 1328 sq. [GR.] abi igitur. GR. (*pro* LA.) Audi. [GR.] Si hercle abiero hinc, hic non ero. LA. *Seyffertus* (*ubi* GR. Abi igitur. LA. Audi. [GR.] Si hercle abiero hinc, hic non ero. [LA] *Sonnenscheinius, nos praestare scripturam in proecdosi receptam putamus*). — 1324. *Cf. Skutschius p. 19.* — 1331. *Cf. Donatus ad Ter. Eun. II 2, 21:* ut Plautus in Rudente 'uel tu ais uel negas' (*cf. Sabbadinius 'Stud. ital. di filol. cl.' t. III p. 300*). — 1335 sq. *Verba* id quod. . . Teneo *cum Langeno delet Langrehrius p. 11: ubi de lacuna Schoellio adsentiens Seyffertus suppl.* ⟨sunt mihi meae aures atque lingua Atque utor recte:⟩ id quod *e. q. s.* — 1342. [GR.] Tum ego huíc — ⟨GR.⟩ 'Gripó dico' ínquito *Seyffertus ex CD* (*mox* huic, Gripo dico, *distinguens*). — 1345. Si⟨quid⟩ *idem praeeunte* Si⟨qui⟩ *Schoellio.* — 1347. uti *pro* ubi *idem duce Muellero.* — 1381. *Cf. Pseud. 1069, ubi item* instipul. *P cum Prisciano* (stipul. *A*). — 1382. natus annos *admitti posse admissa*

ui[gi]nti *pronuntiatione Goetzius monet* (*cf.* 'venti' *et C. I. L. t. VIII 8573*). — 1382. Ali⟨en⟩ost opus *Brixius.* ⟨Hoc?⟩ aliost opus *Palmerus Hermath. XIII p.* 235. — 1384. # Inteor # (*non* Inteor #) *B.* — 1389. tibi (*non* te) benignus *etiam D teste Studemundo.* — 1401. *Cf. Skutschius p. 55* (*videtur* unum istuc *traiciendum cum Reizio, servato* uel hĕrcle *coll. Aul. 831 et Bacch. 902 ex Seyfferti adnotatione*). — 1409. dimidium tibi *libri* (tibi dimidium *errore remansit in proecdosi*). — 1413. ego me hercle mauolo *trai. Studemundus* (*cf. 1138, al.*), *melius sane quam* ⟨Tu⟩ hercle: at ego me *cum Reizio vulgo receptum.*

STICHVS. *Arg.* II 7. retinent *Opitzius Stud. Lips. t. IV p. 266, fortasse recte.* — *v.* 1 sqq. *Duce A logaoedicos cum aliis constituit Seyffertus:* Crédo egó miserám, ‖ Fuísse Pénelopám, ‖ Sóror, suo éx animó ‖ Quaé tam diú uiduá ‖ Víro suó caruít ‖ Nám nos eíus animúm. — 4. Eorumque *Seyffertus 'Berl. philol. Wschr.' t. IV p. 1130 et Vssingius.* — 10. *Cf. Paulius de* VNVS *nom. num. p. 24 adn.* — 32. ecquid ⟨índ⟩agent *Schoellius, nisi* ecquíd agant *coll. 'age siquid agis' sim. defendas.* — 44. faciant (aliter) *vix recte sic defendas, ut 'aestiment' significare sumas.* — 49. eos *del. Lambinus ante Bothium.* — 50. pol mihi *recipiendum esse monuit Seyffertus l. s. s. Ad* huius *cf. Bachius p. 363.* — 61. opus sit *defendit Seyffertus coll. v. 69.* — 64. UIDENTUR (UR *per ligaturam*) *habet A* (*iudice etiam Goetzio*), *non* UIDENTIR, *etsi minus probabile dicit Studemundus.* — 68. apati *pro* # pati (*nam* # *om. B*) *ad* A. pati *i. e.* PAN. (*quae prima loquitur*) *refert Seyffertus Burs. Annal. t. LXXXIV p. 51, quo stabiliatur distributio Ladewigiana easdemque partes teneat illa quam in versibus interpolatis 48 sqq. ei tribuerunt Itali. Quamquam cf. 556* ([a] facis) *similiaque.* — 76. lascessam (*non* lascescam) *habet* D^1: *corr.* D^4. — 79. LITUS *fere certum. Ceterum* scio litis fore — ego meas noui optume —, Si manere h. s. m. p. q. a. nubere. Non faciam (*scil.* '*litis*': *cf. v. 83*)

dist. Seyffertus. — 83. TURBES (*vix* TURBAS) *A et v.* 84 *s. f.* INT *non 'incertae' (Loewius), sed non conspicuae ac vix spatio aptae (potius* IT*).* — 86. agam *a Ritschelio deletum (in quo reconditius aliquid latere suspicatur Seyffertus) pro discrepanti scriptura ad v. 84* (Sic faciam) *habet Schoellius: quae eo facilius in hunc v. transferri potuit, quia* faciam *hic quoque exstat.* — 87 MULPA *legitur* (MULTA *As*) *et v.* 88 *s. f.* D *certum,* IT *incertae (om. As).* — 90. istic *in A accessisse ex scriptura discrepanti* (agite istic *pro* ilico agite) *Schoellius Seyffertusque monuerunt.* — 94. procuras me: satis *vel* procuras: mihi satis *Abraham Stud. Pl. p. 235, neglegens* bene *hoc loco addi ad* procuras, *quo differt ab exemplis in comparationem adhibitis.* — 98. quibus tu esse nos uoluisti *trai. Schoellius.* — 106. sedutraque *mire defendit Lindsayus de l. l. (ed. 1894) p. 450. Facilius admittas:* sed (*scil.* 'ita ad vos magistras venio') ut utraque mihi dicat. — 114. OP(OB *As*)TURENT *A cum B.* — 117. QUAENE (*non* QUAERI) *certum.* — 145sq. ut potestis. PAN. Optume: Nunc *Langius Annal. philol. t. CXLVII p. 432 offensus locutione singulari, sed minime vitiosa* ut potestis optume. — 158ª. Quam egó meae matri réf⟨f⟩ero *Seyffertus, versum immodulatiorem dubia sane forma emendans.* — 167. Auditaui ⟨hercle⟩ saepe *Fleckeisenus Annal. philol. t. CXLV p. 213.* — 168. GRAUIDAS (*vix* OS): *nam ante* S *apparet hastula quae* O *excludat, cum* A *conveniat: ex litterulis suprascriptis apparet* A *et altera pars* M *litterae.* — 173. *Palatinorum scripturam ad* i. sup. explementum *revocat Seyffertus.* — 175. *De* inde *delendo consentit Skutschius p. 80 adn. Quamquam res valde dubia est, cum moneat Seyffertus (cum Antibarbaro Krebsiano) in eiusmodi coniunctione* inde iam *coniungi solere, nisi quod Trin. 305* inde *sine* iam *exstet,* iam *vero sine* inde *in solo prol. Men. 1. De utroque delendo cogitat Goetzius* (Quia á p. p.), *cum* Quia in(de) iam á p. p. *admittat Seyffertus Burs. Annal. t. LXXX p. 256 adn.* — 182. ME *certum: falsa* N *litterae species a Stude-*

mundo notatae: lineola media apparet. — 189. uerbumst *Abraham* ‘*Wschr. f. kl. Philol.*’ *t. II p. 451 ante Bachium p. 353 sq.* — 202. quicquid est *Prehnius de pron. indef. p. 4 adn.* — 219. *Vtrum* necessust *an* necessumst *recipias, dubium: hoc praetulimus, cum praecedat* decretust *pro* decretumst *in eodem A.* — 226. iunctiones *praetulimus, quia* συμπλοκαί (*non* unctiones) *ad* ‘*logos ridiculos*’ *vendundos pertinere possunt.* — 228. *Festi locum huc iam Muellerus p. 262 sq. revocaverat.* — 237. hę cẽ *B teste Studemundo* (he ẽẽ *teste Hinckio*). — 239. (GE)I(ASIME) *probabilius quam* (GE)T (*sic As*) *ac fere certum.* — 260 sqq. *Cf. Redslobius* ‘*Philol. Rdsch.*’ *t. VI p. 279 et Bachius p. 413* (*prorsus cum Luchsio faciens*). — 267. DIẼ (*non* DIE) *apparet.* — 277. proloco qui (*non* proloco) *B.* — 292. non *pro* nam (*vulgo* iam) *Vssingius.* — 296. nisi sciat *reliquimus* (nescia *Vssingius*), *ut quod significare fortasse possit* ‘*nisi comperiat a me revera adesse, tantum bonum exoptare vix audeat.*’ *De corruptela cogitans e. g.* si optiost (*cf. Mil. 170*) *vel* amplius (*cf. Capt. 777. Liv. XXI 43, 5*) *temptat Seyffertus.* — 311. sualeant *B.* — 326ª. ⟨eho,⟩ ubist? *vel* ubist? ⟨GE. Em.⟩ *Schoellius.* — 330. *Tetrap. troch. catal. cum trip. catal. notavimus: quamquam cf. Seyffertus Burs. Annal. t. LXXX p. 237.* — 336. Omnia m. l. m. tenet — *dist. Schoellius: nam* ita celeri curriculo fui *cum his verbis cohaerent, non cum eis quae proxime praecedunt.* — 339. A *litterae species prodit ex lineola nequaquam ad antiquam scripturam pertinente* (*etsi Loewium olimque etiam Studemundum fefellit: sed vide Add.*): *quae vero hasta ad* O *vel* C *a Studemundo relata est, tam clare apparet, ut* M *ab illo notatum excludat et* (*paulo angustiore scriptura*) ICI *potius admittat ante* RES. *Quare cum* C *et* P *haud raro inter se permutentur* ICIRES *et* inparti *revocare aliquo modo possis ad* id certe. *Ceterum de* tanta (tanto) *cf. ad Rud. 521.* — 342 *et* 351. # *om. B.* — 348 sq. *Ad* improbem (*sic A certissime habet: lineola quae decepit*

Loewium non pertinet ad scripturam antiquam) *Mil. 1174 apte contulit Caesar p. 95. Mox* misere *commendari etiam scriptura Palatinorum* (MISERAF = MISERAE) *monet L. Muellerus ad Nonium: quamquam* miseri *desiderat Seyffertus.* — 350. (E)A *valde probabile est,* (I)TI *admitti nequit.* — 359. piscator attuli[t] *Seyffertus.* — 362. *Cum Langeno facit Bachius p. 348.* — 371. st (*non* ft) hichum *B teste Studemundo,* sthichum (*non* stichum) *etiam C.* — 391. citus *non om. BCD.* — 421. *Post* UNUM *non* D *extat* (*ut aliquotiens visum Studemundo*), *sed fortasse* P: *atque* PROILLIS *spatio sufficiat, nullis autem alioqui vestigiis indicatur.* — 423 sq. *Cf. etiam Leo Mus. Rhen. t. XXXIX p. 470 et Bachius p. 176 adn.* — 428. NISICENATUS *in A fuisse* (NISEC(la)ATUS *As*) *non improbabile visum, etsi coniecturae potius quam lecturae debetur* (*sed* C *vel* O *post* NISI *fuit*): *atque* Ad cenam ibo⟨ne? EP.⟩ Nisi cenatu's, censeo *aliquo modo ex Rud. 304 defenderis: magis placeret* ibon? ⟨EP.⟩ I, si rogatu's *vel tale quid, quod certe in A non fuit.* — 429. *Ante* NIHIL *neque* M *prorsus quadrat neque* NE: *sed nihil inter* GA *et* NIHIL *certius definiri potest.* — 452. *Pro* CONUERIT *vix* CONUENIT *admitti potest, sed fortasse* CONUEKIT *tam propter spatium quam propter hastam apparentem.* — 454 sqq. *In hac scaena personas omnes om. C, plerasque v. 473—491 om. D.* — 459. Auspicio ⟨credo⟩ hodie *Schoellius: cf. Seyffertus Burs. Annal. t. LXXX p. 237.* — 463. hac *commendarunt Seyffertus et Abraham* (*pro* [ITE]M *videtur* U *non minus dubium quam* M *vel* N). — 483. PROCESSIT(*vix* S *vel* D). *Ceterum cf. Seyffertus l. s. p. 297.* — 499. numquam posthac *traiciendum videtur cum Brixio ad Capt.*[4] *118* (*item Abraham*). — 509. HICUM *fere certum itemque reliqua melius quadrant Studemundus ut dedit quam Loewius.* — 517. *Non recte praefracte negat Studemundus de* (SED)T *pro* I *cogitari posse.* — 519. ut *ex A accessisse in edit. II praetermissum est* (*non in proecdosi*). — 521. labant *CD.* — 537. *Aut*

istoc *recipiendum esse monet Seyffertus aut distinguendum* Optumest iam istuc: morai *e. q. s.* (*cf. Rud. 1044*). — 538 sqq. *Cf. Seyffertus Burs. Annal. t. LXXXIV p. 50 sq.* — 542. *Cf. Bachius p. 314 adn.* — 555. ⟨quasi⟩ senem qui dixerit *Seyffertus.* senem qui ⟨quasi tu⟩ dixerit *Schoellius. In proximis distinctione quam adhibuimus sola defendi posse videtur librorum memoria neque haerendum in* Videlicet *verbo per interrogationem adhibito coll. Ter. Eun. II 3, 55 (346).* — 561. Ille quidem hercle *trai. Brixius Annal. philol. t. CXXIII p. 53 adn.* — 570 sqq. *Quam distributionem horum versuum Seyffertus nuper suasit l. s. s. neque per se probabilem esse putamus (etsi ad* Namque *post interstitium sermonis ponendum apte confert Pseud. 555; Mil. 1226, al.) neque commendari spatiis in CD conspicuis. Nam in versuum interstitiis utrum personae sit an versus spatium in his codicibus discerni nullo modo potest: unde nostro iure eiusmodi spatia nusquam respeximus in hac editione.* — 579. *Lacunam signare hoc loco noluimus coll. Poen. 470.* — 585. SALUO (*As*) *minus etiam probabile quam* CREDO *Loewii, etsi utrumque coniecturae magis quam lecturae debetur.* — 591. (mi)HINST (*vel* F) *As: ubi* N *litterae species fallax esse videtur,* F *vero plane exclusum — neque enim* S *antecedentis caput superat littera — neque* IPSI *tam improbabile quam Studemundo visum.* — 594. *Duas fortasse lectiones* tum (= *P*) *et* ut *coniunctas exhiberi in A monet Seyffertus.* — 617. *Neque* BONUM *neque quodvis adiectivum disyllabum spatio litterisque sufficit, sed* P(ROPEMOD)Ũ *optime quadrat.* — 628. Non ⟨n⟩ego ista apud te *Leo Mus. Rhen. l. s. s.: ubi lacunam post* apud te *statuunt Seyffertus Vssingiusque, nos* Non ego isti apud te cenem? *dicturum Gelasimum interrumpi ab Epignomo arbitramur.* — 632 sq. *De* (consilio) calido *cogitat Goetzius,* caro *si improbetur.* — 634. *Cf. Seyffertus 'Berl. philol. Wschr.' t. IV p. 1126.* — 639. *Cf. Ovidius 'Stud. ital. di filol. cl.' t. II p. 306 sqq.* — 641. *Cf. Weissenhornius*

de parataxi Pl. p. 15. — 660. *Cf. Richterus p. 519 et 544.* — 666 sq. *Crucem omisimus, cum locus fortasse interpretatione magis ex oneirocritica repetenda quam medela egeat.* — 668. *De* Praei tu *pro* Proin tu *cogitat Schoellius.* — 670. Elluemus hodie *Palmerus Hermath. t. XIII p. 225 sq.* — 676. quoniam ⟨re⟩nuntiatumst *Schoellius.* — 688. *Mirum est iudicium in Addendis ad Studemundi apographum prolatum, verba* Nam hinc quidem *e v. 688 pertinere potius ad v. 687, quem pleniorem exhibuisse videri A eodem loco dictum est. Immo ex corrupto* iactura dabitur nemini (*vel* nemini dabitur) *concludendum erit* dabitur *interpolatum esse et in* iactura *latere velut* datur *vel* iam erit, *praesertim cum A* IAM *post* NOS *habuisse videatur et in v. bipartiti altera parte nil nisi* N *appareat ex* (eritnemi)N(i). — 692. Sát est: seruo homini módeste (*vel* Sát est seruo homini: módeste) melius (*vel* melius⟨t⟩) facere sumptum *Seyffertus, mox in A* QUIQ· = quoique *interpretatus.* — 704. *Cf. Seyffertus Burs. Annal. t. LXXX p. 296.* — 707. emet (*non* einet) *etiam B teste Studemundo.* — 710 sq. *Hos v. secl. Goetzius ut dittographiam v. 712—733.* — 718. *Ex* uereri *scriptura* (*B*) *de* reuereri *cogitat Seyffertus. Ceterum cf. Skutschius p. 46 adn.* — 719. *De* tu⟨x⟩ dabo *coll.* '*tuxtax*' *cogitat Schoellius.* — 724. *Huc fortasse spectat Varronis locus in edit. mai. ad Poen. 1034 tantum adscriptus.* — 745. terta *Buechelerus Mus. Rhen. t. XLV p. 159.* — 749. Potus *reliquimus, ut quasi male audiverit ludat conservum servus: cf.* disperisti — bis peristi? — 752 sq. *Cf. Seyffertus* '*Berl. philol. Wschr.*' *t. IV p. 1127. V.* 752 quid ego? ⟨amo.⟩ *suppl. Schoellius.* — 765. *Cf. Schoellius ad Pers.*[2] *837 et Leo in Woelfflini Arch. t. IX p. 166.*

Ienae et Heidelbergae m. Oct. a. MDCCCXCV

G. G. F. S.

T. MACCI PLAVTI

P S E V D O L V S

M · IVNIO · M · FIL · PR · VRB

ACTA · MEGALESIIS

PERSONAE

PSEVDOLVS SERVOS
CALIDORVS ADVLESCENS
BALLIO LENO
LORARII
MERETRICES
SIMO SENEX
CALLIPHO SENEX
HARPAX CACVLA
CHARINVS ADVLESCENS
PVER
COCVS
SIMIA SYCOPHANTA

ARGVMENTVM I

Praeséntis numerat quíndecim milés minas:
Simúl consignat sýmbolum, ut Phoeníc⟨i⟩um
Eí det leno qui eúm cum relicuo ádferat.
Veniéntem caculam ínteruortit sýmbolo
Dicéns Syrum se Bállionis Pseúdolus 5
Opémque erili| íta tulit: nam Sí[ni]miae
Lenó mulierem, quém is supposuit, trádidit.
Venit Hárpax uerus: rés palam cognóscitur
Senéxque argentum quód erat pactus réddidit.

1. miles *vel* milles ||

ARGVMENTVM II

Calidórus iuuenis m * * * * * * *
Ecflíctim deperíbat, nummorum índigus.
Eándem miles, quí uiginti múlierem
Minís mercatus ábiit, [ab]soluit quíndecim,
Scortúm reliquit ád lenonem ac sýmbolum, 5
Vt, qui áttulisset sígnum simile cétero
Cum prétio, secum auéheret emptam múliere⟨m⟩.
Mox míssus ut prehéndat scortu⟨m⟩ a mílite
Venít calator mílitaris. húnc dolo
Adgréditur adulescéntis seruos Pseúdolus 10
Tamquám lenonis átriensis, sýmbolum
Aufért minas⟨que⟩ quínque acceptas mútuas
Dat súbditiuo cáculae cum sýmbolo.
Lenónem fallit sýcophanta[cie] cácula:
Scortó Calidorus pótitur, uino ⟨P⟩seúdolu⟨s⟩. 15

1—15. *solus A habet, sed alia manu scriptum* ‖ 1. IUUENIS *incertissima lectione* (*ut* DOLO *v. 9*) ‖ 2. ETFLICTIM ‖ 4. *del Ri* ‖ 7. *add Maius* ‖ 8. ADPRAEHENDIT: *corr Buggius* | *add Maius* ‖ 10. ADULISCENTIS ‖ 12. ADFERT: *corr Maius* | *add Ri* ‖ 13. SUBDITICIO: *corr Ri* ‖ 14. SECOPHANTAC̣Ị(*vel* Ụ)ẸC̣ACULA: *corr Ri* ‖ 15. CALYDORUS | UIUOSEUDULO: *corr Sauppius* ‖

PROLOGVS

* * * * * * *
* * * * * *
* * * * * * *
* * * * * *

Expórgi meliust lúmbos atque exsúrgier:
Plautína longa fábula in scaenám uenit.

ACTVS I

PSEVDOLVS. SERVOS — **CALIDORVS** ADVLESCENS

PS. Si ex té tacente fíeri possem cértior,
Ere, quaé miseriae té tam misere mácerent,
Duorúm labori ego hóminum parsissém lubens: 5
Mei té rogandi et tís respondendí mihi.
Nunc quóniam id fieri nón potest, necéssitas
Me súbigit ut te rógitem. respondé mihi:

1. EXPORGIMELIUST: Exporci melius | EXSURGIER: exsurger ‖ 4. MISERIAETETAM (*aut sic aut* miseriae etam *Gellius*): miseria & etam (*vel* et eam) | MACERENT (*sic Gellius*): macerant ‖ 5. hominem *Nonius et Diomedes* ‖ 6. me interrogandi *Nonius* | ETUI (et tui *Nonius*): et te: *corr ex Gellio* (*ubi* et tui tis *codd.*) ‖

Quid ést quod tu exanimátus iam hos multós dies
Gestás tabellas técum, eas lacrumís lauis 10
Neque tuí participem cónsili quemquám facis?
Elóquere, ut quod ego néscio id tecúm sciam.
CA. Miseré miser sum, Pseúdole. PS. Id te Iúppiter
Prohibéssit. CA. Nil hoc Ióuis ad iudicium áttinet:
Sub Véneris regno uápulo, non súb Iouis. 15
PS. Licét me id scire quíd sit? nam tu me ántidhac
Suprémum habuisti cómitem consiliís tuis.
CA. Idem ánimus nunc est. PS. Fáce me certum quíd tibist:
Iuuábo aut re | aut ópera aut consilió bono.
CA. Cape hás tabellas: túte hinc narrató tibi, 20
Quae mé miseria et cúra contabéfacit.
PS. Mos tíbi geretur. séd quid hoc, quaesó? CA. Quid est?
PS. Vt opínor, quaerunt lítterae hae sibi líberos:
Alia áliam scandit. CA. Lúdis me ludó tuo.
PS. Hasquidém pol credo, nísi Sibulla légerit, 25
Intérpretari | álium posse néminem.
CA. Qur ínclementer dícis lepidis lítteris,
Lepidís tabellis, lépida conscriptís manu?
⟨PS.⟩ An ópsecro hercle habént quas gallinaé manus?
Nam hasquidém gallina scrípsit. CA. Odiosús mihi's: 30
Lege uél tabellas rédde. PS. Immo enim péllegam:

---

10. tecum easque *Servius Dan*: eas *Diomedes et Priscianus* || 12. id tecum: TECUM || 16. PS. *vel* CA. | id scire: SCIRE | TUMÈOANTIDHAC || 17. habuisti se— *Festus* || 18. PS. *vel* CA. | #FACE: PS. Fac *vel* fac || 19. IUBABO || 22. quid hoc (*sic A*) *vel* qui hoc || 24. me: IAM || 29. QUAS: que || 30. GALLINAS || 31. PS. *vel* CA. ||

Aduórtito animum. CA. Nón adest. PS. At tú cita.
CA. Immo égo tacebo: tú istinc ex cerá cita:
Nam istíc meus animus núnc est, non in péctore.
PS. Tuam amícam uideo, Cálidore. CA. Vbi east, ópsecro? 35
PS. Eccam ín tabellis pórrectam: in cerá cubat.
CA. At té di deaeque, quántumst — PS. Seruassínt quidem.
CA. Quasi sólstitialis hérba paulispér fui:
Repénte exortus súm, repentino óccidi.
PS. Tace, dúm tabellas péllego. CA. Ergo quín legis? 40
PS. 'Phoenícium Calidóro amatorí suo
Per céram et linum lítterasque intérpretes
Salútem inpertit ét salutem ex te éxpetit
Lacrumáns titubanti | ánimo corde et péctore.'
CA. Perií: salutem núsquam inuenio, Pseúdole, 45
Quam illí remittam. PS. Quám salutem? CA. Argénteam.
PS. Pro lígnean salúte ueis argénteam
Remíttere illi? uíde sis quam tu rém geras.
CA. Recitá modo: ex tabéllis iam faxó scies,
Quam súbito argento mi úsus inuentó siet. 50
PS. 'Lenó me peregre míliti Macédonio
Minís uiginti uéndidit, uoluptás mea.
Et príus quam hinc abiit quíndecim milés minas

---

32. PS. At *vel* CA. At ‖ 33. PS. Immo *vel* Immo | ISTINC: hinc ‖ 35. Calydore (*item A*) ‖ 36. PS. *vel* CA. | CERAM ‖ 37. CA. At *vel* At | quantust #: QUANTUMEST # ‖ 38. CA. Quasi *vel* Quasi | fui (*sic A*) *vel* frui ‖ 39. repentino (*sic A*) *vel* repente ‖ 40. tabellas (*sic A*) *vel* lapellas ‖ 41. calydoro (*sic A*) *vel* calidoro ‖ 42. lignum *Ausonius* ‖ 43. INPERTIT: mittit | EXTE: abste | expetit (*sic A*) *vel* expectat ‖ 45. Perii (*sic A*) *vel* Peri | PSEUDOLE: ipseudole ‖ 47. PS. Pro *vel* Pro | lignean (*sic A*) *vel* ligneã *vel* lignea ‖ 51. militi (*sic A*) *vel* milicia | MACEDONIO: macedonico ‖ 52. MEAUOLUPTASUENDIDIT ‖ 53. ABIIT: abit ‖

Dederát: nunc unae quínque remorantúr minae.
Ea caússa miles híc reliquit sýmbolum, 55
Expréssam in cera ex ánulo suam imáginem,
Vt qui húc adferret éius similem sýmbolum
Cum eó simul me mítteret: ei reí dies
Haec praéstitutast: próxuma Dionýsia.'
CA. Cras éa quidem sunt: [CA.] própe adest exitiúm mihi, 60
Nisi quíd mihi in test aúxili. PS. Sine péllegam.
CA. Sino: nám mihi uideor cúm ea fabulárier.
Lege: dúlce amarumque úna nunc miscés mihi.
PS. 'Nunc nóstri amores, móres, consuetúdines,
Iocus lúdus, sermo, suáui[s]sauiátio, 65
Compréssiones ártae amantum cómparum,
Tenerís labellis mólles morsiúnculae,
Nostrorum orgiorum * s * * * iúnculae, 67[b]
Papíllarum horridulárum oppressiúnculae:
Harúnc uoluptatum míhi omnium atque itidém tibi
Distráctio, discídium, uastitiés uenit, 70
Nisi quaé mihi in test aút tibist in mé salus.
Haec quaé ego sciui ut scíres curaui ómnia:
Nunc égo te experiar quíd ames, quid simulés. uale.'
CA. Est mísere scriptum, Pseúdole. PS. O misérrume.
CA. Quin flés? PS. Pumiceos óculos habeo: nón queo 75
Lacrumam éxorare ut éxpuant unám modo.

---

55. CAUSSA: causa | symbolum *vel* symbulum (*item v. 57*) || 57. Vt qui: QIQUI || 58. Qum *vel* Cum | mitteret *vel* mittere || 59. *dist Sauppius* || 60. PS. Cras: *corr Ac* | *del Ac* (*cum A, ut vid*) || 62. CUM: quom || 63. PS. Lege *vel* Lege || 64. PS. Nunc *vel* Nunc || 65. LOCILUDUS | suauis sauiatio *vel* suauis sauiatico: SUAU(IS)-SUAUIATIO: *corr Ri* || 66. arte: *corr Lipsius, fort. cum A* | amantum corporum (*sic A*) *vel* amantium comparum || 67[b]. *solus A habet* || 69. HARUNC: Harum | IBIDEM: ibidea || 70. AU(stitie)S (uastities *etiam Nonius*) || 71. MIH(ii)NTESTAUTTIBIST: mihi intestauit ibi est || 72. SCIU(i): scibi || 73. simules *vel* simimules || 75. pumiceos *vel* puniceos || 76. expuant *vel* exputant ||

CA. Quid itá? PS. Genus nostrum sémper siccoculúm fuit.
CA. Nilne ádiuuare me a⟨ú⟩des? PS. Quid faciám tibi?
CA. Eheú. PS. Eheu? idquidem hércle ne parsís: dabo.
CA. Misér sum: argentum núsquam inuenio mútuom — 80
PS. Eheú. CA. neque intus númmus ullus ést. PS. Eheu.
CA. Ille ábducturus ést mulierem crás. PS. Eheu.
CA. Istócine pacto me ádiu⟨u⟩as? PS. Do id quód mihist:
Nam is míhi thensaurus iúgis in nostrá domost.
CA. Actúmst de me hodie. séd potes nunc mútuam
Drachumám dare unam míhi, quam cras reddám tibi? 86
PS. Vix hércle, opinor, sí me opponam pígnori.
Sed quíd ea drachuma fácere uis? CA. Restím uolo
Mihi émere. PS. Quam ob rem? CA. Quí me faciam pénsilem:
Certúmst mihi ante ténebras tenebras pérsequi. 90
PS. Quis mi ígitur drachumam réddet, si dederó tibi?
An tú te ea caussa uís sciens suspéndere,

---

77. Quid *vel* Quii | (SIC)COCULOI (sed VM *s.* OI *scr.*) ‖ 79. EHEU(# eheu)ID: CA. Eheu. PS. Heu id | *dist Ri* ‖ 80. inuenio (*sic A*) *vel* inueno ‖ 81. EHE(u#neque): pseudole PS. Eheu neque | ULLUSEST#EHEU: ullust (*vel* ullus est) CA. Eheu: *corr Sarac* ‖ 82. CA. Ille *vel* Ille | (abduc)TURUST ‖ 83. adtuas ‖ 84. thensaurus (*sic A*) *vel* thensauros | NOSTR(ad)O——T (*suppl Loewius cum Stu*): nostra est domo ‖ 85. ACTUMESTDEM(ehodie): Actum hodie iam de me est | sed *vel* quod | nunc: TU ‖ 86. Drachumam: DRACHM(am) | ***DAREUNAMMIHI (*quadrat* HIC): dare (*vel* darem) mihi unam | reddam (*sic A*) *vel* beddam ‖ 87. O(pinor)SI: opinor est si ‖ 88. QU(id)E(a) (*item Porphyrio*): quidem a | (#re)ST(im): CA. Restim *vel* restim ‖ 89. pendulum *Porphyrio* ‖ 91. DEDERO: dederim ‖ 92. CAUSSA: causa ‖

Vt mé defraudes, dráchumam si dederím tibi?
CA. Profécto nullo pácto possum uíuere,
Si illa á me abalienátur atque abdúcitur. 95
PS. Quid flés, cucule? uíues. CA. Quid ego ní fleam,
Quoi néc paratus númmus argentí siet
Neque líbellai spés sit usquam géntium?
PS. Vt lítterarum ego hárum sermonem aúdio,
Nisi tu ílli dacrumis fléueris argénteis, 100
Quod tu ístis lacrumis té probare póstulas,
Non plúris refert quám si imbrem in cribrúm legas.
Verum égo te amantem, né paue, non déseram.
Spero álicunde hodie mé bona opera aut †hoc meam
Tibi ínuenturum esse aúxilium argentárium. 105
Atque íd futurum unde únde dicam néscio,
Nisi quía futurumst: íta superciliúm salit.
CA. Vtinám quae dicis díctis facta súppetant.
PS. Scis tú quidem hercle, méa si commouí sacra,
Quo pácto et quantas sóleam turbelás dare. 110
CA. In té nunc omnes spés sunt aetatí meae.
PS. Satin ést si hanc hodie múlierem effició tibi
Tua út sit aut si tíbi do uigintí minas?
CA. Satis, sí futurumst. PS. Róga me uigintí minas,

---

93. defraudes (*sic A*) *vel* defrudes | DRACHMAM: drachumam *vel* drachuma || 97. CUINEC: Quo in ec (*vel* haec) || 98. libellae (*etiam A*): *corr Ri* || 100. drachmis (*sic A*) *vel* dracmis: *corr Meursius* | argenteis (*sic A*) *vel* argentes || 101. probare (*sic A*) *vel* pro uare || 102. IMBRIM | CREBRUM | LEGAS: geras || 103. non deseram (*sic A*) *vel* deseram || 104. HOCMEÃ: haec mea || 105. auxilium (*sic A*) *vel* aut xilium || 106. unde unde (*sic A*) *vel* unde unde unde || 107. FUTURUMEST: futurus est || 109. tu profecto mea si commouissem *Servius Dan* || 110. quo alto *Festi cod.* | TURBELAS (*sic etiam Festus*): turbellas (turbas *Servius Dan*) || 111. omnes spes sunt (*sic A*) *vel* sunt omnes spes || 113. uiginti (*sic A*) *vel* uigenti || 114. FUTURUMST: futuru est ||

Vt me éffecturum tíbi quod promisí scias. 115
Roga, ópsecro hercle: géstio promíttere.
CA. Dabísne argenti mi hódie uigintí minas?
PS. Dabó: molestus núnciam ne sís mihi.
Atque hóc, ne dictum tíbi neges, dicó prius:
Si néminem alium pótero, tuom tangám patrem. 120
CA. Di té mihi semper séruent. uerum sí potest,
Pietátis caussa uél etiam matrém quoque.
PS. De istác re in oculum utrúmuis conquiéscito.
CA. Vtrum? ánne in aurem? PS. At hóc per-
uolgatúmst minus.
Nunc, néquis dictum síbi neget, dico ómnibus, 125
Pubé praesenti in cóntione, omní poplo,
Omníbus amicis nótisque edicó meis,
In húnc diem a me ut cáueant, ne credánt mihi.
CA. St, táce, opsecro hercle. PS. Quíd negotist?
CA. Óstium 129. 130
Lenónis crepuit. PS. Crúra mauellém modo.
CA. Atque ípse egreditur [pe]íntus, periurí caput.

---

115. effecturum (*sic A*) *vel* affecturum | QUOD: quo ‖ 116. ROGAOPSECROHERCLE: Roga CA. Opsecro hercle PS. | *cf. v. 1073* ‖ 117. DABISNE: Dauis ne | hodie (*sic A*) *vel* hodio ‖ 119. neges (*sic A*) *vel* neces ‖ 121. Di te (*sic A*) *vel* Dicite | SEMPERSERUENT: seruent | SEPOTEST: si potes ‖ 122. CAUSSA: causa ‖ 124. UTR(uma)N: Oculum utrum anne: *dist Sey* | *post* hoc *rubr. in B* A *scr* ‖ 126. poplo (*sic A*) *vel* populo ‖ 128. ne (*sic A*) *vel* nec ‖ 129 sq. ST: sit | tace (*sic A*) *vel* taceo | HERCLEOPSECRO ‖ 131. PS. *vel* CA. | MAUELIM ‖ 132. penitus (*etiam A*): *corr Ac* | per iuri *vel* periurum: PERIURII ‖

BALLIO. LORARII ⟨V. MERETRICES⟩ IV.
LENO
PSEVDOLVS. CALIDORVS. ⟨PVER⟩
SERVOS ADVLESCENS

BA. Exíte, agite exite, ígnaui, male | hábiti et male conciliati,
Quorúm numquam quicquám quoiquam uenit ín mentem ut recté faciant,
Quibus, nísi ad hoc exemplum éxperior, non pótest usura usúrpari. 135
Neque ego hóminis magis asinós numquam uidi: íta plagis costaé callent:
Quos quóm ferias, tibi plús noceas. eo enim íngenio hi sunt flágritribae,
Qui haéc habent consília: ubi data occásiost, rape clépe tene,
Hárpaga bibe és fuge. hoc est
Eórum officium, ut máuelis lupós apud oueis quam hós domi 140
Linquére custodes.
Át faciem quom aspícias eorum, hau máli uidentur: ópera fallunt.
Núnc adeo hanc edíctionem nísi animum aduortétis omnes,
Nísi somnum socórdiamque ex péctore oculisque éxmouetis,

---

133. AGITEEXITE: agite ite ‖ 134. numquam (NUNQUAM) *vel* nunc quam | FACIAT ‖ 135. usura usurpari (*sic A*) *vel* usurpari usura ‖ 136. NUNQUAM: umquam ‖ 137. QUUM: dum | flagritribae (*sic A*) *vel* flagritibae ‖ 138. 139 *et* 140. 141 *compr B et* (*v. bipart.*) *A: discripsimus duce Ri* ‖ 138. clepe tene *vel* depe (clepe *Nonius*): TENE ‖ 139. BIBEESFUGEHOCEST: bibe (*vel* bile) est fugi hoc est ‖ 140 sq. OFFICIUM: opus | (ut)MAUELISLUPOS: ut induellis lupus | QUAMHOS‖DOMILINQUERE: linquere quam hos domi ‖ 142. ASPICIAS: aspicies | HAU: haud ‖ 143. edictionem (*sic A*) *vel* edicionem ‖ 144. EXMOUETIS: amouetis ‖

Íta ego uostra látera loris fáciam ut ualide uária sint,
Vt né peristromáta quidem aeque pícta sint Campánica 146
Neque Aléxandrina béluata tónsilia tappétia.
Atque héri iam edixeram ómnibus dederámque eas prouíncias:
Verum íta uos estis praéditi †neglegentes ingenio ínprobo,
Offícium uostrum ut uós malo cogátis commonérier: 150
Nempe íta animati | éstis uos: uincítis duritia hoc átque me.
Hoc sís uide ut alias rés agunt. hoc ágite, hoc animum aduórtite.
Huc ádhibete auris quae égo loquar, plagígera genera | hóminum.
Numquam édepol uostrum dúrius tergum érit quam terginum hóc meum.
Quid núnc? doletne? em síc datur, siquís erum seruos spérnit. 155
Adsístite omnes cóntra me et quae lóquar aduortite ánimum.
Tu qui úrnam habes, aquam íngere: face plénum ahenum sít coco.
Te cúm securi caúdicali praéficio prouínciae.
⟨LO.⟩ At haéc retunsast. BA. Síne siet. itidém uos quoque estis plágis [omnes]:

---

146. (AE)QUI' (*sic*) ‖ 147. TON(sil)IA: consilia ‖ 148. iamedixeram (*sic A*) *vel* amedixeram ‖ 149. praediti neglegentes: PRA(editine)GLENTI | I(mp)ROBI ‖ 150. MALE ‖ 151. UINCITISDURITA(ho)C: uincite hoc duritia ergo ‖ 152. uide sis ut alias (*vel* auas): UID(eut)ALIAS: *corr Loewius* ‖ 153. *post v.* 154 *collocat A* | LOQUOR ‖ 154. durum *Nonius* | ETIT *vel* EFIT | quam (*sic A et Nonius*) *vel* qua | terginum hoc (hoc terginum *Nonius*): TERGINUM ‖ 155. QUID: Qui | SIDATUR ‖ 156. MEETQUAE: me aeque *vel* me///quo | LOQUAR: loquor ‖ 157. IGE(re) | face: FAC | AHEMŨ: aenum | COCO: cito *vel* scito ‖ 158. SECUM ‖ 159. *add* D^2 | *del Bo cum A, ut vid* ‖

Numquí minus ea grátia tamen ómnium ópera | utor? 160
Tíbi hoc praecipio ut níteant aedes: hábes quod facias: própera, abi intro.
Tú esto lectistérniator. tú argentum eluito, ídem exstruito.
Haéc, quom ego a foró reuortor, fácite ut offendám parata,
Vórsa sparsa, térsa strata, laútaque unctaque ómnia uti sint.
Nam mi hódie natalís dies est: decet éum omnis uos concélebrare. 165
Pernám callum glandíum sumen facito ín aqua iaceant. sátin audis?
Magnífice uolo me uíros summos accípere, ut mihi rem essé reantur.
Intro ábite atque haec cito célebrate, ne móra quae sit, cocus quóm ueniat [mihi].
Ego eo ín macellum, ut píscium quidquíd ⟨ibi⟩st pretio praéstinem.
I, púere, prae: ne quíspiam †pertundat cruminam caútiost. 170
Vel ópperire: est quód domi dicére paene oblitús fui.
Audítin? uobis, múlieres, hanc hábeo edictiónem.
Vós quae in munditiís mollitiis déliciisque aetátulam agitis
Viris cúm summis, inclútae amicae: nunc égo scibo atque hodie éxperiar,
Quae cápiti[s], quae uentri óperam det, quaeque suaé rei, quae somnó studeat: 175

---

161. abi intro *vel* abintro ‖ 163. EG(o): eo ‖ 164. SPARSA (*sic Diomedes et Servius*): spras | tersa *et* unctaque *Servius Dan* (*sed* uersam tersa strata aut): terga *et* coctaque | sint *vel* sunt ‖ 165. uos concelebrare *vel* uos concebrare: L—SCONC— (*ut vid*) ‖ 166. CALLUM: gallum ‖ 167. summos uiros: *trai Bo* ‖ 168. *del Ri* ‖ 169. *add Ri, fort. cum A* | PRAESTINEM: praesentinem ‖ 170. QU(ispi)AM: quisquam ‖ 171. fui oblitus (*item A*): *trai Spengelius* ‖ 172. edictionem *vel* ediccionem ‖

Quam líbertam fore míhi credam et quam uénalem hodie expériar.
Facite hódie ut mihi munéra multa huc ab amátoribus conuéniant:
Nam nísi mihi penus annúos hodie conuénit, cras pop[u]lo prostítuam uos.
Natálem scitis mihi ésse diem hunc: ubi istí sunt quibus uos óculi estis,
Quibus uítae, quibus delíciae estis, quibus sáuia, mamilla⟨e⟩, méllillae? 180
Manip[u]látim mihi munérigeruli facite ánte aedis iam hic ádsint.
Qur égo uestem aurum atque éa quibus est uobís usus praehibéo? quid mi
Domi nísi malum uostra operást hodie, inpróbae? uini modo cúpidae estis:
Eo uós †uostros panticesque adeo madefáctatis, quom ego sim híc siccus.
Nunc ádeo hoc factu[m]st óptumum, ut nomíne quemque appellém suo, 185
Ne díctum esse actutúm sibi quaepiám uostrarum míhi neget.
Aduórtite animum cúnctae.
Princípio, Hedylium, técum ago, quae amíca's frumentáriis,

---

178. NISIMIHI (*sic Priscianus, Servius, Cledonius*): nisi | penus annuus hodie comuenit *Cledonius*: annuus penus ab (*vel* hic ab) amatoribus congeretur (*vel* congeratur *et mox* uos o puellae) *Priscianus*: annuus penus datur *Servius* | *delevimus* | prostituam *vel* prostiua ‖ 179. scitis *Servius Dan* (*sed* hunc mihi diem scitis esse): sitis ‖ 180. mamilla: MAMMIA: *corr Bo* | MELLILLAE: mellitae ‖ 181. *del Weisius* | munerigeruli (*sic A*) *vel* munigeruli ‖ 182. USUS: usui | AUTQUID ‖ 183. uino (*sic etiam Nonius*): *corr Beroaldus* ‖ 184. uestrosque adeo panticis *Nonius* | MADEFECISTIS: madefacitis *vel* madefactis (*corr ex Nonio*) | SIMIHIC ‖ 185. *del Lamb* | UTQUAMQ·NOMINE ‖ 186. NE: nec ‖ 187. *adhaeret v. 186: discr Bo* ‖ 188. hedyllum *vel* hedillum (*corr Ca*): ***TIUM | AMICAES: amices *vel* amicis ‖

Quibus cúnctis montes máxumi fruménti †acerui súnt domi:
Fac sís sit delatum húc mihi fruméntum, hunc annum quód satis 190
Mihi et fámiliae omni sít meae, atque ádeo ut frumento áfluam,
Vt cíuitas nomén mihi commútet meque ut praédicet
Lenóne ex Ballióne regem Iásonem.
PS. Aúdin, furcifér quae loquitur? sátin magnificus tíbi uidetur?
CA. Pól iste, atque etiam málificus: 195[a]
Séd tace atque hanc rém gere. 195[b]
BA. Aéschrodora, tú quae amicos tíbi habes lenonum aémulos
Lánios, qui item ut nós iurando iúre malo male quaérunt rem, audi:
Nísi carnariá tria grauida tégoribus onere úberi hodie
Míhi erunt, cras te, quási Dircam olim ut mémorant duo gnatí Iouis
Déuinxere ad taúrum, item ego te dístringam ad carnárium: 200
Íd tibi profecto taúrus fiet. PS. Nímis sermone huius íra incendor.
[PS.] Húncine hic hominém pati
Cólere iuuentutem Átticam? 202[b]
Vbi sunt, ubi laténT quibus aetas íntegrast, qui amant á lenone?

---

189. FRUMENTIACERUI: acerui frumenti ‖ 191. ET: etiam | familiae: MALITIAE ‖ 193—195[b]. *tres v. habet A* (— furcifer — malificus), *duos B* (— quae loquitur): *discr Bo* ‖ 193. ex ballione rege: EXBALIATOREGEMREGEM ‖ 194. CA. (*vel* E): *corr Goe* | quae loquitur *om A* ‖ 195[a]. PS.: *corr Goe* ‖ 196. AEMOLOS ‖ 197. MALOMALE: malo ‖ 198. TOGERIBUS | ONERE: oneri ‖ 199. gnati (*sic A*) *vel* ignati ‖ 200—202[b]. *sic A: tres v. habet B* (— id — incendor) ‖ 200. EGOTEDISTRINGAM: hodie stringam ‖ 201. PROFECTUSTAURUS | CA.: *corr Taubmannus* ‖ 202. *uno v. compr B* | *del Ac* | iuuentutem (*sic A*) *vel* iuuentem ‖

Quín conueniunt? quín una omnes péste hac populum hunc líberànt?
Sed nímis sum stultus, nímis fui 205
Indóctus: illine aúdeant 205[b]
Id fácere, quibus ut séruiant
Suós amor cógit? [simul prohibet faciant aduersum eos quod nolint.]
CA. Táce. PS. Quid est? CA. Male mórigeru's [male facis] mihi, quóm sermoni huius óbsonas.
PS. Táceo. CA. At taceas málo multo quám tacere dícas. BA. Tu autem,
†Xýtilis, face ut ánimum aduortas, quoíus amatorés oliui
Dýnamin domi habent máxumam: 211
Sí mihi non iam huc cúlleis
Óleum deportátum erit,
Te ípsam culleo égo cras faciam ut déportere in pérgulam.
Íbi tibi adeo léctus dabitur, úbi tu hau somnum cápias, sed ubi 215
Vsque ad languorém —: tenes
Quó se haec tendant quaé loquor.
Aín, excetra tu, quaé tibi amicos tót habes tam probe óleo onustos?
Num quoípiamst hodié tua tuorum ópera conseruórum
Nítidiusculúm caput? aut num ipse égo pulmento utór magis 220

---

204. Quin (*sic A*) *vel* Qui | HINC ‖ 205. Sed nimis sum: SED(*seorsum*)UAH(*seorsum*)NIMIUS | NIMIS: nimium | INDUCTUS | ILLINE: ne illi ‖ 205—217. *sic A: undecim v. habet B* (— fui — seruiant — faciant — quid est — taceo — animum — maxumam [*sed* aduortas *et* amato Res] — deportatum — pergulam — capias) ‖ 207. *secl Ri* | PROHIBENT | NOLINT: nolunt ‖ 208. TACE: Vah tace | male morigerus *om A* (*corr Ri*) | *del Ri* | QUO | SERMONE: sermone: *corr Ri* | HUIUS: huic ‖ 209. DICAS: te dicas ‖ 210. XYTILIS: xittilis | QUOIUS: quouis | oliui (*sic A*) *vel* olui ‖ 211. DOMO ‖ 212. HUCCULLEIS: huic cullius ‖ 213. DEPORTATUMERIT: deportatum ‖ 214. faciam (*sic A*) *vel* faciem ‖ 215. HAU: aut ‖ 218. AIN: En | onustos *vel* onustus: HONESTOS ‖ 219. QUOIPIAMEST: cupiam est | TUA: & ua ‖ 220. NITIDIUSCULUM: Nitidissimum ‖

Vnctiusculó? sed scio, tu | óleum hau magni péndis: uino
Té deu[i]ngis. síne modo:
Réprehendam ego cuncta hércle una opera, nísi quidem tu hodie ómnia
Fácis effecta haec út loquor.
Tu aútem, quae pro cápite argentum míhi iam iamque sémper numeras, 225
Ea pacisci módo scis, sed quod pácta's non scis sóluere,
Phoenícium, tibi ego haéc loquor, delíciae summatúm uirum:
Nísi hodie mihi ex fúndis tuorum amícorum omne huc pénus adfertur,
Crás, Phoeniciúm, poenicio cório inuises pérgulam.

CALIDORVS. ADVLESCENS **PSEVDOLVS.** SERVOS **BALLIO** LENO

CA. Pseudóle, non audis quae híc loquitur? PS. Audío, ere, equidem atque animum áduorto.
CA. Quid míhi's auctor huic út mittam, ne amícam hic meam prostítuat? 231
PS. Nil cúrassis: liquidó's animo: ego pró me et pro te cúrabo.
Iam díu ego huic bene et hic míhi uolumus et amícitiast antíqua:

221—224. *tres v. habet B* (— modo — nisi): *item A* (— modo — omnia) || 221. HAU: haud || 222. deuincis (*item A*): *corr Palm duce Ac* || 223. ego cuncta hercle: EGOHERCLEEGOCUNCTA | hodie tu: TUHAEC || 224. EFFECTA: scelesta *vel* scelestia | haec ut: QUAE || 225. SE*|PER: sepe: *corr Ri* || 226. quod (*sic A*) *vel* quo || 227. EGOHAEC: haec ego | deliciae (*sic A*) *vel* diliciae | uirum: UERŨ || 229. PHOENICIUMPOENICEO: phoenici phoenicio *vel* pheni phenicio | INUISUS || 230. *scaenam om A* | *sic A: duos v. habet B* (— ere) | AUDIOERE: audi cere (*corr D*) || 232. NIHIL: Bene || 233. hic mihi: MIHIHIC | UOLIMUS ||

Mittam hódie huic suo die nátali malam rém magnam et matúram.
CA. Quid opúst? PS. Potin aliam rem út cures? CA. At— PS. Bát. CA. Crucior. PS. Cor dúra. 235
CA. Non póssum. PS. Fac possís. CA. Quonam pactó †possim uincere animum?
⟨PS.⟩ In rém quod sit praeuórtaris qua⟨m⟩ in re áduorsa animo auscúltes.
CA. Nugae ístaec sunt: non iúcundumst, nisi amáns facit stulte. PS. Pérgin?
CA. O Pseúdole mi, sine sím nili: 239ᵃ
Mitte mé sis. PS. Sine [CA.] modo ego ábeam. 239ᵇ
CA. Mane, máne: iam ut uoles me⟨d⟩ ésse ita ero. 240ᵃ
PS. Nunc tú sapis * * * * 240ᵇ
BA. It diés: ego mihi cesso * * * 241ᵃ
I praé, puere. CA Heus, abi[i]t: quín reuocas? 241ᵇ
PS. Quid próperas? placide. CA. At príus quam abeat.
BA. Quid hoc, málum? tam placid⟨e⟩ is, púere. 242ᵇ
PS. Hódie nate, heus, hódie nate: tíbi ego dico: heus, hódie nate,
Redi ét respice ád nos. tamétsi occupátu's,
Morámur. mane: ém conloquí qui uolúnt te. 245
BA. Quid hóc est? quis ést qui morám mi occupáto
Moléstam optulít? PS. Qui[d] tibí sospitáli⟨s⟩
Fuít. BA. Mortuóst qui fuít: qui sit ússust.

---

234. MITTAMEGOHODIE | NATALI: natalio ‖ 237. *add Vss* ‖ 238. CA. Nugae *vel* Nugae ‖ 239—241. *binos compr B* (*sed* Mitte *et* I): *discr Sey* ‖ 239. O o *vel* O ‖ 240. CA. *et* PS. *vel* PS. *et* CA. | *add Bo* | ergo *et* tum: *corr B ras* | *lac sign Ri* ‖ 241. cesso (*vel* concesso): *lac sign Sey* | *del Bo* ‖ 242. Quid *vel* Quod | BA. Quod *vel* quod: *corr Scriverius* | *add Ca* ‖ 244. ocupatus *vel* occupatus: *corr Ri* ‖ 245. mane est: *corr Vsenerus et Sey* | uolunte *vel* uoluntte ‖ 246—248. *duo v. sunt in B* (— optulit [*sed* Molestam *et* Fuit]) ‖ 246. moram mihi *vel* moram ‖ 248. situs sus est *vel* siuissus est: *corr Bursianus* ‖

PS. Nímis superbe. BA. Nímis molestu's. CA. Réprehende hominem: adséquere. BA. I, puere.
PS. Occédamus ⟨h⟩ác obuiám. BA. Iuppitér te
Perdát, quisquis és. PS. Te uolo. BA. Át uos ego ámbos. 251
Vorte hác †te, puere. PS. Non licét conloquí te?
BA. At míhi non lubét. PS. Sin tuámst quippiam ín rem?
BA. Licétne, opsecró, bitere án non licét? ⟨PS.⟩ Vah,
Mánta. BA. Omitte. CA. Bállio, audi. BA. Súrdus sum †profecto inanilogistae. 255. 256
CA. Dedí, dum fuít. BA. Non petó quod dedísti.
CA. Dabó, quando erít. BA. Ducitó, quando habébis.
CA. [H]Éheu, quam ego malís pérdidi modís
Quód tibi détuli et quód dedi. BA. Mórtua 260
Vérba re núnc facis: stúltus es, rem áctam [m]agis.
PS. Nósce saltem húnc quis est. BA. Iám diu sció
Qui fuit: nunc qui sit ipsus sciat. 263[a]
Ambula tu. 263[b]
PS. Potin út semel modo, Bállio, huc cúm lucro respícias?
BA. Réspiciam istoc prétio: nam si sácruficem summó Ioui 265
Átque in manibus éxta teneam ut póriciam, intereá loci
Sí lucri quid détur, potius rém diuinam déseram.

249—259. *octo v. sunt in B* (— adsequere — quisquis es — conloqui te [*sed* Vorte] — opse [*sed* cro] — audi — dedisti — heheu) ‖ 249. molestus: *corr Ri* ‖ 250. Accedamus: *corr ex Festo* ‖ 254. uiuere: *corr Lipsius* | *add Py* ‖ 258. Ducito *vel* Dicito ‖ 259. *del Bo* ‖ 261—264. *tres v. sunt in B* (— quis est — Ambulatu [*sic et* Scio]), 263. 264 *tres in A* (— sciat — modo) ‖ 262. dius: *corr D ras* ‖ 263. *ictus omisimus ubi metra incertiora* | QUISITIPSE: qui estis ipsus ‖ 264. HUC: hunc (*corr B ras*) ‖ 266. ut (*sic A*) *vel* unt A ‖ 267. DESERAM: destram *vel* dextram ‖

[PS.] Nón potest pietáti opsisti huíc, utut res sunt céterae.
⟨PS.⟩ Deós quidem, quos máxume aequomst métuere, eos minumí facit. 269
BA. Cómpellabo. sálue multum, sérue Athenis péssume.
PS. Dí te deaeque amént uel huius árbitratu uél meo:
Vél, si dignu's álio pacto, néque ament nec faciánt bene.
BA. Quíd agitur, Calidóre? CA. Amatur átque egetur ácriter.
BA. Mísereat, si fámiliam alere póssim misericórdia.
PS. Héia, scimus nós quidem te quális sis: ne praédices.
Séd scin quid nos uólumus? BA. Pol ego própe modum: ut male sít mihi. 276
PS. Ét id et hoc quod té reuocamus. quaéso animum aduorte. BA. Aúdio:
Átque in pauca, ut óccupatus núnc sum, confer quíd uelis.
PS. Húnc pudet, quod tíbi promisit quáque id promisít die,
Quía tibi minás uiginti pró amica etiam nón dedit. 280
BA. Nímio id quod pudét facilius fértur quam illud quód piget.
Nón dedisse istúnc pudet: me quía non accepí piget.
PS. Át dabit, parábit: aliquot hós dies mantá modo.
Nám id hic metuit né illam uendas ób simultatém suam.
BA. Fúit occasió, si uellet, iám pridem argentum út daret. 285

---

268. *del Bo* | POTEST (*item Servius Dan*): potes | UTUTRES: ut res sunt (*sic vel* tres sunt *Servius Dan*) ‖ 269. *add Bo* | quos *Servius Dan*: quod | maximo est aequum *Servius Dan* | minimi (*sic A, ut vid*) *vel* minime (*sic Servius Dan*) ‖ 271. amente uel: *corr B ras cum A, ut vid* | (h)OLUS ‖ 272. dignus: *corr Ri* ‖ 273. CALYDORE#: calidore PS. ‖ 274. POSSEM ‖ 275. SCIMUS: simus ‖ 276. PROPEMODUM: prope modo (*vel* modŏ) ‖ 277. reuocamus: ROGITAUI | *dist Bo* | ADUORTITE | #AUDIO: audio (BA. *s. v. D*) ‖ 279. PS. *vel* BA. | HUNC: Hun *vel* Heu | QUAQ·ID: quamquam id ‖ 282. ISTUNC: tis tum (istum *Nonius*) ‖ 283. PS. *vel* BA. | ALIQUOD: aliquod ‖ 284. IDHIC: hic it ‖ 285. PRIDEM: pridet *vel* di prid& (*corr D*) ‖

CA. Quíd si non habuí? BA. Si amabas, ínuenires mútuom:
Ád danistam déuenires, ádderes faenúsculum:
Súrruperes patrí. PS. Surruperet híc patri, audacíssume?
Nón periclumst, néquid recte mónstres. BA. Non lenóniumst.
CA. Égon patri subrúpere possim quícquam, tam cautó seni? 290
Átque adeo, si fácere possim, píetas prohibet. BA. Aúdio:
Píetatem ergo istam ámplexator nóctu pro Phoenício.
Séd quom pieta⟨tém⟩ te amori uídeo tuo praeuórtere,
Ómnes ⟨homines⟩ tíbi patres sunt? núllus est tibi quém roges
Mútuom argentúm? CA. Qui⟨n⟩ nomen quóque iam interiit 'mútuom'.
PS. Heús tu, postquam hercle ísti a mensa súrgunt satis potí uiri, 296
Quí suom repetúnt, alienum réddunt nato némini,
Póstilla omnes caútiores súnt, ne credant álteri.
CA. Nímis miser sum: númmum nusquam réperire argentí queo:
Íta miser et amóre pereo et ínopia argentária. 300

---

286. HABUIT | SIAMABAS: Iam abas *vel* iam abes | MUTUUM: tuum ‖ 288. SURRUPERIS: Surripuisses: *corr Py* | #AUDACISSIME ‖ 289. PERICLUMST: periculum est | monstres (*sic A*) *vel* monstret | LENONIŨST: lenonius est ‖ 290. subrupere *vel* surripere (*sic A*) | TAM: quam tam *vel* quantam (*corr B ras*) ‖ 291. possem *vel* possim ‖ 292. *hunc v. post v. 296 habet A, om v. 293—295* | phoenicio (*sic A*) *vel* pheniceo ‖ 293. *add Mue* amori uideo tuo praeuortere *vel* amoruu deo tuo prouertere ‖ 294. *suppl Bent* ‖ 295. Metuum | CA. Qui *vel* qui | interiit *vel* interit ‖ 296. BA.: *corr Bo* | SATISPOTIUIRI: saturi poti | *cf. ad v. 292* ‖ 297. reddunt (*sic A*) *vel* redeunt | nemini (*sic A*) *vel* nemine ‖ 298. POSTILLAOMNES: Ab alienis | NECREDANT: nec reddant ‖ 299. MISERUM | QUEO: que oc (*vel* hoc): *corr B cum ras* ‖

BA. Éme die caeca hércle oliuom, id uéndito ocu-
latá die:
Iam hércle uel ducéntae fieri póssunt praesentés minae.
CA. Périi: annorum lex me perdit quínauicenária:
Métuont credere ómnes. BA. Eademst míhi lex: me-
tuo crédere.
PS. Crédere autem? eho, an paénitet te, quánto hic
fuerit úsui? 305
BA. Nón est iustus quísquam amator nísi qui perpe-
tuát data:
Dét, det usque: quándo nil sit, símul amare désinat.
CA. Nilne te miserét? BA. Inanis cédis: dicta nón
sonant.
Átque ego te uiuóm saluomque uéllem. PS. Eho, an
iam mórtuost?
BA. Vtut est, mihi quidém profecto cum ístis dictis
mórtuost. 310
Ílico uixít amator, úbi lenoni súpplicat.
Sémper tu ad me cum árgentata accédito querimónia:
Nám istuc quod nunc lámentare, nón esse argentúm tibi,
Ápud nouercam quérere. PS. Eho, an umquam tu
húius nupsistí patri?
BA. Dí meliora fáxint. PS. Fac hoc quod té rogamus,
Bállio, 315
Meá fide, si istí formidas crédere. ego in hoc tríduo
Aút terra aut marí aliquonde euóluam id argentúm tibi.

---

301. EMEDIE Emediae *vel* e medi& *vel* et me die (⟨emi⟩to die *Festus*) | hercule *Festus* | UENITO | 302. fieri possunt: POSSUNTFIERI | 303. ANNORUM: annortum | PERDET | quina uicenaria (*sic A*) *vel* quinauiceria | 304. est mihi: MIHIEST | 305. eho an (*sic A*) *vel* eo han | hic: HUIC | 306. QUICQUAM | 307. DETDET: Detque | usque quando (*sic A*) *vel* usque | 308. TE: temet | CEDIS: cedes | 309. mortuus (*vel* mortus) est: MORTUUMST | 310. *om. CD* | CUM: quom | 311. SUPPLICAT: placet | 312. cum (*sic A*) *vel* quom | querimonia *vel* querimoria: QUAERIMONIA | 313. ISTUNC | LAMENTARE: clametare | 315. MELIORAFAXINT: melius faciant | fac hoc: FACE | CALLIO: balho *vel* balcho | 317. ALIQUONDE: alicunde | id: IN |

BA. Tíbi ego credam? PS. Quór non? BA. Quia pol quá opera credám tibi
Vna opera alligém fugitiuam cánem | agninis láctibus.
CA. Sícine mihi abs te béne merenti mále refertur grátia? 320
BA. Quíd nunc uis? CA. Vt ópperiare hos séx dies aliquós modo,
Né illam uendas neú me perdas hóminem amantem. BA. Animó bono's:
Vél sex menses ópperibor. CA. Eúge, homo lepidíssume.
BA. Ímmo uein etiám te faciam ex laéto laetantém magis?
CA. Quíd iam? BA. Quia enim nón uenalem iám habeo Phoenícium. 325
CA. Nón habes? BA. Non hércle uero. CA. Pseúdole, ei, arcesse hóstias,
Víctumas, laniós, ut ego huic sácruficem summó Ioui:
Nam híc mihi nunc est múlto potior Iúppiter quam Iúppiter.
⟨BA.⟩ Nólo uictumás: agninis me éxtis placarí uolo.
⟨CA.⟩ Própera: quid stas? eí, accerse agnos: aúdin quid ait Iúppiter? 330
⟨PS.⟩ Iam híc ero: uerum éxtra portam mi étiam currendú⟨m⟩st prius.
CA. Quíd eo? PS. Lanios índe accersam duó cum tintinnábulis:
Eádem duo gregés uirgarum inde úlmearum adégero,

---

318. OPERA: operas (*corr D ras*) ‖ 319. allicem fugitiuum canem agnis *Nonius* | TACTIBUS (lactibus *etiam Nonius*) ‖ 321. ALIQUOS: saltem ‖ 322. me perdas (*sic A*) *vel* perdas me | animo bono es (*sic A*) *vel* bono animo es ‖ 323. FUGE | LEPIDISSUME: lepidissime *vel* lepididisume ‖ 324. UEIN: uin *vel* uim ‖ 325. QUIDAM | UENALEMIAM: uenalemam *vel* uenalem ‖ 326. PSEUDOLEEIACCERSE: o pseudole arcessi ‖ 327. LANIOSUTEGO: laniosus tego ‖ 328. POTIUS | QUAM: queam ‖ 329. UICTUMIS | AGNINIS: ac ninis (*vel* nimis) ‖ 330. STASEI: stas ‖ 331. *add D* | uerum *vel* uerom: UERUN ‖ 332. DUO: duos ‖

Vt hodie ad litátionem huic súppetat satiás Ioui.
⟨BA.⟩ Í in malam crucem. PS. Ístuc ibit Iúppiter lenónius. 335
⟨BA.⟩ Éx tua rest út ego emoriar. CA. Quídum? BA. Ego dicám tibi:
Quía edepol, dum ego uíuos uiuam, númquam eris frugí bonae.
Éx tua re nón est, ut ego emóriar. PS. Quidum? BA. Síc: quia,
Sí ego emortuós sim, Athenis té sit nemo néquior.
CA. Díc mihi, obsecro hércle, uerum sério, hoc quod té rogo: 340
Nón habes uenálem amicam tú meam Phoenícium?
BA. Nón edepol habeó profecto: nám iam pridem uéndidi.
CA. Quó modo? BA. Sine órnamentis, cum íntestinis ómnibus.
CA. Meám tu amicam uéndidisti? BA. Válde: uigintí minis.
CA. Víginti minís? BA. Vtrum uis, uél quater quinís minis: 345
Míliti Macédonio. et iam quíndecim | habeó minas.
CA. Quíd ego ex te audió? BA. Amicam tuam ésse factam argénteam.
CA. Qúr id ausu's fácere? BA. Lubuit: méa fuit. CA. Eho, Pseúdole,
Eí, gladium adfer. PS. Quíd opus⟨t⟩ gladio? CA. Qui húnc occidam | átque me.

---

334. satias (*sic A*) *vel* satius ‖ 335. *add Gru* | IIN: In | PS. *vel* CA. | ISTUC: istic | iuppiter (*sic A*) *vel* ioppiter ‖ 336. EST: non est | PS. *et* CA.: *corr Ri* ‖ 337. uiuus (*sic A*) *vel* uius ‖ 338. EXTUAREUTEGOEMORIARNONESTERE | CA. *et* PS.: *corr Ri* ‖ 339. ego (*sic A*) *vel* ergo | emortuus *vel* emortus: MORTUUS | NEQUIOR: nequor (*corr D*) ‖ 340. PS.: *corr Sarac* | ROGO: rogo est (rogem *corr D*) ‖ 342. BA. *add D* | habeo (*sic A*) *vel* abeo ‖ 343. cum intestinis (*vel* testinis): QUOMINTESTIN**** ‖ 346. etiam: *corr Pius* ‖ 348. ausus: *corr Ri* | PS.: *corr* D^2 | FUITEHO ‖ 349. adfer (*sic A*) *vel* adfert | *add Ri* | hunc: HOC | occidam (*sic A*) *vel* occidãr ‖

PS. Quín tu te⟨d⟩ occídis potius? nam húnc fames iam occíderit. 350
CA. Quíd ais, quantum térra⟨m⟩ tetigit hóminum periuríssume?
Iúrauistin té illam nulli uénditurum nísi mihi?
BA. Fáteor. CA. Nempe concéptis uerbis? BA. Etiam consutís quoque.
⟨CA.⟩ Périurauistí, sceleste. BA. At árgentum intro cóndidi.
Égo scelestus núnc argentum prómere possúm domo:
Tú qui piu's, istóc es genere gnátus, nummum nón habes. 356
⟨CA.⟩ Pseúdole, adsiste áltrim secus atque ónera hunc maledictís. PS. Licet:
Númquam ad praetorem aéque cursim cúrram, ut emittár manu.
⟨CA.⟩ Íngere mala múlta. PS. Iam ego te dífferam dictís meis.
Ínpudice. BA. Itást. PS. Sceleste. BA. Dícis uera. PS. Vérbero. 360
BA. Quíppini? PS. Bustírape. BA. Certo. PS. Fúrcifer. BA. Factum óptume.
PS. Sóciofraude. BA. Súnt mea istaec. PS. Párricida. BA. Pérge tu.
CA. Sácrilege. BA. Fateór. CA. Periure. BA. Vétera uaticinámini.
CA. Légirupa. BA. Validé. PS. Permities ádulescentum. BA. Acérrume.

---

350. *add Bo* | occidis (*sic A*) *vel* occides | potius (*sic A*) *vel* postius ‖ 351. *add Geppertus* | TETIGIT: tegit ‖ 353. CONSUTIS: consulis ‖ 354. Periurauisti (*sic A*) *vel* Periurauistis | BA. *vel* CA. ‖ 356. PIUSISTOCES: piussistoc: *correximus* | NATUS-NUMMUS ‖ 357. ALTERIMSECUS: ratrinsecus (*corr* D^2) | MALE-DICTISLICET ‖ 358. AEQUE: atque | UTEMITTARMANU: lite mittar manus ‖ 360. DICIS: dices ‖ 361. CA. *pro* PS. (*bis*): *corr Ri* | CERTO: certe | FACTUM: factã ‖ 362. CA.: *corr Ri* | SOCIU-FRAUDE | ISTAEC: ec ista ‖ 363. PS.: *corr Ri* ‖ 364. LEGERUPA | permilies: PERMITTES | ADULESCENTUMACERRUME ‖

CA. Fúr. BA. Babae. PS. Fugitíue. BA. Bombax.
CA. Fraús populi. BA. Planíssume.
PS. Fraúdulente. CA. Inpúre leno. PS. Caénum. BA.
Cantorés probos. 366
CA. Vérberauistí patrem atque mátrem. BA. Atque
occidí quoque
Pótius quam cibúm praehiberem: núm peccaui quíp-
piam?
PS. Ín pertussum ingérimus dicta dólium: operam lú-
dimus.
BA. Númquid aliud étiam uoltis dícere? CA. Ecquid
té pudet? 370
BA. Tén amatorem ésse inuentum inánem quasi cas-
sám nucem.
Vérum quamquam múlta malaque [in me] dícta dixi-
stís mihi,
Nísi mihi hodie attúlerit miles quínque quas debét
minas,
Sícut haec est praéstituta súmma ei argentó dies:
Sí id non adfert, pósse opinor fácere me officiúm
meum. 375
CA. Quíd id est? BA. Si tu argéntum attuleris, cúm illo
perdideró fidem:
Hóc officium meúmst. ego operae sí sit, plus tecúm
loquar:
Séd sine argento frústra's, qui me tuí misereri póstulas.

---

366. Fraudulente (*sic A*) *vel* Fraudalente | #LENO#: leno CA. || 368. praehiberem *vel* prehibere: PRAEBEREM || 369. INPERTUSUM | dicta (*sic A*) *vel* docta || 370. NUNQUID: Nunc quid | ALIUD: alium | CA. Ecquite: HAECQUIDTE || 371. TEN: Te | ESSEINUENTUM: inuentum esse || 372. UERUM: Sed | *del Ri* | mihi: TAMEN || 373. MIHIHODIE: mihi | MILES: mites || 374. SUMMAEI: summae || 375. IDNONADFERT: is non aderit | FACEREME: facere || 376. ESTSI | cum illo (*sic A*) *vel* quom illo | PERDIDERO: perdiderim || 377. OFFICIUMMEUMEST: meum est officium | ego operae: MIHIOPERA || 378. FRUSTRAESQUI: frustra est quod ||

Haéc meast senténtia, ut tu hinc pórro quid agas cónsulas.
CA. Iámne abis? BA. Negóti nunc sum plénus. PS. Paullo póst magis. 380
Íllic homo meus ést, nisi omnes dí me atque homines déserunt.
Éxossabo ego illúm simulter ítidem ut muraenám quoquos.
Núnc, Calidore, té mihi operam dáre uolo. CA. Ecquid ímperas?
PS. Hóc ego oppidum ádmoenire ut hódie capiatúr uolo.
Ád eam rem usust hóminem astutum dóctum, cautum et cállidum, 385
Qui ímperata ecfécta reddat, nón qui uigilans dórmiat.
CA. Cédo mihi, quid és facturus? PS. Témperi ego faxó scies.
Nólo bis iterári: sat sic lóngae fiunt fábulae.
CA. Óptumum atque aequíssumum oras. PS. Própera, adduc hominém cito.
⟨CA.⟩ Paúci ex multis súnt amici, hómini qui certí sient.
PS. Égo scio istuc: érgo utrumque tíbi nunc dilectúm para 391
Átque ex multis éxquire illis únum qui certús siet.
⟨CA.⟩ Iám hic faxo aderit. PS. Pótin ut [h]abeas? tíbi moram dictís creas.

---

379. SENTENTIAMEAST | POSTULAS || 380. ABIS: habis | #NEGOTI: negotii | nunc sum (*sic A*) *vel* sum | BA. paulo (*corr B*): PAULLO || 382. EGOILLUMSIMILITER: similiter ego illum (*corr ex Nonio*) | QUOQUOS: quoqus *vel* quoquis || 383. *sic A* (CALUDORE): Sed nunc calidore operam mihi te uolo dare | ECQUID: ec Quid *vel* Quid || 384. ATMOENIRE | *cf. v. 586 sq.* || 385. CAUTOETCALLIDO: scitum et callidum (*vel* calidum): *corr Reifferscheidius* || 386. imperata (*sic A*) *vel* imperat | ecfecta *vel* haec facta: EFFECTA || 387. ES: est | TEMPERI (*sic gloss. Pl.*): tempori || 389. ADDUC: adhuc | cito: CELERITER || 390. MULTI | qui certi: CERTEQUI || 391. CA. | ISTUNCEEGOUTRUMQ·: istuc PS. Ergo utrimque | dilectum: DELECTUM || 392. EXMULTISATQ·EXQUIRE(ex)ILLISPAUCIS: Ex multis exquire illis: *correximus* | certus siet: CERTUSTCEDO || 393. ADUERIT | #POTIN: potin | dictis: DICIS ||

PSEVDOLVS
SERVOS

Postquam íllic hinc abiit, tu ástas solus, Pseúdole.
Quid núnc acturu's, póstquam erili fílio 395
Largítu's dictis dápsilis †ubi sunt ea?
Quoi néque paratast gútta certi cónsili
Neque ádeo argenti: †néque nunc quid faciám scio.
Neque éxordiri prímum unde occipiás habes
Neque ad détexundam télam certos términos. 400
Sed quási poeta, tábulas quom cepít sibi,
Quaerít quod nusquam géntiumst, reperít tamen:
Facit íllud ueri símile quod mendáciumst:
Nunc égo poeta fíam: uigintí minas,
Quae núsquam nunc sunt géntium, inueniám tamen. 405
Atque égo me iam pridem huíc daturum díxeram
Et uólui inicere trágulam in nostrúm senem:
Verum ís nescioquo pácto praesensít prius.
Sed cónprimunda uóx mihi atque orátiost:
Erum éccum uideo | húc Simonem uná simul 410
Cum suó uicino Cálliphone incédere.
Ex hóc sepulcro uétere uigintí minas
Effódiam ego hodie, quás dem erili fílio.
Nunc húc concedam, unde hórum sermoném legam.

---

394. PSEVDOLE: pseudols *vel* pseudolus ‖ 395. acturus: *corr Lamb* ‖ 396. Largitus: LARGIUS: *corr Lamb* ‖ 397. QUOI: Qui | neque parata gutta: NECPARATUSTQUICQUAM: *corr Ri* ‖ 399. occipias habes (*sic A*) *vel* accipias habeas ‖ 401. cum cepit (*sic A*) *vel* concepit ‖ 402. GENTIUMEST: si gentium | RECERIT: repperit ‖ 403. Facit (*sic A*) *vel* Fecit ‖ 404. MINAS: minae ‖ 405. nusquam nunc: NUNCNUSQUAM ‖ 406. *sic A*: ego huic iam pridem me ‖ 407. ET: At | INICERE: incipere | TRAGOLAM ‖ 408. PRAESENTIS(*vel* T) ‖ 409. CONPREMUNDA *et* ORATIOEST: conprimendast *et* oratio | *cf. v. 788* ‖ 411. CUM: Quom *vel* quem ‖ 414. UNDE: ut ‖

SIMO. CALLIPHO. PSEVDOLVS
SENES II SERVOS

SI. Si dé damnoseis aút si de amatóribus 415
Dictátor fiat núnc Athenis Átticis,
Nemo ánteueniat filio credó meo.
Ita núnc per urbem sólus sermoni ómnibust,
Eum uélle amicam líberare et quaérere
Argéntum ad eam rem: hoc álii mihi renúntiant
Atque íd iam pridem sénsi et subolebát mihi, 421
Sed díssimulabam. PS. Iám illi fe * * fílius:
Occísast haec res, haéret hoc negótium.
Quo in cómmeatum uólui | argentárium
Proficísci, ibi nunc óppido opsaeptást uia. 425
Praesénsit: nil est praédae praedatóribus.
CA. Hominés qui gestant quíque auscultant crí-
mina,
Si meo árbitratu líceat, omnes péndeant,
Gestóres linguis, aúditores aúribus.
Nam istaéc quae tibi renúntiantur, fílium 430
Te uélle amantem argénto circumdúcere,
Fors fúat an istaec dícta sint mendácia.
Sed sí sint ea uera, út nunc mos est, máxume,
Quid mírum fecit? quíd nouom, adulescéns homo
Si amát, si amicam líberat? PS. Lepidúm senem.
SI. Vetus nólo faciat. CA. Át enim nequiquám
neuis: 436

---

415. AUTSI: aut ‖ 417. ANTEUENIAT: antecedat ‖ 418. SOLUSSERMONIOMNIBUST: solus (*vel* solu) sermone est omnibus ‖ 420. ALI ‖ 421. id: HOC | sensi et (*sic A*) *vel* sensi | SUBBOLEBAT: subolet ‖ 422. *solus habet A* ‖ 424. QUOIN: Quin ‖ 425. proficisci (*sic A*) *vel* profisci | UIA: ula ‖ 427. CA. Homines *vel* Homines ‖ 430. ISTAEC: istae ‖ 432. FORSFUATANISTAEC: Forsitan ea tibi | sint (*sic A*) *vel* sunt ‖ 433. SINTEAUERA: ea uera sunt | mos est (*sic A*) *vel* est | *dist Ac* | MAXUMETIBIRENUNTIANT (*add ex v. 451*) ‖ 434. QUODNOUM ‖ 435. LIBERATLEPIDUM ‖ 436. #NEQUIATENIMQUAM ‖

Vel tú ne faceres tále in adulescéntia.
Probúm patrem esse opórtet, qui gnatúm suom
Essé probiorem quam ípsus fuerit póstulet.
Nam tú quod damni et quód fecisti flágiti 440
Populó uiritim pótuit dispertírier.
Idne tú mirare, sí patrissat fílius?
PS. Ὦ Ζεῦ, quam pauci | éstis homines cómmodi: em
Illic ést pater, patrem ésse ut aequomst fílio.
SI. Quis hic lóquitur? meus est hícquidem seruos Pseúdolus. 445
Hic míhi corrumpit fílium, scelerúm caput:
Hic dúx, hic illist paédagogus: húnc ego
Cupio éxcruciari. CA. Iám istaec insipiéntiast,
†Iram in promptu gérere: quanto sátius est
Adíre blandis uérbis atque exquaérere, 450
Sint ílla necne sínt quae tibi renúntiant.
Bonus ánimus in malá re dimidiúmst mali.
SI. Tibi aúscultabo. PS. Ítur ad te, Pseúdole:
Orátionem tíbi para aduorsúm senem.
Erúm saluto prímum, ut aequomst: póstea, 455
Siquíd superfit, uícinos inpértio.
SI. Salué. quid agitur? PS. Státur hic ad húnc modum.
⟨SI.⟩ Statúm uide hominis, Cállipho, quam básilicum.

---

442. MIRARE: mirari ‖ 443. PS. ΩZEY *vel* OZEV (*sic A*) | C(om)MODEM ‖ 444. PATERPATREM: patrem | AEQUOMEST: equo est ‖ 445. QUIS: SI. Siquis *vel* # siquis | meus hic est quidem (*etiam A*): *corr Fl* | SERUS ‖ 446. SCELERUMC(APU)THICCORRUPITM(IH)IFILIUM ‖ 447. ILLIEST: illest *vel* ille est ‖ 448. INSIPIENTIAST: insipientia si ‖ 449. I(np)RO(pr)OM(pt)U: in promtu *vel* in proptu ‖ 450. EXQUAERERE: exquirere ‖ 451. sint: SINTNE | illa: ILLAUERA | negnes iniquę: NECNEQUAE (*cf. v. 433*) ‖ 452. DIMIDIUMST: dimidiust ‖ 453—523. *pers fere omnes om C, multas D (sed spatia habent)* ‖ 453. auscultabo (*sic A*) *vel* abscultabo | ADTE: adie (ad me *Donatus*) ‖ 454. ADUORSUM: aduersum *vel* aduersem ‖ 455. AEQUUMST: aequost ‖ 458. QUAM: quiam ‖

CA. Bene cónfidenterque ádstitisse intéllego.
PS. Decet ínnocentem quí sit atque innóxium 460
Seruóm superbum esse ápud erum potíssumum.
CA. Sunt quaé te uolumus pércontari, quaé quasi
Per nébulam nosmet scímus atque audíuimus.
SI. Confíciet iam te hic uérbis, ut tu cénseas
Non Pseúdolum, sed Sócratem tecúm loqui. 465
PS. Itást: iam pridem tú me spernis, séntio.
Paruam ésse apud te míhi fidem ipse intéllego.
Cupis mé esse nequam: támen ero frugí bonae.
SI. Fac sís uociuas, Pseúdole, aedis aúrium,
Mea út migrare dícta possint quó uolo. 470
PS. Age lóquere quiduis, tam étsi tibi suscénseo.
SI. Mihin dómino seruos tú suscenses? PS. Tám tibi
Mirum íd uidetur? SI. Hércle qui, ut tu praédicas,
Cauéndumst mi aps te iráto, atque alio tú modo
Me uérberare atque égo te soleo cógitas. 475
Quid cénses? CA. Edepol mérito esse iratum árbitror,
Quom apúd te paruast e⟨í⟩ fides. SI. Iam síc sine
Irátus sit: ego néquid noceat cáuero.
Sed quíd ais? quid hoc quod té rogo? PS. Siquid uís, roga:
Quod scíbo Delphis tíbi responsum dícito. 480
SI. A⟨d⟩uórte ergo animum et fác sis promissí[s] memor.
[PS.] Quid aís? ecquam scis fílium tibícinam

---

459. ASTITISSE: adstitisse *vel* te adstitisse ‖ 460. innoxius (*etiam A*): *corr ex Capt. v. 665* ‖ 462. UOLIMUS ‖ 466. CA. *B*: *corr* D^2 ‖ 467. Paruam: PARUM ‖ 469. FACSISUOCIUAS: Fac sis uaciuas *vel* Fax si sua ciua ‖ 470. dicta (*sic A*) *vel* dicia | QUAE ‖ 472. MIHI | TAM: Iam ‖ 473. MIRUMUIDETUR | Hercle *vel* Ercle (*sic A*) ‖ 474. CAUENDUMEST: Cauendus est (*vel* es) ‖ 477. parum ste fides: *corr Ri* | sino: *corr Brixius* ‖ 481. *add Pius* | faxis ‖ 482. *del Py* | ecquam *vel* SI. Ecquam ‖

Meum amáre? PS. *Ναὶ γάρ* [mea est]. SI. Líberare quám uelit?
PS. *Καὶ τοῦτο ναὶ γάρ.* SI. É⟨c⟩quas uigintí minas
[Per sýcophantiam átque per doctós dolos] 485
Paritás ut a me⟨d⟩ aúferas? PS. Aps te égo auferam?
SI. Ita: quás [a]me[c]o gnato dés, qui amicam líberet?
Fatére: dic *καὶ τοῦτο ναί.* PS. *Καὶ τοῦτο ναί.*
CA. Fatétur. SI. Dixin, Cál⟨l⟩ipho, dudúm tibi?
CA. Meminí. SI. Quor haec tu ubí resciuisti ílico 490
Celáta me sunt? cúr non res⟨c⟩iui? ⟨PS.⟩ Éloquar:
Quia nólebam ex me mórem progignî malum,
†Erum ut seruos críminaret ápud erum.
⟨SI.⟩ Iubéres hunc praecípitem in pistrinúm trahi.
⟨CA.⟩ Numquíd peccatum | ést, Simo? SI. Immo máxume. 495
PS. Desíste: recte ego meám rem sapio, Cállipho:
[SI.] Peccáta mea sunt. ánimum aduorte núnciam,
Quaprópter †te expertem amoris nati hábuerim:
Pistrínum in mundo scíbam, si id faxém, mihi.
SI. Non á me scibas pístrinum in mundó tibi, 500

---

483. naegar (*vel* negar) mea est: *corr Bent* | quam *vel* qua || 484. CA.: *corr Py* | Cetuton kaito itone gras *vel* ceu ton kaito ito negaris (*vel* negars): *corr Bent* || 485. *secl Ri* (*cf. v. 527*) || 486. a me *vel* me: *add Ri* || 488. Fateri dichaytoyna PS. (*vel* #) chaitoyionai: *corr Bo duce Ca* || 490. resciuisti *vel* resiuisti || 492. praegigni *vel* que gigni: *corr Scal* || 493. criminarit *vel* criminare it || 494. Iuberes *vel* Luberes | pistrinum *vel* pristrinum (*item v.* 499. 500. 534) || 495. *add* D^2 | Immo *vel* Imo || 496. callippho *vel* callipho || 497. *del Py* || 499. inmundum: *corr ex Charisio* (quia sciebam in pistrinum in mundo fore) || 500. N *pro* SI. (*sic* D^2) *B* ||

Quom ea múss[c]itabas? PS. Scíbam. SI. Quin dictúmst mihi?
PS. Quia ⟨i⟩llúd malum aderat, ístuc aberat lóngius:
Illúd erat praesens, huíc era⟨n⟩t diéculae.
SI. Quid núnc agetis? nam híne quidem a me nón potest
Argéntum auferri, quí praesertim sénserim. 505
Ne quísquam credat númmum, iam edicam ómnibus.
PS. Nun[c]quam édepol quoiquam súpplicabo, dúm quidem
Tu uíues: tu mihi hércle | argentúm dabis:
Abs te équidem sumam. SI. Tú a me sumes? PS. Strénue.
SI. E[x]clí[i]dito mihi hercle óculum, si dederó. PS. Dabis. 510
Iam díco ut a me cáueas. SI. Certe edepól scio:
Si apstúleris, mirum et mágnum facinus féceris.
PS. Faciám. SI. Si non apstúleris? PS. Virgis caédito.
Sed quíd si abstulero? SI. Dó Iouem testém tibi
Te aetátem inpune habitúrum. PS. Facito ut mémineris. 515
SI. Egon út cauere néqueam, quoi praedí⟨ci⟩tur?
PS. Praedíco, ut caueas: díco, inquam, ut caueás: caue:
Em istís mihi tu hodie mánibus argentúm dabis.
CA. Edepól mortalem gráphicum, si seruát fidem.
PS. Seruítum tibi me abdúcito, ni fécero. 520
SI. Bene átque amice dícis: nam †nunc nam meust.

---

501. D *pro* PS. (*sic* D^2) *B* | Cur non: *corr Ri* | dictum (*vel* dictu) est ‖ 502. Qui aliud: *corr Ac* ‖ 503. *add Py* ‖ 504. CA.: *corr* D^2 ‖ 506. num mum *vel* numnum ‖ 509. CA. Tu: *corr D* ‖ 510. Excludito *vel* Sex cliidito: *corr Ri* ‖ 511. CA. ‖ 512. abstuleris *vel* apsuteris | facinus feceris *vel* feceris facinus ‖ 513. # Virgis *vel* uirgis: *corr Py* ‖ 518. mihi ut: *corr Pius* ‖

PS. Vin étiam dicam quód uos magis mirémini?
CA. Studeo hércle audire: nám ted auscultó lubens.
SI. Agedúm: nam satis lubénter te auscultó loqui. 523[b]
PS. Prius quam ístam pugnam púgnabo, ego etiám prius
Dabo áliam pugnam cláram et commemorábilem.
SI. Quam púgnam? PS. Em ab hoc lenóne uicinó tuo 526
Per sýcophantiam átque per doctós dolos
Tibícinam illam túos quam gnatus déperit
Ea círcumducam lépide lenonem: [SI.] ⟨ét⟩ quidem
[PS.] Efféctum hoc hodie réddam utrumque ad uésperum. 530
SI. Siquidem ístaec opera, ut praédicas, perféceris,
Virtúte re⟨g⟩i | Agathocli antecésseris.
Sed sí non faxis, númquid causaest ílico
Quin te ín pistrinum cóndam? PS. †Non unum quidem diem modo,
Verum hércle in omnis quántumst. sed si effécero,
Dabín mihi argentum quód dem lenoni ílico 536
Tuá uoluntate? CA. Iús bonum orat Pseúdolus:
'Dabo' ínque. SI. At enim scin quíd mihi in mentém uenit?
Quid si hísce inter se cónsenserunt, Cállipho,
Aut dé conpecto fáciunt consutís dolis, 540
Qui †me argento circumuortant? PS. Quis me audácior

523[a]. Studie | ted (*vel* te) auscultu ‖ 523[b]. SI. *vel* PS. ‖ 524. CA. ‖ 525. commemorabilem *vel* commerabilem ‖ 526. em abe *vel* eme ab ‖ 528. tuus *vel* tus | gnatus *vel* natus ‖ 529 sq. lepidele nomem (*vel* lepidule nomen) SI. Quid est PS.: *corr Ac* | hoc (*vel* hoc *s. v.*) hodie reddam *vel* hodie hoc *cum lac* ‖ 531. ut *vel* aut ‖ 533. nunc quid *vel* numquid | causa est: *corr Ca* ‖ 535. quantus est: *corr Ca* ‖ 536. lenoni *vel* lenon ‖ 539. consenserunt *vel* conseserunt ‖ 540. conpecto *vel* conpacto ‖ 541. audatior *vel* auditior ‖

Sit, si ístuc facinus aúdeam [facere]? immo síc, Simo:
Si súmus con[s]pecti seú[e] consilium umquam íni⟨i⟩mus [de istac re], 543ª
Aut sí de ea re umquam inter nos †conueniamus,
Quasi ín libro quom scribúntur calamo lítterae,
Stilís me totum usque úlmeis conscríbito. 545
SI. Indíce ludos núnciam, quandó lubet.
PS. Da in húnc diem operam, Cállipho, quaesó mihi,
Nequó te ad aliud óccupes negótium.
CA. Quin rús ut irem †iam heri constitueram.
PS. At núnc disturba quás statuisti máchinas. 550
CA. Nunc nón abire cértumst istac grátia:
Lubídost ludos tuós spectare, Pseúdole:
Et si húnc uidebo nón dare argentúm tibi
Quod díxit, potius quam íd non fiat, égo dabo.
⟨SI.⟩ Non démutabo. PS. Námque edepol, si nón dabis, 555
Clamóre magno et múlto[m] flagitábere.
[PS.] Agitė ámolimini hínc uos intro núnciam
Ac meís uicissim dáte locum falláciis.
CA. Fiát: geratur mós tibi. PS. Sed té uolo
Domi úsque adesse. CA. Quín tibi hanc operám dico. 560
SI. At ego ád forum ibo: iam híc ero. PS. Actutúm redi.

---

542. facere *vel* dicere: *del Py* ‖ 543ª. conspecti siue *vel* conspectis lue: *corr Ac et Bo* | *add Bo* | *del Bo* ‖ 544. calamo litterae *vel* litterae calamo ‖ 547. PS. Da *vel* Da | callipho *vel* capho ‖ 552. INLUDOS ‖ 554. DIXIT: dixi ‖ 555. *add Bo* | si non (*sic A*) *vel* non *vel* si on ‖ 556. multum (*sic A*) *vel* multom *vel* multitudo: *corr Scal* ‖ FLAGITABERE: flagit habere *vel* flagito abere ‖ 557. amolimini (*sic A*) *vel* amouemini ‖ 559. Fiat (*sic A*) *vel* Flat | GIRATUR | MOSTIBI#SED: mos (*vel* nos *vel* uos) tibi sed (*vel* tibis et): *corr Py* ‖ 560. CA. *vel* # | QUID ‖ 561. ERO: adero | CA.: *corr Ri* ‖

[PS.] Suspíciost mihi núnc uos suspicárier,
Me idcírco haec tanta fácinora promíttere,
Quo uós oblectem, hanc fábulam dum tránsigam,
Neque sím facturus quód facturum díxeram. 565
Non démutabo: atque étiam certum, quód sciam:
Quo id sím facturus pácto, nil etiám scio,
Nisi quía futurumst: nám qui in scaenam próuenit
Nouo módo nouom aliquid ínuentum adferre ád-
decet:
Si id fácere nequeat, dét locum illi quí queat. 570
Concédere aliquantísper hinc mihi intró lubet,
Dum cóncenturio in córde sycophántias.
* * * * * nón ero uobís morae. 573[a]
Tibícen uos intéribi hic delectáuerit. 573[b]

ACTVS II

PSEVDOLVS
SERVOS

Pro Iúppiter, ut mihi quícquid ago lepide ómnia pro-
spereque éueniunt:
Neque quód dubitem neque quód timeam meo in péctore
conditumst cónsilium.
Nam éa stultitiast, fácinus magnum tímido cordi
crédere: 576
Nam ómnes res perínde sunt

---

562. *del Ri* || 564. QUO: Quin || 567. QUOID: Quo *vel* cum || 568. FUTURUNST || 570. Si id: SI | NEQ·AD | DET: et || 571. INTRO: inro || 572. Cui *Nonii codd* | SYCOPHANTIAS: sicophantias *vel* siconphantias (sycophantia est *Nonius*) || 573[a]. *accessit ex A* || 573[b]. (Tibi)GEN | INT(eri)BI: interea *vel* intera || 574. eueniunt (*sic A cum Charisio*) *vel* ueniunt || 576 sq. *compr AB* | STULTITIAEST: stulticia si ||

Vt agas, ut eas mágni facias. nam égo in meo prius péctore
Íta paraui cópias,
Duplicís triplicis dolos pérfidias, ut ubíquomque hostibus cóngrediar — 580
Maiórum meúm fretus uírtute dícam
Mea índustria ét malitiá fraudulénta —
Facile út uincam, facile út spoliem meos pérduellis meis pérfidi⟨i⟩s.
Núnc inimicum ego húnc communem méum atque uostr⟨or⟩um ómnium
Bállionem exbállistabo lépide: date operám modo. 585[a]
Hóc ego oppidum ádmoenire ut hódie capiatúr uolo, 585[b]
Atque huc meas legiones adducam: si expugno, facilem hanc rem meis ciuibus faciam:
Post ad oppidum hoc uetus continuo meum exercitum protinus obducam.
Inde me ét simul participís omnis meos praéda onerabo atque ópplebo,
Metum ét fugam perduéllibus meís me⟨d⟩ ut sciant nátum.
Eó sum genere gnátus: magna mé facinora décet efficere,
Quae póst mihi clara et diú clueant. 591
Sed hunc quém uideo? quis hic ést qui oculis meis óbuiam ignobilis óbicitur?
Lubet scíre quid hic uelit cúm machaera et huic quám rem agat hinc dabo insídias. 593. 594

---

578 sq. *sic A: compr. B* | nam ego in meo: N(amme)OEGOIN | pectore prius (*etiam A*): *trai Christius* || 580. UBIQUOMQ·: ubicumque (cum *s. v. B*) cum || 581 sq. *compr AB* | MAIORUMMEUM: Malorum meorum | MEA: me | fraudulenti *vel* fraudulentia (*sic A*): *corr Bo* || 583. FACILEMUTSPOLIEM || 584. *add Guy* || 585[b]. HO(die): hoc die | *cf. v. 384* || 586 sq. *sic A: tres v. sunt in B* (— expugno — faciam [*sed* ♯Protinus]): *cf. ad v. 263* | HUC: ut hoc | SI: si hoc | HANC: ego hanc || 587. MEUM: mecum | PROTI (*om* nus obducam) || 589. MEUT: me esse ut *vel* esse me ut: *add Ri* | sciant (*sic A*) *vel* sioant || 590. NATUS || 591. CIUEANT || 592. IGNOBILIS (*sic Festus*): ignorabilis || 593. 594. *duo v. sunt in B* (— rem) | uelit: UENIAT ||

HARPAX. PSEVDOLVS
CACVLA SERVOS

HA. Hi lóci sunt atque hae régiones quae mi áb ero sunt demónstratae, 595
Vt ego óculis rationém capio: quom mi íta dixit erus méus miles:
Septúmas esse aedis á porta, ubi ille hábitet leno quoí iussit
Symbólum me ferre et hoc árgentum. nimis uélim certum qui ⟨i⟩d míhi faciat:
Ballío[n] leno ubi | hic hábitat?
PS. [St, táce tace: meus hic ést homo, ni omnés di atque homines déserunt.] 600
Nouo cónsilio nunc míhi | opus est: noua rés haec subito mi óbiectast.
Hoc praéuortar princípio: illa omnia míssa habeo quae ante ágere occepi.
Iam pól ego hunc stratiotícum nuntium aduénientem probe pércutiam.
HA. Óstium pultábo atque intus éuocabo aliquém foras.
PS. Quísquis es, compéndium ego te fácere pultandí uolo: 605
Nam égo precator ét patronus fóribus processí foras.
HA. Túne es Ballio? PS. Ímmo uero ego éius sum Subbállio.
HA. Quíd istuc uerbist? PS. Cóndus promus súm, procuratór peni.

---

596. Vt *vel* Vi | quam: *corr Goe* ‖ 597. (habi)TET: habitat | Q(uoiius)SIT: cuius sit ‖ 598 sq. *v. bipartitum* (*post* uelim) *habent AB* | Certum quid mihi: QUIDMIH—: *corr C* | *del Ca* ‖ 600 sq. *duo v. sunt in B* (— nunc [*sed* mihi]), *tres in A* (— deserunt — opus est) ‖ 600. *secl Reizius: cf. v. 381* | STTACE: Sitace ‖ 601. HAECSUBITOMIHI: subito mihi haec ‖ 602. principio (*sic A*) *vel* princirio ‖ 604. HOSTIUM | pultabo (*sic A*) *vel* pul stabo ‖ 605. ego te: TE | PULTANDI: putandi ‖ 606. precator (*sic A*) *vel* peccator ‖ 607. ESBALLIO: e (*vel* est) oballio ‖

HA. Quási te dicas átriensem. PS. Immo átriensi ego ímpero.
HA. Quíd tu, seruosne és an liber? PS. Núnc quidem etiam séruio. 610
HA. Íta uidere: et nón uidere dígnus qui libér sies.
PS. Nón soles respícere te, quom dícis iniuste álteri?
HA. Húnc hominem malum ésse oportet. PS. Dí me seruant átque amant:
Nam haéc mihi incus ést: procudam égo hodie hinc multós dolos.
HA. Quíd illic solus sécum loquitur? PS. Quíd ais tu, adulescéns? HA. Quid est?
PS. Ésne tu an non és ab illo mílite Macédonio? 616
Séruos eius qui hínc a nobis ést mercatus múlierem,
Qui árgenti meo eró lenoni quíndecim dederát minas,
Quínque debet? HA. Súm. sed ubi tu mé nouisti géntium
Aút uidisti aut cónlocutu's? nam équidem Athenas ántidhac
Númquam adueni néque te uidi ante húnc diem umquam oculís meis. 621. 622
PS. Quía uidere inde ésse: nam olim quom ábiit, argento haéc dies
Praéstitutast, quóad referret nóbis, neque dum réttulit.
HA. Ímmo adest. PS. Tun áttulisti? HA. Égomet. PS. Quid dubitás dare?
HA. Tíbi ego dem? PS. Mihi hércle uero, quí res rationésque eri 626

---

609. HA. Quasi *vel* Quasi ‖ 610. QUIN | SERUUNES | PS. *vel* # ‖ 612. DICIS: dicas ‖ 615. illic (*sic A*) *vel* illi | SOLUSSECUM: secum solus | Quid (*sic A*) *vel* qui ‖ 616. milite (*sic A*) *vel* militite | macedonio (*sic A*) *vel* macedonico ‖ 618. MEOERI: ero meo | dederat minas (*sic A*) *vel* minas dederat ‖ 620. conlocutus: *corr Ri* | equidem: IDEM | ATHENAS: athenis | ANTEIDHAC ‖ 621 sq. UENI ‖ 623. PS. Quia *vel* Quia | HAEC: hic ‖ 624. RETTULIT: retulit ‖ 625. ATTULISTIN# ‖ 626. ego: HERCLE ‖

Bállionis cúro, argentum accépto [expenso] et quoi debét dato.
HA. Sí quidem hercle etiám supremi prómptas thensaurós Iouis,
Tíbi libellam argénti numquam crédam. ⟨PS.⟩ Dum tu stérnuas,
[PS.] Rés erit solúta. HA. Vinctam pótius sic seruáuero. 630
PS. Vaé tibi: tu inuéntu's uero meám qui furcillés fidem.
Quási mihi non sescénta tanta sóli soleant crédier.
HA. Pótest ut alii ita árbitrentur ét ego ut ne credám tibi.
PS. Quási tu dicas mé te uelle argénto circumdúcere.
HA. Ímmo uero quási tu dicas quásique ego autem id súspicer. 635
Séd quid est tibi nómen? PS. Seruos ést huic lenoní Surus:
Éum esse me dicám. Surus sum. HA. Súrus? PS. Id est nomén mihi.
HA. Vérba multa fácimus: erus si túos domist, quin próuocas,
Vt id agam quod míssus huc sum? PS. Quícquid est nomén tibi,
Sí intus esset, éuocarem: uérum si dare uís mihi, 640
Mágis erit solútum qua[m]si ipsi déderis. HA. At enim scín quid est?

---

627. *del Bo* ‖ 628. SUPREMI: supremmi *vel* suppremi *vel* subpremi | promptas (*sic A*) *vel* prompta | THENSAUROS: thesauros *vel* thenalaros | iouis (*sic A*) *vel* ioui ‖ 629. LIBELAM | *add Ac* | STERNUAS: strenuas ‖ 630. *del Ac* | UINCTAM: uinciam *vel* untiam ‖ 631. UALEIBI | inuentus: *corr Ri* | uero meam: SOLUSUERUMEAM | FURCILLES: forcilles ‖ 632. soli soleant (*sic A*) *vel* soleant | CREDEIR ‖ 633. ALII: aui | arbitrentur (*sic A*) *vel* arbitentur | ego ut: EGO ‖ 635. id suspicer: SUSPICER ‖ 636 sq. SURUS: Syrus (*ter*) | mihi: MEUM ‖ 638. tuus domi est (*sic A*) *vel* domi est tuus ‖ 639. QUOD: quo | HUC: hic ‖ 641. QUAMSI: quam: *corr Sey* | SCIN: sin ‖

Réddere hoc, non pérdere, erus me mísit. nam certó scio
Hóc, febrim tibi ésse, quia non lícet huc inicere úngulas.
Égo nisi ipsi Bállioni númmum credam némini.
PS. Át illic nunc negótiosust: rés agitur apud iúdicem.
HA. Dí bene uortant. át ego, quando eum ésse censebó domi,
Rédiero. tu epístulam hanc a me áccipe atque illí dato:
Nám istic symbolúst inter erum méum et tuom de múliere.
PS. Scío equidem: ut qui argéntum adferret átque expressam imáginem
Súam | huc ad nos, cúm eo aiebat uélle mitti múlierem:
Nám hic quoque exemplúm reliquit éius. HA. Omnem rém tenes.
PS. Quíd ego ni teneám? HA. Dato istunc súmbolum ergo illí. PS. Licet.
Séd quid est tibi nómen? HA. Harpax. PS. Ápage te, Harpax: haú places.
Húc quidem hercle haud íbis intro, níquid 'harpax' féceris.
HA. Hóstis uiuos rápere soleo ex ácie: eo hoc nomén mihist.
PS. Pól te multo mágis opinor uása ahena ex aédibus.

---

642. MEIVSSITNAM: misit non | certo (*sic A*) *vel* exerto || 643. FEBREM: febrin | HUC: hoc | inicere (*sic A*) *vel* ini *cum lac*) || 646. censebo (*sic A*) *vel* censabo || 648. SYMBOLUSEST: simbolum est || 649. imaginem (*sic A*) *vel* maginem || 650. CUM: quom | aiebat (*sic A*) *vel* alebat || 651. #OMNEM: omnem || 652. HA. *et* PS. | ISTUNCSUMBOLUMERGO: ergo istum simbolum ergo | #LICET: licet || 653. HARPAX: arpax *vel* harparx *vel* har pr/// (*et* a ṽ *s. v.*) | harpax (*sic A*) *vel* hapax | HAU: haut || 654. haud ibis *vel* haut ibi///: AUDIBIS | INTRO(ne): intro ni quid (*sic A*) *vel* qui || 655. ex acie: EX***IE | EOHOC: hoc nomen mihi est: MIHINOMENEST || 656. TEMULTO: tem uito | AHENA: ahenea | EXAEDIBUS: exscędibus ||

HA. Nón itast. sed scín quid te oro, Súre? PS. Sciam, si díxeris.
HA. Ego deuortor éxtra portam huc ín tabernam tértiam
Ápud anum illam dóliarem, claúdam, crassam Chrýsidem.
PS. Quíd nunc uis? HA. Inde út me accersas, érus tuos ubi uénerit. 660
PS. Tuo árbitratu: máxume. HA. Nam ut lássus ueni dé uia,
Mé uolo curáre. PS. Sane sápis et consiliúm placet.
Séd uide sis ne in quaéstione sís quando accersám mihi.
HA. Quín ubi pranderó, dabo operam sómno. PS. Sane cénseo.
HA. Númquid uis? PS. Dormítum ut abeas. HA. Ábeo. PS. Atque audin, Hárpage?
Iúbe sis te operirí: beatus éris, si consudáueris. 666

PSEVDOLVS

SERVOS

Di ímmortales, cónseruauit me íllic homo aduentú suo:
Suó uiaticó redduxit me úsque ex errore ín uiam.
Námque ipsa Opportúnitas non pótuit mihi opportúnius 669
Áduenire quam haéc allatast míhi opportune epístula.

---

657. ita est: ISTAEST | SCIN: sin | ORO: orem | SURE: syre *vel* scyre ‖ 658. HA. Ego *vel* Ego ‖ 659. DOLIAREMCLAUDAMCRASSAM (*item Donatus*): diobolia recludam (reclaudam *corr B*) grassam | chrysidem (*sic A*) *vel* chyrsidem ‖ 660. ACCERSAS: arcessas ‖ 661. MAXUMENAM ‖ 662. UOLO (*item Servius Dan*): nolo | SI. ‖ 663. ACCERSAM: arcessam | mihi (*sic A*) *vel* tibi ‖ 665. NUNQUID: Nunc quid ‖ 666. Iube sis te (*sic A*) *vel* Lubes siste | si consudaueris (*sic A*) *vel* pseudolus ‖ 667. *scaenam om A* | DIIMMORTALES: Dii immortales *vel* Dii mortales | aduentu (*sic A*) *vel* aduenienti ‖ 668. redduxit (*sic A*) *vel* reduxit ‖ 669. NAMQ·IPSAOPPORTUNITAS: Nam ipsa mihi oportunitas | POTUITMIHI: potuit ‖ 670. ALLATAST: cauata est ‖

Nam haéc allata córnu copia⟨é⟩st, ubi inest quidquíd uolo:
Híc doli, hic falláciae omnes, híc sunt sycophántiae,
Híc argentum | , híc amica amánti erili fílio.
Átque ego nunc me ut glóriosum fáciam et copi péctore.
Quó modo quicque agerem, út lenoni súrruperem muliérculam, 675
Iam ínstituta, ornáta cuncta in órdine, animo ut uólueram,
Cérta, deformáta habebam. séd profecto hoc síc erit:
Céntum doctum hominúm consilia sóla haec deuincít dea,
Fórtuna. atque hoc uérumst: proinde ut quísque fortuna útitur,
Íta praecellet átque exinde sápere eum omnes dícimus.
Béne ubi quod [di]scimús consilium áccidisse, hominém catum 681
Éum esse declarámus, stultum autem íllum, quoi uortít male.
Stúlti hauscimus frústra ut s[c]imus, quóm quid cupientér dari
Pétimus nobis: quási quid in rem sít possimus nóscere.
Cérta mittimús, dum incerta pétimus. atque hoc éuenit
Ín labore atque ín dolore, ut mórs obrepat ínterim. 686
Séd iam satis est phílosophatum: nímis diu et longúm loquor.
Di ímmortales, aúrichalco cóntra non carúm fuit

---

672. DOLI: dolori *vel* doliri (*corr B*) | HICSUNT: sunt hic sunt | fallaciae (*sic A*) *vel* fallicię | SYCOPHANTIAE: sycophanie *vel* sicophanice ‖ 674. ADQ· (*ut saepius*) | MEUT (*sic Nonius*): me | ETCOPI (*sic Nonius*): ut copi *vel* ut *cum lac* ‖ 675. QUICQ·: quique | LENONIS ‖ 676. INSTITUTAMCUNCTA ‖ 678. CERTUM | hominum (*sic A*) *vel* hominem | consilia sola (*sic A*) *vel* consilia ‖ 680. DUCIMUS ‖ 681. QUO(d): quid | *del Ac* | catum (*sic A*) *vel* cautum ‖ 682. DECLARATUR | QUOI: quo ‖ 683. HAUSCIMUS: haud scimus | *del Ca* | quod (*etiam A*): *corr Lipsius* ‖ 685. EUENIT: uenit ‖ 686. MORSREPA(t) ‖ 688. AURICALCO: aurichalco *vel* auricalcho ‖

Meúm mendacium, híc modo quod súbito commentús fui,
Quía lenonis mé esse dixi. núnc ego hac epístula 690
Trís deludam, erum ét lenonem et qui hánc dedit mihi epístulam.
Eúge: par pari áliud autem quód cupiebam cóntigit:
Vénit eccum Calidórus: ducit néscioquem secúm simul.

CALIDORVS. CHARINVS. PSEVDOLVS
ADVLESCENTES II SERVOS

CA. Dúlcia atque amára apud te sum élocutus ómnia:
Scís amorem, scís laborem, scís egestatém meam.
CH. Cómmemini omnia: íd tu modo me quíd uis facere fác sciam. 696[a]
[CA. Quom haec tibi alia sum elocutus uis scires si scis de symbolo.
CH. Omnia inquam tu modo quid me facere uis fac ut sciam.] 696[c]
CA. Pseúdolus mihi ita ímperauit, út aliquem hominem strénuom,
Béneuolentem addúcerem ad se. CH. Séruas imperiúm probe:
Nám et amicum et béneuolentem dúcis. sed istic Pseúdolus
Nóuos mihist. CA. Nimiúmst mortalis gráphicus: εὑρετής mihist: 700
Ís mihi haec sese écfecturum díxit quae dixí tibi.
PS. Mágnufice hominem cómpellabo. CA. Quóia uox resonát? PS. Io,

---

691. TRISLUDAM | dedit mihi (*sic A*) *vel* mihi dedit || 693. CALYDORUS || 694. apud (*sic A*) *vel* ap apud || 696[a]. fac sciam (*sic A*) *vel* faciam || 696[bc]. *om A* || 699. ISTIC: istinc || 700. MIHIEST: si mihi est | graphicus: SCITUS | heuretes (*etiam A*) || 701. IS: His | SESE: esse | EFFECTURUM: effecturum || 702. MAGNUFICE: magnifice | CA. Cuia: QUOIA | RESONAT: sonat ||

Ío, te te turánne, te rogó qui imperitas Pseúdolo.
Quaéro quoi ter trína triplicia tríbus modis tria gaúdia
Ártibus tribus tér demeritas dém laetitias dé tribus 705[a]
Fraúde partas, pér malitiam, pér dolum et falláciam: 705[b]
Ín libello hoc ópsignato [ad te] hoc áttuli pauxíllulo.
CA. Íllic homost. CHA. Vt páratragoedat cárnufex. PS. Confér gradum
[CA.] Cóntra pariter: pórge audacter ád salutem brácchium.
CA. Díc utrum Spemne án Salutem té salutem, Pseúdole?
PS. Ímmo utrumque. CA. Vtrúmque, salue: séd quid actumst? †PS. Quíd times?
CA. Áttuli hunc. PS. Quid, áttulisti? CA. 'Addúxi' uolui dícere. 711
PS. Quís istic est? CA. Charínus. PS. Euge, iám *χάριν τούτῳ ποιῶ.*
⟨CH.⟩ Quín tu siquid opúst mihi audacter ímperas? PS. Tam grátiast.
Béne sit tibi, Charíne: nolo tíbi molestos ésse nos.
CH. Vós molestos? níl molestumst míhi quidem. PS. Tum igitúr mane. 715

---

703. Io te tete: TETE | TURANNE (*corr in* TYRANNE): tiranne | te rogo: T(ee)GO | ṠPSEUDOLE: pseudoli ‖ 704. QUOIPER: quo iter (*corr Scu*) | TRIA: me tria ‖ 705[a]. ter: TRIS ‖ 705[b]. MALITIAM: maliciam et | FALLACIAS ‖ 706. ABSTEHOC: ad te: *del Vss* ‖ 707. CH.: *corr Py* | PS.: *corr Ac* | carnufex (*sic A*) *vel* carnifex | CA.: *corr Weisius* ‖ 708. PARITERPROGEAUDACTER: pariter por claudaciter *vel lac* (*corr Guy duce Ca*) | bracchium *vel* brachium: BACCHIUM ‖ 709. CA. Dic *vel* Dic | ANSALUTEM: ans matrem ‖ 710. ACTUNST ‖ 711. HUNC: hinc ‖ 712. PS. Quis *vel* Quis | ESTCHARINUS | charytoi io πολω (*vel* nolω): *corr Scal duce Ca* ‖ 713. SIQUID: quicquid | audacter (*sic A*) *vel* aucdacter | TAMGRATIA: Tam graciam (*om CD*): *corr Dousa* ‖ 714. SITTIBI: sit ‖ 715. NIHIL: mihi | MIHIQUIDEM: quidem | igitur (*sic A*) *vel* tu igitur ‖

CA. Quíd istuc est? PS. Epístulam modo hanc íntercepi et súmbolum.
CA. Súmbolum? quem súmbolum? PS. Qui a mílite allatúst modo.
Éius seruos qui húnc ferebat cúm quinque argentí minis,
Tuám qui amicam hinc áccersebat, éi os subleuí modo.
CA. Quó modo? PS. Horum caússa haec agitur spéctatorum fábula: 720
Hí sciunt qui hic ádfuerunt: uóbis post narráuero.
CA. Quíd nunc agimus? PS. Líberam hodie túam amicam amplexábere.
CA. Égone? PS. Tu istic ípsus, inquam, sí quidem hoc uiuét caput:
Sí modo mihi hominem ínuenietis própere. CH. Qua facié? ⟨PS.⟩ Malum,
Cállidum, doctúm, qui quando príncipium prehénderit,
Pórro sua uirtúte teneat, quíd se facere opórteat: 726
Átque qui hic non uísitatus saépe sit. CH. Si séruos est,
Númquid refert? PS. Ímmo multo máuolo quam líberum.
CH. Pósse opinor mé dare hominem tíbi malum et doctúm, modo
Qui á patre aduenít Carysto nécdum exit ex aédibus
Quóquam neque Athenás aduenit úmquam ante hesternúm diem. 731

---

716. CH. | epistulam (*sic A*) *vel* epistula | modo hanc: HANC | SUMBOLUM: simbolum ‖ 717. CH. | QUEMSUMBOLUM: quem simbolum | MILITI | ALLATUSSTMODO: aliatust (*vel* alienatust) modo est ‖ 718. cum *et* minis: ET *et* MINAS ‖ 719. ACCERSABAT: arcessabat *vel* arcessebat | ei os: EIUS ‖ 720. HORUN | CAUSSA: causa | FABULA: fabulae ‖ 723. TUISTIC: Tute ego | UIUIT: uiue ‖ 724. #PROPERE#: propere CA.: *corr Py* ‖ 727. QUIHICNON: eum qui non hic | UISITATUS: usitatus | sit # si: SIT#UT ‖ 728. Numquid (*sic A*) *vel* Nunc quid ‖ 729. CA. | modo: DOMO ‖ 730. EXIT: exiit | ex aedibus *vel* exaediebus: AEDIBUS ‖

PS. Béne iuuas: sed quínque inuentis ópus est argentí minis
Mútuis, quas hódie reddam: nam huíus mihi debét pater.
CH. Égo dabo: ne quaére aliunde. PS. O hóminem opportunúm mihi.
Etiam opust chlamyde ét machaera et pétaso. CH. Possum a mé dare. 735
⟨PS.⟩ Di ímmortales, nón Charinus míhi hicquidem, sed Cópiast.
Séd iste seruos éx Carysto qui híc adest ecquíd sapit?
CH. Hírcum ab alis. PS. Mánuleatam túnicam habere hominem áddecet.
Écquid is homo habét aceti in péctore? CH. Atque acidíssumum. 739
PS. Quíd, si opus sit ut dúlce promat índidem, ecquid habét? CH. Rogas?
Múrrinam, passúm, defrutum, méllam, mel quoiuísmodi:
Quín in corde instrúere quondam coépit pantopólium.
PS. Eúgepae: lepidé, Charine, meó me ludo lámberas.
Séd qui⟨d⟩ nomen ésse dicam ego ísti seruo? CH. Símiae.
PS. Scítne in re aduorsá uorsari? CH. Túrbo non aequé citust. 745

---

732. IUUAS: lubas ‖ 733. NAM: nam unam ‖ 734. CA. | hominem (*sic A*) *vel* homoinem ‖ 735. CHLAMYDE: chamyde *vel* echamyde | #POSSUM: possum ‖ 736. HICQUIDEM *et* COPIAST: quidem est *et* copia ‖ 737. ISTE: isti | QUIHICADESTECQUID: hic qui aduenit quid (*vel* qui) ‖ 738. CA.: *corr Ca* | IRQUUM: Hirquum *vel* Hiscum (Hircum *membr. Turn.*) | ALIS: aliis | ADDECET (*sic Nonius et Priscianus*): decet ‖ 739. Ecquid habetis homo: EQUIDEMHOMOHABET: *corr Lorenzius* | CA. | ACIDISSUMUM: acidissimi ‖ 740. Quod si opus est *et* idem et quid (*vel* et qui) *Plinius* | CA. ‖ 741 murmurena *Nonius* | defrutum (*sic A*) *vel* defructum (defritum *Nonius*) | MELLAM (mella *Plinius*): melinam *vel* mellinam | QUOIUISMODO: quouis modi ‖ 742. PANTOPOLIUM: hermopolium (thermopolium *Pius*) ‖ 743. MEOME: memeo ‖ 744—749. CA. *pro* CH. ‖ 744. *add Ca* ‖

PS. Écquid argutúst? CH. Malorum fácinorum saepíssume.
PS. Quíd quom manufestó tenetur? CH. Ángui⟨l⟩last: elábitur.
PS. Écquid is homo scítust? CH. Plebi scítum non est ⟨s⟩cít⟨i⟩us.
PS. Próbus homost, ut praédicare te aúdio. CH. Immo sí scias:
Ýbi te aspexerít, narrabit últro quid ⟨s⟩e[s]sé uelis. 750
Séd quid es actúrus? PS. Dicam: úbi hominem exornáuero,
Súbditiu⟨o⟩m fíeri ego illum mílitis seruóm uolo:
Sýmbolum hunc ferát lenoni cúm quinque argentí minis,
Múlierem ab lenóne abducat: ém tibi omnem fábulam.
Céterum quo quícque pacto fáciat, ipsi díxero. 755
CA. Quíd nunc igitur stámus? PS. Hominem cum órnamentis ómnibus
Exornatum addúcite ad me iam ád trapezitam Aéschinum:
Séd properate. CH. Príus illi[c] erimus quám tu. PS. Abite ergo ócius.
Quícquid incertí mihi in animo príus aut ambiguóm fuit,
Núnc liquet, nunc défaecatumst cór mihi, nunc †peruiast. 760
Ómnes ordiné[s] sub signis dúcam legionés meas
Áui sinistra, auspício liquido †atque ex senténtia.
Cónfidentiást inimicos meós me posse pérdere.
Núnc ibo ad forum átque [h]onerabo meís praeceptis Símiam,

---

748. Ecquitis homo scitus est (*vel* est scitus) | *add Ca* ‖ 749. si *vel* sci ‖ 750. *add et del Ca* ‖ 751. quid *vel* qui el *vel* quis ‖ 752. Subditium *vel* Subditum: *corr Ri* ‖ 753. cum *vel* quom (*item v. 756*) ‖ 757. iam at ‖ 758. PS. Prius *et* tu# *vel* tu | *del Bent* ‖ 760. defecatum si ‖ 761. *del Scal* ‖ 762. Ab sinistra *Nonius* ‖ 763. inimicos mens mea *Nonius* ‖ 764. meis *vel* miis | simiam *vel* simam ‖

Quíd agat: nequid títubet, docte ut hánc ferat falláciam. 765
Iam égo hoc ipsum oppidum éxpugnatum fáxo erit lenónium.

ACTVS III

PVER

Quoi séruitutem dí danunt lenóniam
Puero átque eidem si áddunt turpitúdinem,
Ne illí, quantum ego nunc córde conspició meo,
Malám rem magnam múltasque aerumnás danunt. 770
Velut haéc mihi euenit séruitus, ubi ego ómnibus
Paruís magnisque míseriis praefúlcior:
Neque égo amatorem míhi inuenire ullúm queo,
Qui amét me, ut curer tándem nitidiúscule.
Nunc húic lenoni hódiest natalís dies: 775
Intérminatus ⟨és⟩t a minumo ad máxumum,
Siquís non hodie múnus misissét sibi,
Eum crás cruciatu máxumo perbítere.
Nunc néscio hercle rébus quid faciám meis:
Neque égo illud possum quód illi qui possúnt solent. 780
Nunc nísi lenoni múnus hodie mísero,
Cras míhi potandus frúctus est fullónius.
Eheú, quam illae rei ego étiam nunc sum páruolus.
Atque édepol ut nunc mále ⟨ma⟩lum metuó miser,

---

765. nequid *vel* nequit | hanc *vel* hunc || 771. Vellit *vel* Velut || 772. praefulgior: *corr Beroaldus* || 773. ullum inuenire: *trai Py* || 774. curet: *corr Gul* || 775. lenoni *vel* lenon || 776. Interminatus tam inimo || 778. Tum || 779. quia *vel* qua | meis *vel* miis || 782. potandus *vel* potantus || 783. ille relego: *corr Gru* || 784. male eum: *corr Ri* ||

Si quíspiam det quí manus grauiór siet, 785
Quamquam íllud aiunt mágno gemitu fíeri,
Comprímere dentes uídeor posse aliquó modo.
Sed cómprimendast míhi uox atque orátio:
Erus éccum recipit sé domum et ducít coquom.

BALLIO. COQVOS. PVER
LENO

BA. Forúm coquinum quí uocant, stulté uocant:
Nam nón coquinumst, uérum furinúmst forum. 791
Nam ego sí iuratus péiorem hominem quaérerem
Coqúm, non potui quam húnc quem duco dúcere,
Multílocum, gloriósum, [s]insulsum, inútilem.
Quin ób eam rem Orcus récipere ad se hunc nóluit,
Vt ésset hic qui mórtuis cenám coquat: 796
Nam hic sólus illis cóquere quod placeát potest.
CO. Si me árbitrabare ísto pacto ut praédicas,
Qur cónducebas? BA. Ínopia: alius nón erat.
Sed cúr sedebas ín foro, si erás coqus, 800
Tu sólus praeter álios? CO. Ego dicám tibi:
†Hominum auaritia ego sum fáctus improbiór coquos,
Non meópte ingenio. BA. Quá istuc ratione? CO. Éloquar.
Quia ením, quom ex⟨t⟩emplo uéniunt conductúm coqum,
Ne⟨mo⟩ íllum quaerit qui óptumus et caríssumust:
Illúm conducunt pótius qui uilíssumust. 806
Hoc égo fui hodie sólus obsessór fori.
Illí drach⟨u⟩missent míseri: me nemó potest

---

789. eccum *vel* ecum | ducit *vel* ducet || 792. ego si *vel* si ego | pelorem: *corr B ras* || 795. hunc ad se: *trai Guy* || 796. mortuis *vel* mortui || 801. alius || 802. improbior *vel* improbo or || 803. me opte *vel* me ote || 805. *add Ca* || 808. drahcmis sent (*vel* essent): *corr Luchsius* | miseri me *vel* miserrime ||

Minóris quisquam númmo ut surgam súbigere.
Non égo item cenam cóndio ut alií coci, 810
Qui míhi condita práta in patinis próferunt,
Boues quí conuiuas fáciunt, herbasque óggerunt,
Eas hérbas herbis áliis porro cóndiunt:
Indúnt coriandrum, féniculum, alium, átrum holus,
Appónunt rumicem, brássicam, betám, blitum, 815
Eo lásserpici líbram pondo díluont:
Teritúr senapis scélera, quae illis quí terunt
Prius quám triuerunt óculi ut extillént facit.
Ei hómines cenas úbi coquont, quom cóndiunt,
Non cóndimentis cóndiunt, sed strígibus, 820
Viuís conuiuis íntestina quae éxedint.
Hoc híc quidem homines tám breuem uitám colunt,
Quom hasce hérbas huius modi ín suom [m]aluom cóngerunt
Formídulosas díctu, non essú modo.
Quas hérbas pecudes nón edunt, hominés edunt. 825
BA. Quid tú? diuinis cóndimentis útere,
Qui prórogare uítam possis hóminibus,
Qui ea cúlpes condiménta? CO. Audacter dícito:
Nam uél ducenos ánnos poterunt uíuere
Meas qui éssitabunt éscas quas condíuero. 830
Nam ego cícilendrum quándo in patinas índidi ·

---

810. item *vel* itaem ‖ 814. alium *vel* allium ‖ 816. LASSERPICI: lasarpici ‖ 817. senapis: sinapis *Servius Dan, Charisius, Priscianus*: SINAPIM | SCELERA (*item Servius Dan et Charisius*): scelerata *Priscianus*: celera | Q·ILLIS: cum illis (*item Priscianus*): quod illi *Charisius* | terit *Charisius* ‖ 818. TRIUERONT (contriuit *Charisius*) | EXTIL(le)NT (*aut sic aut* exstillent *Charisius Priscianusque*): extilient *vel* exilient ‖ 819. UBICOCUNT: libi (*vel* sibi) coquint | cum (*sic A*) *vel* com | condiunt (*sic A*) *vel* condunt ‖ 820. STIGIBUS (*sed* R *s. v.*) ‖ 821. UIUAS ‖ 822. QOLUNT ‖ 823. herbas (*sic A*) *vel* herba | MALUUM: saluum ‖ 824. FORMIDULOSAM | ESSU: esum (*corr D ras*) ‖ 830. QUIESSITABUNT: quis essit (*vel* esit) habunt | CONDIUERO: condidero ‖ 831. COCILINDRUM | PATINASINDIDI: patina scindidi ‖

Aut cépolendrum aut máccidem aut saucáptidem,
Eaépse sese [patinae] féruefaciunt ílico.
Haec ád Neptuni pécudes condiménta sunt: ·
Terréstris pecudes cícimandro cóndio, 835
[Aut] Hapalópside aut cataráctria. BA. At te Iúppiter
Dique ómnes perdant cúm condimentís tuis
Cumqué tuis istis ómnibus mendáciis.
CO. Sine sís loqui me. BA. Lóquere atque i in malám crucem.
CO. Vbi ómnes patinae féruont, omnis áperio: 840
Is odós dimissis pédibus in caelúm uolat.
BA. Odós dimissis pédibus? CO. Peccaui ínsciens.
BA. Quidúm? CO. 'Dimissis mánibus' uolui dícere:
Eum odórem cenat Iúppiter cottídie.
BA. Si núsquam coctum is, quídnam cenat Iúppiter? 845
CO. It íncenatus cúbitum. BA. I in malám crucem.
Istácine causa tíbi hodie nummúm dabo?
CO. Fateór equidem esse mé coquom caríssumum:
Verúm pro pretio fácio ut opera appáreat
Mea, quó conductus uénio. BA. Ad furandúm quidem. 850
CO. An tu ínuenire póstulas quemquám coquom

---

832. CEPOLENDRUM: sipolindrum | maccidem (*sic A*) *vel* maecidem | sauccaptidem: SECAPTIDEM (*corr Ri*) || 833. EAEPSESE: Eae ipsae sese | *del Buggius* || 834. HAEC: Aec | neptuni (*sic A*) *vel* neptum || 835. TERRESTIS | CIOMALINDRO || 836. HAUT: Aaud *vel* aut: *del Guy* | HAPALOSOPIDE | cataractria *et* at (*sic A*) *vel* cactaractria *et* ad || 837. cum (*sic A*) *vel* quom || 838. TUISISTIS: tuis || 839. SIS: scis | BA. Loquere (*sic A*) *vel* boquere (b *minio*) | IIN: in || 840. FERUONT: feruent || 841. demissis (*etiam A*) | pedibus: MANIBUS | UOLANT || 842. *post v.* 844 *extat: trai Ac* | ODOS: odor | dimissis (*vel* dimisis): DEMISSIS | pedibus: MANIBUS || 843. QUIDUM#DIMISSIS: BA. Quidem CO. Quia (*vel* Quiam) demissis (*vel* dimissis) | manibus: PEDIBUS || 844. ODOREM: modo rem | cottidie *vel* cotidie (*sic A*) | *cf. ad v. 842* || 845. nusquam (*sic A*) *vel* numquam | COCTUMIS: is coctis || 846. IT: Id || 848. ESSEME: me esse || 850. UENIO: ueni || 851. COQUOM: coqum *vel* coquam ||

Nisi míluinis aút aquilinis úngulis?
⟨BA.⟩ An tú coquinatum te íre quoquam póstulas,
Quin íbi constrictis úngulis cenám coquas?
Nunc ádeo tu, qui méus es, iam edicó tibi, 855
Vt nóstra properes ámoliri * * ómnia:
Tum ut húius oculos ín oculis habeás tuis.
Quoquo híc spectabit, eó tu spectató simul.
Siquo híc gradietur, páriter progredímino.
Manum sí protollet, páriter profertó manum. 860
Suom síquid sumet, íd tu sinito súmere:
Si nóstrum sumet, tú teneto altrínsecus.
Si iste íbit, ito: stábit, astató simul.
Si cónquiniscet ístic, conquiníscito.
Item hís discipulis príuos custodés dabo. 865
CO. Habe módo bonum animum. BA. Quaéso, qui possúm, doce,
Bonum ánimum habere, quí te ad me adducám domum?
CO. Quia sórbitione fáciam ego hodie té mea
Item út Medea Péliam concoxít senem,
Quem médicamento et suís uenenis dícitur 870
Fecísse rursus éx sene adulescéntulum:
Item égo te faciam. BA. Eho, án etiam es uenéficus?

---

853. *add Sarac* | QUOQUINATUM | TEIRE: tere (i *s. v. B*) | quoquam (*sic A*) *vel* coquam ‖ 854. CONSTICTIS | coquas (*sic A*) *vel* quoquas ‖ 855. ESIAM: est am ‖ 856. properes (*sic A*) *vel* properas | AMOLIRI**U*ṬAOMNIA: ammoliri (*corr B ras*) omnia ‖ 858. SPECTABITEO: spectaui te o ‖ 859. Siquo hic (*sic A*) *vel* Si hic quo | progredimino (*sic A*) *vel* progredimini ‖ 861. SINITOS ‖ 862. ALTERIMSECUS (altrinsecus *etiam gloss. Plaut.*) ‖ 864. conquiniscet (*sic A*) *vel* conquiscet (conquiniscesi *codd Nonii*) | *dist Luchsius* | CONQUINISCITO: conquiniscito simul (ceueto simul *Nonius*) ‖ 865. PRIUOS: prius ‖ 866. bonum animum (*sic A*) *vel* animum bonum | possim doce: POSSUM ‖ 867. BONUMANIMUM: animum *vel* Hanimum | ad me (*sic A*) *vel* adte me ‖ 868. hodie te (*sic A*) *vel* te hodie ‖ 869. me de apelleme *vel* me de appellem me: MEOEAPPELLAM ‖ 871. RURSṲS: rursum ‖ 872. ETIAMEṢ: etiam ‖

CO. Immo édepol uero | hóminum seruatór. BA. Ehem, 873. 874
Quanti ístuc unum mé coquinare pérdoces? 875
CO. Quid? BA. Vt te seruem, néquid surripiás mihi.
CO. Si crédis, nummo: sí non, ne miná quidem.
Sed utrúm tu amicis hódie an inimicís tuis
Datúru's cenam? BA. Pól ego amicis scílicet.
⟨CO.⟩ Quin tu[ill]ós inimicos pótius quam amicós uocas? 880
Nam ego íta conuiuis cénam conditám dabo
Hodie átque ita suaui suáuitate cóndiam:
Vt quísque quicque cónditum gustáuerit,
Ipsús sibi faciam ut dígitos praerodát suos.
BA. Quaeso hércle, prius quam quoíquam conuiuaé dabis, 885
Gustáto tute príus et discipulís dato,
Vt praérodatis uóstras furtificás manus.
CO. Fortásse haec tu nunc míhi non credis quaé loquor.
BA. Moléstus ne sis: nímium iam tinnís: tace.
Em illíc ego habito |: íntro abi et cenám coque, 890
Properá. PV. Quin tu is accúbitum et conuiuás cedo:

---

873 sq. Immo (*sic A*) *vel* Inmo | UEROS | EHEM (*om* #): magis BA. Ehem mane ‖ 875. perdoces: SUBDOCES ‖ 877. SICREDIS: Sic reddis | NON: nos | ne: CREDISNE | MINA: minas ‖ 878. UTRUMTU: utrum ‖ 879. Daturus: *corr Lamb* | #POL: pol ‖ 880. *del Lorenzius* | uocas: TUAS ‖ 882. SUAUISUAUITATECONDIAM: suauitate condim ‖ 883. QUITQ· ‖ 884. IPSE: Ipsos (*corr Dousa*) | digitos (*sic A*) *vel* dictos ‖ 885. BA. Quaeso *vel* Quaeso | CUIQUAMCONUIUAE: quicquam conuiui *vel* conuiui ‖ 886. GUSTATO: Gusta ‖ 887. Vt (*sic A*) *vel* It | UOSTRAS: ũras *vel* uestra ‖ 888. CREDIS: credas ‖ 889. CO. (*solus B*) | Molestus (*sic A*) *vel* Molestes *vel* Molestos | TACE: non taces *vel* non places ‖ 890. Em illic: ILLIC | ABI: habi | COQUE: quoque ‖ 891. PROPERA: Propere | CO.: *corr Bo* | quin: QUIT | TUIS: uis | conuiuas: PROPERAS ‖

Conrúmpitur iam céna. BA. Em, subolem sís uide:
Iam hic quóque scelestus ést coqui sublíngulo.
Profécto quid nunc prímum caueam néscio:
Ita in aédibus sunt fúres, praedo in próxumost. 895
Nam míhi hic uicinus ápud forum pauló prius
Patér Calidori | ópere edixit máxumo,
Vt míhi cauerem a Pseúdolo seruó suo,
Ne fídem ei haberem: nam eúm circum ire in húnc diem,
Vt mé, si posset, múliere interuórteret. 900
Eum prómisisse fírmiter dixít sibi,
Sese ábducturum a mé dolis Phoenícium.
Nunc íbo intro atque edícam familiáribus,
Profécto nequis quícquam credat Pseúdolo.

ACTVS IV

PSEVDOLVS. **SIMIA**
SERVOS SYCOPHANTA

PS. Si umquám quemquam di immórtales uoluére esse auxilio ádiutum, 905
Tum me ét Calidorum séruatum uolunt ésse et lenonem éxtinctum,
Quom te ádiutorem génuerunt mihi tám doctum hominem atque ástutum.

---

892. BA. *vel* CO. ‖ 893. coqui: QUOQ(UI) | SUBLINCULO: sublincio (*corr Loewius*) ‖ 896. NAM: Iam | mihi hic: MIHI ‖ 897. CALUDORI | EDIXIT: fecit ‖ 898. ABSPEUDOL(o) ‖ 899. NE: Neu | fidem ei (*sic A*) *vel* fide me | IRE: iret ‖ 900. posset (*sic A*) *vel* possit ‖ 901. FORTITER ‖ 904. pseudolo (*sic A*) *vel* pseudole ‖ 905. QUICQUAM | DIIMMORTALES: dii mortales | UOLUERUNT ‖ 906. calydorum (*sic A*) *vel* cal(l)idorum | SERUATUM: serutum *vel* seruum ‖ 907. adiutorem (*sic A*) *vel* adtutorem ‖

Sed ubi íllic est? sumne ego homo ínsipiens, qui haec
mécum egomet loquar sólus?
Dedit uérba mihi hercle, ut opínor. 909ª
Malus cúm malo stulte cáui. 909ᵇ
Tum pól ego interii, homo si ílle abiit: neque hoc ópus
quod uolui[t] hodie éfficiam.
Sed eccúm uideo uerbéream statuam: ut it, út magnifice
infért sese. 911
Ehem, te hércle ego circumspéctabam: nimis métuebam
male né abisses.
SI. Fuit meum ófficium ut facerém, fateor. PS. Vbi
réstiteras? SI. Vbi míhi lubitumst.
PS. Ístud ego satís scio. SI. Qur érgo quod scis mé
rogas?
PS. At hóc uolo, monére te. SI. Monéndu's ne
me móneas. 915
PS. Nimis tándem ego aps te contémnor.
⟨SI.⟩ Quippe égo te ni contémnam,
Stratióticus homo qui clúear?
PS. Iam hoc uólo quod occeptúmst agi. SI. Numquíd
agere aliud mé uides?
PS. Ámbula ergó cito. SI. Immo ótiosé uolo. 920
PS. Haéc ea occásiost: dum ílle dormít, uolo
Tu príor ut occupés adire.
SI. Quid próperas? placide: né time. 923ª

908—910. *sic A: tres v. sunt in B* (— dedit [*sed* Quid] — caui [*sed* Malus]) ‖ 908. QUI: quid ‖ 909. malo (*sic A*) *vel* malos ‖ 910. INTERI | ABIIT: habiit (*corr B ras*) | *del Bo* | HODIE: ego hodie ‖ 911. eccum (*sic A*) *vel* heccum | UTIT: uti ‖ 913. *dimetris discr A* | SI. Fuit *vel* Fuit | meum (*sic A*) *vel* me eum | 914—919. *sic A* (*sed v.* 918 — iam): *quattuor v. sunt in B* (— te — contemnor — PS. Iam [*sed* Stratiocus]) ‖ 914. ISTUD: ipsuc *vel* ipsum | ERGOQUOD: ego quo ‖ 915. Monendus: *corr Loewius* | MONEAS: moneat ‖ 917. ni: ME ‖ 918 sq. STRATIOTICUS: Stratiocus | homo qui: ESSEHOMO | cluear PS. Iam ‖ Hoc: CLUEARIAM ‖ HOC: *discr Lachm* | #NUNQUID: nunc quid (*pers. add D*) | ALIUDAGERE ‖ 921. PS. Hęc *vel* Hec ‖ 922—924. *sic A* (*evanido v. 922*): *tribus compr B* (— placide [*sed* ne *et altero v. ab initio reducto*] — palam) ‖ 923ª. PS. Quid *vel* Quid: *corr Py* ‖

Ita ílle faxit Iúppiter, 923[c]
Vt ílle palam ibidem ád⟨s⟩iet,
Quisquís illest qui adest a mílite. 924[b]
Númquam edepol erit ílle potior Hárpax quam ego. habe animúm bonum: 925
Púlcre ego hanc éxplicatám tibi rém dabo.
Síc ego illúm dolis átque mendáciis
Ín timorém dabo mílitarem áduenam,
Ípsus sese út neget ésse eum quí siet
Méque ut esse aútumet qui ípsus est. PS. Quí potest? 930
SI. Occidis me, quom istuc rogitas. PS. O hominem lepidum.
⟨SI.⟩ Té quoque etiám, dolis átque mendáciis,
Quí magistér mihi's ántidibo út scias.
PS. Iúppiter té mihi séruet. SI. Immó mihi.
Séd uide, ornátus hic mé satis cóndecet? 935
PS. Optúme habet. SI. Esto.
PS. Tantúm tibi boni di immórtales duint, quántum tu tibi ⟨ex⟩óptes:
Nam si éxoptem quantúm dignu's, tantúm dent, minus niló sit:
Neque ego hóc homine quemquám uidi magis málum et maleficum. SI. Tun íd mihi? PS. Taceo. 939[a]
Sed egó quae tibi bona dábo et faciam, si hanc sóbrie rem accurássis. 939[b]

---

924. atiet: *add Ca* | qui (*sic A*) *vel* quia || 926. RLM || 927. SIC: Si || 929. IPSUS: Ipse | ESSEEUM: eum esse || 930. AUTUMET: aut tum et | PS. (*vel* #) Quid: QUI || 931. *cf. ad v. 263* || 932. *add Ri* | ATQ·: atque etiam || 933. *accessit ex A* (932. 934 *compr B*) | ANTEIDIBO || 934. PS. Iuppiter *vel* Iuppiter || 935 sq. *compr B* | satis: SA(tin) | condecet (*sic A*) *vel* condedit | optume *vel* obtume || 937. dii mortales *vel* diim mortales | diunt: *corr Pius* | *add Goe* || 938. dignus: *corr Ri* | SIT(*vel* ST): est || 939[a]. SI. Tun: TUN | PS. Taceo: TACEO (*cum v. 939[b] compr B*) || 939[b]. *duo sunt in A v.* (— faciam) | quantibi *vel* quam tibi | dona (Dona *B*): *corr Dousa* | accurassis (*sic A*) *vel* accurasses ||

SI. Potin út taceas? memorem ínmemorem facit quí monet quod memor méminit. 940
Teneo ómnia: in pectore cóndita sunt: meditáti sunt mihi dóli docte.
PS. Probus ést hic homo. SI. Neque hic ést neque ego. PS. At uide, né titubes. SI. Potin út taceas?
PS. Ita mé di ament — SI. Ita nón facient: mera iám mendacia fúndes.
PS. Vt ego ób tuam, Simia, pérfidiam te amo ét metuo et magní facio.
SI. Ego istúc aliis dare cóndidici: mihi optrúdere non potes pálpum. 945
PS. Vt ego áccipiam te hodié lepide, ubi efféceris hoc opus — SI. Háhahe.
PS. Lepidó uictu, uino, únguentis et intér pocula pulpámentis.
Ibidem úna aderit muliér lepida, tibi sáuia super ⟨sa⟩uía quae det.
SI. Lepide áccipis me. PS. Immo si éffici⟨e⟩s, tum fáxo magis ⟨id⟩ dícas.
SI. Nisi effecero, cruciabiliter carnifex me accipito. 950
Séd propera mihí monstrare, ubíst lenonis óstium.
PS. Tértium hoc est. SI. Śt, tace: aedes híscunt. PS. Credo animó malest

---

940. SI. Potin *vel* Potin | ut taceas (*sic A*) *vel* ultaceas | inmemorem (IMMEMOREM) *vel* immemoram | QUOI ‖ 941. INPECTOREOMNIA | SUNTMIHI: sunt ‖ 942. ESTHIC: hic est | At tude *vel* Atude: ADUIDE | POTINUT: Potinum | taceas (*sic A*) *vel* tateas ‖ 943. PS. Ita *vel* Ita | FACIET | mera iam: MERAM | FUNDIS ‖ 944. ob tuam (*sic A, ut vid*) *vel* optuam | SIMIA: simiam (*corr D ras*) | TEAMOETAMOETMETUO | magnifacio (*sic A*) *vel* magnifico ‖ 946. accipiam te hodie (*sic A*) *vel* hodie te accipeam | *spat om A, ut vid* ‖ 948. Ibidem (*sic A*) *vel* Iibidem | ADE(rit): aperit ‖ 949. effici *vel* efficis: *corr Herm* | *add Ri* ‖ 950. *cf. ad v. 263* ‖ 951. ubi sit (*vel* sit sit) ostenonis aedium: *corr Schmidtius* ‖ 952. PS. Tertium *vel* Tercium | Sitace: *corr Gru* | PS. *add D* ‖

Aédibus. SI. Quid iám? PS. Quia edepol ípsum lenonem éuomunt.
SI. Íllicinest? PS. Illic ést. SI. Mala mercist. PS. Ílluc sis uidé,
Ít transuorsus, nón prouorsus cédit, quasi cancér solet. 955

— — —

BALLIO. PSEVDOLVS. SIMIA
LENO SERVOS SYCOPHANTA

BA. Mínus malum hunc hominem ésse opinor quám esse censebám coquom:
Nám nil etiam dum hárpagauit praéter cyathum et cántharum.
PS. Heús tu, nunc occásiost et témpus. SI. Tecum séntio.
PS. Íngredere in uiám dolose: ego híc in insidiís ero.
SI. Hábui numerum sédulo: hoc est séxtum a porta próxumum 960
Ángiportum: in id ángiportum mé deuortị iússerat.
Quótumas aedis díxerit, id ego ádmodum incertó scio.
BA. Quís hic homo c⟨h⟩lamydátus est? aut úndest? aut quem quaéritat?
Péregrina faciés uidetur hóminis atque ignóbilis.
⟨SI.⟩ Séd eccum qui ex incérto faciet míhi quod quaero cértius. 965

---

953. SI. *et* PS. *vel* Q. *et* SI. ‖ 954. SI. *om B* | SI. mala mercist. PS. illuc: (#malast)ME(rs#illu)C ‖ 955. Non prorsus uerum ex transuerso (*vel* extran uerso: extrauersus *gloss. Pl.*): NONPROSUSUE— (*corr ex Varrone*) ‖ 957. DUMETIAM | cyathum (*sic A*) *vel* crathum | et cantarum (*sic A*) *vel* et et cantharum ‖ 959. DOLOSEEGO: dolos ego (*vel* et ego) et ‖ 960. PORTAAD ‖ 961. IUSSERAT: iusseras ‖ 962. Quotum as (*vel* has) | INCERTE ‖ 965. *add Sarac* | faciet *vel* faciem ‖

⟨BA.⟩ Ád me adit recta. únde ego hominem hunc
ésse dicam géntium?
SI. Heús tu, qui cum hirquína barba ⟨a⟩stás, re-
sponde quód rogo.
BA. Ého, an non prius salútas? ⟨SI.⟩ Nullast míhi
salus datária. 968. 969
BA. Nám pol hinc tantúmdem accipies. PS. Iam índe
a principió probe. 970
SI. Écquem in angipórto hoc hominem tú nouisti,
té rogo.
BA. Égomet me. SI. Pauci ístuc faciunt hómines
quod tu praédicas:
Nam ín foro uix décumus quisquest, qui ípsus
sese nóuerit.
PS. Sáluos sum: iam phílosophatur. SI. Hóminem
ego hic quaeró malum,
Légirupam, inpurúm, peiiurum atque ímpium. BA.
Me quaéritat: 975
Nám illa mea sunt cógnomenta: nómen si memorét
modo.
Quíd est ei homini nómen? SI. Leno Bállio. BA.
Sciuín ego?
Ípse ego is sum, aduléscens, quem tu quaéris.
SI. Tun es Bállio?
BA. Égo enimuero is sum. SI. Vt uestitu's, és per-
fossor párietum. 979. 980

---

966. *add Sarac* | mea ditrecta *vel* mea directa ‖ 967. hirquin astas barba: *corr Ca, trai Fl cum A* ‖ 968 sq. EHONON ‖ 970. BA. Nam *vel* Nam | SI. | PROBE: probi ‖ 971. SI. Ecquem *vel* Ecquem | hoc hominem (*sic A*) *vel* hominem | NOUISTI: nonuisti *vel* non uidisti ‖ 973. QUISQ·EST: quisquis est | ipsu sese: IPSUSSE ‖ 974. PS. Saluos *vel* Saluos ‖ 975. Legirupam *vel* Lege rupam: LEGIRUPUM | INPURUM: implum | PEIIURUM: peiurum *vel* periurum | IMPIUM: improbum ‖ 976. MEASUNT: sunt ‖ 977. (no)MENHOMINI | SCIUIN: Scibin *vel* Sciuin ‖ 978. EGOIS—: ego istum: *corr Gru* | QUAERIS: quaeritas | #TUNES: tune es ‖ 979 sq. uestitus: *corr Ri* | est: *corr Ac* (*cum A, ut vid*) | (per)-FOSSOR: perforor | PARIETU(Ũ ?) ‖

BA. Crédo, in tenebris cónspicatus sí sis me, apstineás manum.
SI. Érus meus tibi mé salutem múltam uoluit dícere.
Hánc epistulam áccipe a me: hanc mé tibi iussít dare.
⟨BA.⟩ Quís is homost qui iússit? PS. Perii, núnc homo in medió lutost.
Nómen nescit: haéret haec res. BA. Quém hanc misisse ad me aútumas?
SI. Nósce imaginém: tute eiius nómen memorató mihi,
Vt sciam te Bállionem esse ípsum. BA. Cedo mihi epístulam.
SI. Áccipe et cognósce signum. BA. Oh, Polymachaeroplágides
Púrus putus est ípsus: noui. heus, Pólymachaeroplágidi
Nómen est. SI. Scio iám me recte tíbi dedisse epístulam,
Póstquam Polymachaéroplagidae élocutus nómen es.
BA. Quíd agit is? SI. Quod homo édepol fortis átque bellatór probus.
Séd propera hanc pellégere quaeso epístulam — ita negótiumst —

---

981. MANU (ũ ?) ‖ 982. SI. Serus *vel* Erus | multam (*sic A*) *vel* multa ‖ 983. Hanc (*sic A*) *vel* Han asc | HAN ‖ 984. *add* D^2 | homost (*sic A*) *vel* homo si | SI. | PERIĮ: periit | LUTOST: tuto est ‖ 985. AT ‖ 986. EIIUS: eius ‖ 988. ACCIPEET: Accipe | OH: oho | POLYMACHAEROPLACIDES: polymacero placides *vel* polymachaero: *corr Guy duce Salm* (*item postea*) ‖ 989. Purus *vel* BA. Purus | PUTUS (*item Nonius*): mutus | HEUSPOLUMACHAEROPLACIDI: heus. PS. (*vel* #) polymachaeroplacides ‖ 990. MERECTETIBI: tibi me recte ‖ 991. POLYMACHAEROPLACIDEM: polymachero placide (*vel* placiden): *corr Guy* | es: SE ‖ 992. QUID: Sed quid | SI. Quod (#QUOD) *vel* uod ‖ 993. PERLEGERE | negotium est (*sic A*) *vel* negotius est ‖

Átque accipere argéntum actutum múlieremque emíttere.
Nám necessest hodié Sicyoni mé esse aut cras mortem éxsequi: 995
Íta erus meus est ímperiosus. BA. Nóui: notis praédicas.
SI. Própera pellegere érgo epistulam. BA. Íd ago, si taceás modo.
'Milés lenoni Bállioni epístulam
Conscríptam mittit Pólymachaeroplágides,
Imágine[m] obsignátam quae inter nós duo 1000
Conuénit olim.' SI. Súmbulu[m]st in epístula.
⟨BA.⟩ Video ét cognosco sígnum. sed in epístula
Nullám salutem míttere scriptám solet?
SI. Ita mílitaris dísciplinast, Bállio:
Manú salutem míttunt bene uoléntibus, 1005
Eadém malam rem míttunt male uoléntibus.
Sed ut óccepisti, pérge opera experírier,
Quid epístula ista nárret. BA. Auscultá modo.
'Harpáx calator méus est ad te quí uenit —'
Tun és is Harpax? SI. Égo sum: atque ipse harpáx quidem. 1010
BA. 'Qui epístulam istam fért: ab eo argentum áccipi,
Cum eó simitu múlierem mittí uolo.
Salútem scriptam dígnumst dignis míttere:
Te si árbitrarem dígnum, misissém tibi.'

---

994. mulieremque mihi: MULIEREM (*corr Guy*) ‖ 995. necesse est (*sic A*) *vel* necesse////// ‖ 997. SI. Propera *vel* Propera | epistulam ergo (*etiam A*): *trai Bo* | si taceas modo: (t)ACITUSISMODO ‖ 998. ballioni epistulam (*sic A*) *vel* ballioni ‖ 999. polymacheroplacides: POLIMACHA(erop)LA(cides) ‖ 1000. *del Gul* | (#su)MBOL(um)ST: simbolum est: *del Ri* ‖ 1002. *post v.* 1003 *habet A* ‖ 1004. baltio: *corr D cum A* ‖ 1006. MITTIT ‖ 1007. OPERA: operam ‖ 1008. narret (*sic A*) *vel* naret ‖ 1009. ARPAX ‖ 1010. ISHARPAX: saphax | harpax: HAPAX ‖ 1011 sq. BA. Qui *vel* Qui | accipiet‖Cum (*vel* quom): ACCIPE‖CUM: *correximus* | SIMITU (*item gloss. Pl.*): simit *vel* simul | mulierem (*sic A*) *vel* multe rem ‖

SI. Quid núnc? BA. Argentum dés, abducas múlierem. 1015
SI. Vtér remoratur? BA. Quín sequere ergo intró. SI. Sequor.

PSEVDOLVS
SERVOS

PS. Peiórem ego hominem mágisque uorsuté malum
Numquam édepol quemquam uídi quam hic est Símia:
Nimísque ego illum hominem métuo et formidó male,
Ne málus item erga mé sit, ut erga illúm fuit: 1020
Ne in ré secunda núnc mihi obuortat córnua,
Si occásionem [ceperit] cápsit. †qui sit malus. 1022. 1023
Atque édepol equidem nólo: nam illi béne uolo.
Nunc ín metu sum máxumo triplicí modo. 1025
Primum ómnium iam hunc cómparem metuó meum,
Ne déserat me⟨d⟩ átque ad hostis tránseat.
Metuo aútem, ne erus rédeat etiam dum á foro:
Ne cápta praeda cápti praedonés fuant.
Quom haec métuo, metuo né ille huc Harpax áduenat 1030
Prius quam hínc hic Harpax ábierit cum múliere.
Perii hércle: nimium tárde egrediuntúr foras.

1015. SI. Quid *vel* Quid ‖ 1016. SI. Vter *vel* Vter | BA. *vel* # | rego | SI. *vel* # ‖ 1018. simia *vel* similia ‖ 1020. erga *vel* ergas ‖ 1022 sq. *del Ca* | capsti: *corr Ca* ‖ 1027. *add Bo* | transeant (*sed alt.* n *s. v. B*) ‖ 1029. fuant *vel* fiant ‖ 1031. cum *vel* quom ‖

Cor cónligatis uásis expectát[a] meum,
Si nón educat múlierem secúm simul,
Vt éxulatum ex péctore au[t]fugiát meo. 1035. 1036
Victór sum: uici caútos custodés meos.

SIMIA. PSEVDOLVS. PHOENICIVM
SYCOPHANTA SERVOS MERETRIX

SI. Ne plóra: nescis út res sit, Phoenícium,
Verum haúd multo post fáxo scibis áccubans.
Non égo te ad illum dúco dentatúm uirum 1040
Macédoniensem, quí te nunc flentem facit:
Quoiam ésse te uis máxume, ad eum †duco te:
Calidórum haud multo póst faxo amplexábere.
PS. Quid tu íntus, quaeso, désedisti? quám diu
Mihi cór retunsu⟨m⟩st óppugnando péctore. 1045
SI. Occásionem répperisti, uérbero,
Vbi pérconteris me * * * * * *
* * * * * ínsidiis hostílibus.
Quin hínc metimur grádibus militáriis?
PS. Atque édepol quamquam néqua⟨m⟩ homo's,
recté mones. 1050
Ite hác, triumphe, ad cántharum rectá uia.

1035 sq. exolatum *vel* exulatum | *del Ca* ‖ 1037. uici cautos *vel* uicia aut os ‖ 1039. *bis exhibent CD* ‖ 1041. quile nunc *vel* qui lenonem: *corr Ca* ‖ 1042. te esse: *trai Ca* ‖ 1043. calidorum *vel* calydorum | amplexabere *vel* amplexauere ‖ 1045. *add Ca* | obpugnando *vel* opugnando ‖ 1047 sq. *lac sign Ri* | percunctetis ‖ 1049. HINC: hic *vel* hii | militaribus *solus D ante corr* ‖ 1050. nequa (*etiam A*) | homo es: HOMO ‖ 1051. *om CD* | TRIUMPHE: triumphi (*item membr. Turn.*) ‖

ACTVS IV

BALLIO
LENO

Hahaé, nunc demum mi ánimus in tutó locost,
Postquam íste hinc abiit átque abduxit mú-
lierem.
Iube núnc uenire Pseúdolum, scelerúm caput,
Et abdúcere a me múlierem falláciis. 1055
Concéptis hercle uérbis, satis certó scio,
Ego périurare mé mauellem míliens
Quam míhi illum uerba pér deridiculúm dare.
Nunc déridebo hercle hóminem, si conuénero.
Verum ín pistrino crédo, ut conuenít, fore. 1060
Nunc égo Simonem míhi obuiam ueniát uelim,
Vt meá laetitia laétus promiscám siet.

SIMO. BALLIO
SENEX LENO

SI. Vissó quid rerum méus Vlixes égerit,
Iamne hábeat signum ex árce Balliónia.
BA. O fórtunate, cédo fortunatám manum. 1065

1052. MIHIDEMUM | LOCOEST: est loco || 1054. IUBENUNC (nunc iube *Servius Dan*): Libet nunc | SPEUDOLUM || 1057. periurare (*sic A*) *vel* peiurare | MEMAUELLEM: mauellem me || 1058. deridiculum (*sic A, ut vid*) *vel* dericulum || 1059. conuenero (*sic A, sed ut pro* si *paullo plus, velut* cum, *videatur habuisse*) *vel* conuero || 1060. PISTRINO: pristrinum *vel* pistrinum || 1061. simonem (*sic A*) *vel* sumonem | obuiam (*sic A*) *vel* ouiam | (ueni)AT: uenitat *vel* uenire *vel* uentre || 1062. PROMISCAM: promisca *vel* promiscua || 1063. *scaenam om A* | UISSO: Viso | QUIDRERUM: quirerum *vel* quiserum | MEUS: meũs *vel* meum || 1064. BALLIONIA: balliona *vel* ballcona || 1065. manum: MODOMANUM ||

SI. Quid ést? BA. Iam — SI. Quid iam? BA. Níl est quod metuás. SI. Quid est?
Venítne homo ad te? BA. Nón. SI. Quid est igitúr boni?
BA. Minaé uiginti sánae et saluae súnt tibi,
Hodié quas aps te⟨d⟩ ést stipulatus Pseúdolus.
SI. Velím quidem hercle. BA. Róga me uigintí minas, 1070
Si ille hódie | illa sít potitus múliere
Siue eám tuo gnato hódie, ut promisít, dabit.
Roga, ópsecro hercle: géstio promíttere,
Omníbus modis tibi ésse rem ut saluám scias:
Atque étiam habeto múlierem donó tibi. 1075
SI. Nullúmst periclum, quód sciam, stipulárier,
Vt cóncepisti uérba. uigintí minas
Dabín? BA. Dabuntur. SI. Hóc quidem actumst haú male.
Sed cónuenistin hóminem? BA. Immo ambó simul.
SI. Quid aít? quid narrat? quaéso, quid dicít tibi? 1080
BA. Nugás theatri: uérba quae in comoédiis
Solént lenoni díci, quae puerí sciunt:
Malum ét scelestum et péiurum aibat ésse me.
SI. Pol haú mentitust. BA. Érgo haud iratús fui.
Nam quánti refert eí nec recte dícere, 1085
Qui níl⟨i⟩ faciat quíque infitias nón eat?

1066. Q(uidi)AMQUID(est): Simo SI. quid est (*vel* quidem) BA. Iam. SI. quid iam BA. nihil est (*vel* nihilem): *corr Bent* | quid est *vel* quidem ‖ 1067. IGITUREST ‖ 1069. TEEST (*item Priscianus*): te inde est: *corr Ri* | STIPULATUS: instipulatus (*item Priscianus*) ‖ 1072. promisit *vel* prosit ‖ 1073. ROGA: Rogato ‖ 1076. ESTPERI(cl)UM: periclumst ‖ 1078. hau *vel* haud ‖ 1079. (a)MBO: ambos ‖ 1083. PEIURUM: periurum | AIBAT: aiebant ‖ 1084. hau *et* ergo (*sic A*) *vel* haud *et* ego ‖ 1085. ei neg recte *vel* nec recte ‖ 1086. *add Ca* ‖

⟨SI.⟩ Quid est quód non metuas áb eo? id audire éxpe[c]to.
BA. Quia númquam [a me] abducet múlierem iam néc potest.
†Meministin tibi me dudum dícere
Eám uenisse míliti Macédonio? 1090
SI. Memini. BA. Ém, illius seruos húc ad me argentum áttulit
Et óbsignatum súmbolum — SI. Quid póstea?
⟨BA. Qui⟩ intér me atque illum mílitem conuénerat.
[BA.] Is sécum abduxit múlierem hau multó prius.
SI. Bonán fide istuc dícis? BA. Vnde ea sít mihi? 1095
SI. Vide módo ne illic sit cóntechnatus quíppiam.
BA. Epístula atque imágo me certúm facit:
Qui illám quidem iam †in Sicyonem ex urbe abduxít modo.
SI. Bene hércle factum. quíd ego cesso Pseúdolum
Facere út det nomen ád Molas colóniam? 1100
Sed quís hic homost chlamydátus? BA. Non edepól scio:
Nisi ut óbseruemus quó eat aut quam rém gerat.

1087. quid non: *corr Ca* | *del Beroaldus* || 1088. numquam *vel* nunc quam | *del Bent* || 1092. obsignatum *vel* eboh signatum || 1094. hau *vel* haud || 1095. Bonam fidem: *corr B ras* || 1096. contechnatus *vel* conthecnatus || 1098. inszyonem *vel* inszionem || 1101. chlam mi datus *vel* clamidatus ||

HARPAX. BALLIO. SIMO
CACVLA LENO SENEX

HA. Malus ét nequamst homo quí nil⟨i⟩ eri | ímperium sui séruos facit:
Nil⟨í⟩st autem suom qui ófficium facere ínmemor est nisist ádmonitus.
Nam quí liberós se ilico ésse arbitrántur,
Ex cónspectu erí si suí se abdidérunt,
Lúxantur, lustrántur, comedunt quód habent, ei nomén diu
Séruitutís ferunt:
Néc boni ingení quícquam in is inést,
Nisi ut ímprobis se artibus téneant.
Cum his míhi nec locus nec sérmo conuenit néque is umquam nobílis fui.
Ego, ut mihi imperátumst, etsi abést, hic adesse erum árbitror.
Nunc ego illum metuo quom hic non adest,
Ne quom adsiet metuam: ei rei operam dabo.
Nam ín taberna úsque adhuc síuerat Syrús,
Quoí dedi sýmbolum. mánsi ut iusserát:
Léno ubi essét domi, me aí[e]bat arcéssere.
Vérum ubi is nón uenit néc uocat,
Venio húc ultro ut sciam quíd rei si[e]t, ne illíc homo me ludíficetur:

1103. eri imperium *vel* imperium eri ‖ 1104. Nisi (*sic*) *B* | est admonitus *vel* adeo monitus ‖ 1105. esse illico (*vel* ilico) se: *trai Ri* ‖ 1106. si sui *vel* //////sui (*er.* su) ‖ 1107 sq. *compr B: discr Spengelius* | Luxantur *Nonius, Paulus*: Luxuriantur iantur *vel* Luxuriantur | habente in omen *vel* habenti nomen ‖ 1109—1112. *tres sunt in B v.* (— ut im[Probis] — sermo): *discripsimus ducibus Ri et Spengelio* ‖ in is *vel* inhis | nec *vel* hec | neque iis *vel* is ‖ 1113. imperatumst *vel* Impetratum est (*sic B*) | abest *vel* abem ‖ 1114 sq. *cf. ad v. 263* | metuam *vel* metuiam ‖ 1116. intaberna *vel* inter berna | sineret: *corr Vossius* ‖ 1117. mansi *vel* mansit ‖ 1118. aiebat *vel* alebat: *corr Bent* | arcessere *vel* arcersere *vel* accessere ‖ 1119. ubi *vel* iubi ‖ 1120. quid *vel* quod | *del Ri* ‖

Nec quícquamst melius quám ut hoc pultem atque áliquem | euocem hinc íntus.
Leno árgentum hoc
Vólo a me accipiat átque amittat múlierem mecúm simul.
BA. Heús tu. SI. Quid uis? BA. Híc homo meus est.
SI. Quídum? BA. Quia praeda haéc meast:
Scórtum quaerit, hábet argentum: iam ádmordere hunc míhi lubet. 1125
SI. Iamne íllum coméssurus és? BA. Dum recéns est,
Dum calet, dum datur, deuorari decet †tam.
Boní me uirí pauperánt, improbi aúgent.
Populó strenuí, mi inprobí | usuí sunt. 1129
SI. Malúm quod tibí di dabúnt: sic sceléstu's.
BA. Venus míhi haec bona dat, quom hos húc adigit
Lucrifúgas, damni cupidós, qui se suamque aétatem bene cúrant.
Edúnt, bibunt, scortántur: illi súnt alio ingenio átque tu,
Qui néque tibi bene ésse patere et íllis quibus est ínuides.
⟨HA.⟩ Me nunc commoror, quom has fores non ferio, ut sciam 1135a
Sítne Ballió domi. 1135b

1121 sq. *sic A: duo v. sunt in B* (— pultem) | NEC: Neque || 1123. AME: me || 1124. TUQUID | meust: *corr Ri cum A, ut vid* | praeda (*sic A*) *vel* praedae || 1125. Scortum (*sic A*) *vel* So ortum | tam *vel* tam etiam: *corr Pius* | lubet *vel* iubet || 1126. COMESS——: comesurus *vel* commessurus || 1127. *cf. ad v. 263* | DUMCALETDUMDATUR: Dum datur dum calet | tam (*sic A*) *vel* tamen || 1128. me uiri (*sic A*) *vel* uiri me | AUGENT: alent augent rem meam mali || 1129 sq. *compr B* | POPULO: Populi | sunt *et* didabunt (*sic A*) *vel* si sunt *et* dabunt | SISCELESTUS: nisi (*vel* nisic) scelestus: *corr Ri* | *sequitur in libris v. 1135a b* (*compr B*): *trai Ri* || 1131 sq. *duo sunt in A* (— lucrifugos), *item in B* (— adigit): *discr Spengelius* | DATQUUM: dat at quom (*vel* cum) | adigit (*sic A*) *vel* adicit || LUCRIFUCOS || 1134. NEC— || 1135. *cf. ad v. 1130 et 263* | NUMC | QUUM: cum ||

Heús, ubi estis uós? ⟨BA.⟩ Hicquidem ad me récta habet rectám uiam.
⟨HA.⟩ Heús, ubi estis uos? ⟨BA.⟩ Heús, adulescens, quíd istic debetúr tibi?
Béne ego ab hoc praedátus ibo: nóui, bona scaeuást mihi.
HA. Écquis hoc aperit? BA. Heús, chlamydate, quíd istic debetúr tibi?
⟨HA.⟩ Aédium dominúm lenonem Bállionem quaérito.
BA. Quísquis es, aduléscens, operam fác compendi quaérere. 1141
HA. Quíd iam? BA. Quia tute ípsus coram praésens praesentém uides.
HA. Tún is es? SI. Chlamydáte, caue sis tíbi a curuo infortúnio
Átque in hunc inténde digitum: hic lénost. BA. At hic est uír bonus.
Séd tu, bone uir, flágitare saépe clamore ín foro, 1145
Quóm libella núsquamst, nisi quid léno hic subuenít tibi.
HA. Quín tu mecum fábulare? BA. Fábulor: quid uís tibi?
HA. Argentum accipiás. BA. Iamdudum, sí des porrexí manum.
HA. Áccipe: hic sunt quínque argenti léctae numerataé minae: 1149
Hóc tibi erus me iússit ferre Pólymachaeroplágides,

1137. adulescens (*sic A, ut vid*) *vel* ad hulescens ‖ 1138. ego *vel* go | IBON(ou)I: si bono ui ‖ 1139. chlamydate *vel* clamidate ‖ 1142. Quia te ipsus: *corr Vmpfenbachius cum A, ut vid* ‖ 1143. chlamidate *vel* ///clamydate (h *eras.*) | CURUO: curio | INFORTUNIŨ ‖ 1144. BA. At: AT | BONUS: probus ‖ 1145. BONE: none *vel* nones | clamore (*sic A*) *vel* in clamore ‖ 1146. QUUM: Quom *vel* Cum | nusquam est (NUSQUAMST) *vel* nusqua est | QUID: quod ‖ 1147. #QUID ‖ 1148. BA. Ian dudum si *vel* BA. Iam sidudum: IANDUDUMSI ‖ 1149. numeratae (*sic A*) *vel* numuratae ‖ 1150. ferre (*sic A*) *vel* ferro | POLUMACHAEROPLAGIDES: polymachero placides ‖

Quód deberet, átque ut mecum mítteres Phoenícium.
BA. Érus tuos? HA. Ita díco. BA. Miles? HA. Íta loquor. BA. Macédonius?
HA. Ádmodum, inquam. BA. Té ad me misit Pólymachaeroplágides?
HA. Véra memoras. BA. Hóc argentum ut míhi dares? HA. Si tú quidem es
Léno Ballio. BA. Átque ut a me múlierem tu abdúceres? 1155
HA. Íta. BA. Phoenicium ésse dixit? HA. Récte meministí. BA. Mane:
Iám redeo ad te. HA. At máturate própera: nam properó: uides
Iám diem multum ésse? BA. Video: hunc áduocare etiám uolo.
Máne modo istic: iám reuortar ád te. quid nunc fí[e]t, Simo?
Quíd agimus? manufésto teneo hunc hóminem qui argentum áttulit. 1160
SI. Quídum? BA. An nescis quaé sit haec res? SI. Iúxta cum ignaríssumis.
BA. Pseúdolus tuos állegauit húnc, quasi a Macédonio
Mílite esset. SI. Háben argentum ab hómine? BA. Rogitas quód uides?
SI. Heús, memento ergó dimidium istínc mihi de praedá dare:
Cómmune istuc ésse oportet. BA. Quíd malum? id totúm tuomst. 1165

1151. mecum (*sic A*) *vel* meum ‖ 1152. Erus (*sic A*) *vel* Eruus ‖ 1153. polymachero placides ‖ 1155. adduceres ‖ 1156. Ita CA. (*corr D*²) | phoenitium *vel* phonictume ‖ 1157. ADMATURA(te): At maturitate ‖ 1158. DIEM: die *vel* diu ‖ 1159. atte | *del Bent* ‖ 1160. MANUFESTOTENEOH(UNCHO)M—: BA. Manufesto hunc hominem teneo ‖ 1161. QUIDUM: Quidiam | cum *vel* quoniam | *secuntur in libris praeter A v. 1205—1207 suo loco redeuntes* ‖ 1163. SI. Habesne: HABEN | argentum (*sic A*) *vel* rgentum ‖

HA. Quám mox mi operam dás? BA. Tibi do equidem. quíd nunc mihi's auctór, Simo?
SI. Éxploratorem húnc faciamus lúdo⟨s⟩ suppositícium,
[BA.] Ádeo donicum ípsus sese lúdos fieri sénserit.
⟨BA.⟩ Séquere. quid ais? némpe tu illius séruos es? HA. Planíssume.
BA. Quánti te emit? HA. Suárum in pugna uírium uictória: 1170
Nám ego eram domi ímperator súmmus in patriá mea.
⟨BA.⟩ Án etiam ille umquam éxpugnauit cárcerem, patriám tuam?
⟨HA.⟩ Cóntumeliám si dices, aúdies. BA. Quotumó die
Éx Sicyone huc péruenisti? HA. Áltero ad merídiem.
⟨BA.⟩ †Strenui me hercle isti. SI. Quámuis pernix híc est homo. 1175
Vbi suram aspiciás, scias posse eum gérere crassas cómpedes.
BA. Quíd ais? tune etiám cubitare sólitu's in cunís puer?
SI. Scílicet. BA. Etiámne facere sólitus es, scin quíd loquar?
⟨SI.⟩ Scílicet solitum ésse. HA. Sanein éstis? BA. Quid hoc quod té rogo?
Nóctu in uigiliám quando ibat míles, quom tu ibás simul, 1180

1166. SI. Quam *vel* Quam | DASTIBI ‖ 1168. (se)NSERIT: senserim ‖ 1169. *add Ac* | ILLIUSMILITIS# | planissume (*sic A*) *vel* planussume ‖ 1171. NAM: Num | eram *vel* dederam ‖ 1172. (umqua)MILL(e) ‖ 1173. Quotumo (*sic A et gloss. Pl.*) die (*sic A*) *vel* Quotum hodie ‖ 1175. hercle (*sic A*) *vel* hercule | #QUAMUELIS: quamuis (SI. *Goe*) | hic est homo: HOMOST ‖ 1176. (ASP)ICAS ‖ 1177. Solitus es *vel* solitus (*sic A*) ‖ 1178. SI. *add Taubmannus* (# *B*) | Etiamne: E(ti)AM | facere *vel* fatere | solitum es: (soli)TUNST# ‖ 1179. *add Ca* | SANIIN: Sani c ne *vel* sanine | SI. | hoc quod: QUOD ‖ 1180. QUUM: tum ‖

Cónueniebatne ín uaginam tuám machaera mílitis?
HA. Í in malam crucem. BA. Íre licebit támen tibi hodie témperei.
⟨HA.⟩ Quín tu mulierém mihi emittis? aút redde argentúm. BA. Mane.
HA. Quíd maneam? BA. Chlamydem hánc commemora quánti conductást? HA. Quid est?
SI. Quíd meret machaéra? HA. Elleborum hisce hóminibus opus ést. BA. Eho, —
HA. Mítte. BA. quid mercédis petasus hódie domino démeret? 1186
⟨HA.⟩ Quíd, domino? quid sómniatis? méa quidem haec habeo ómnia, 1187. 1188
Meó peculio émpta. BA. Nempe quod fémina summa sústine⟨n⟩t.
⟨HA.⟩ Vncti hi sunt senés: fricari sése ex antiquó uolunt. 1190
⟨BA.⟩ Résponde opsecro hércle hoc uero sério quod té rogo:
Quíd meres? quantíllo argento té conduxit Pseúdolus?
HA. Quís istic Pseudolúst? BA. Praeceptor túos, qui te hanc falláciam
Dócuit, ut falláciis hinc múlierem a me abdúceres.
⟨HA.⟩ Quém tu Pseudolúm, quas tu mihi praédicas fallácias? 1195

1181. CONUENIEBATNE: Conueniebant ne (*corr D ras*) | 1182. EINMALAM | TAMENTIBI: tibi tamen (*vel* tamen en) || 1183. EMISTIS | REDDE: reddis | #MANE: mane || 1184. Chlamydem (*sic A*) *vel* clamidem | COMMEMORA: commemores || 1185 sq. BA.: *corr Bo* | MAECHAERA | ELLEBO(ru)M: Etlebrorum *vel* Ellebrorum | hominibus *vel* homininibus | *dist Handius* | MITTEQUID || 1187 sq. QUIDSOMNIA——: # quid (*vel* quid) socii quid somniatis | quidem *vel* equidem || 1189. peculio (*sic A*) *vel* poculio | # Nempe | quod *vel* quid | *add Lamb* || 1190. *add Ca* | UNCTIHISUNTSENES: #uncti hi sunt senes Vncti hi sunt senes *vel* Hunc tibi sunt senex || 1191. *add Sarac* | HERCLEUE— || 1192. argenti ote *vel* argenti te: *corr Ca* || 1193. # Quid (*vel* Qui) istic *vel* # Quisti (*et* i *s. v.*): QUIDISTIC: *corr Ri* | pseudolust # || 1194. mulierem a me *vel* me mulierem ||

Quem égo hominem nullíus coloris nóui. BA. Non tu istínc abis?
Níl est hodie hic súcophantis quaéstus. proin tu Pseúdolo
Núnties abdúxisse alium praédam, qui occurrít prior,
Hárpax. HA. Is quidem édepol Harpax égo sum. BA. Immo edepol ésse uis.
Púrus putus hic súcophantast. HA. Égo tibi argentúm dedi 1200
Et dudum adueniéns extemplo súmbolum seruó tuo,
Eri | imagine óbsignatam epístulam, hic ante óstium.
⟨BA.⟩ Meó tu[a] epistulám dedisti séruo? quoi seruó? HA. Suro.
⟨BA.⟩ †Non confidit: sycophanta hic nequam est núgis meditatúm malest.
Édepol hominem uérberonem Pseúdolum, ut docté dolum 1205
Cómmentust: tantúndem argenti quántum miles débuit
Dédit huic atque hominem éxornauit, múlierem qui abdúceret. 1207. 1208
Nám illam epistulam ípsus uerus Hárpax huc ad me áttulit.
HA. Hárpax ego uocór: ego seruos súm Macedonis mílitis. 1210
Égo nec sycophántiose quícquam ago nec málefice
Néque istum Pseudolúm mortalis quí sit noui néque scio.

1196. BA. *vel* # ‖ 1197. hic sycophantis: SUCOPHANTIS | PSEUDOLO: pseudole *vel* pseudolo le ‖ 1198. ABDUXISSE: adduxisse | alium (*sic A*) *vel* aliam ‖ 1199. # Is (*sic A*) *vel* is | edepol harpax ego: HARPAX | # Immo ‖ 1200. SUCOPHANTAST: sycophanta est (*sic Festus*) | # Ego ‖ 1201. extemplo *vel* extimplo | SUMBOLUM: simbolum *vel* simbblum ‖ 1203. DEDISTI: dedistis | #SURO: suro *vel* siro ‖ 1204. ——NUGISMEDITATUMMALEST (*ubi spatium non capit reliqua*): nugis meditatur male ‖ 1205—1207. *cf ad v. 1161* ‖ 1206. Commentust *vel* Commentumst *vel* Commentum si | quantum (*sic A*) *vel* quantim ‖ 1207 sq. abduceret (*sic A*) *vel* arcesseret ‖ 1212. NOUINESCIO ‖

SI. Tú, nisi mirumst, léno, plane pérdidisti múlierem.
BA. Édepol ne istuc mágis magisque métuo, quom uerba aúdio.
[BA.] Míhi quoque edepol iám dudum ille Súrus cor perfrigéfacit,
Súmbolum qui ab hóc accepit. míra sunt, ni Pseúdolust.
Eho tu, qua facié fuit dudum quoí dedisti súmbolum?
⟨HA.⟩ Rúfus quidam, uéntriosus, crássis suris, súbniger,
Mágno capite, acútis oculis, óre rubicundo, ádmodum
Mágnis pedibus. BA. Pérdidisti, ut nóminauistí pedes.
Pseúdolus fuit ípsus. actumst dé me. iam moriór, Simo.
⟨HA.⟩ Hércle te hau sinam émoriri, nísi mi argentum rédditur,
Víginti minae. SI. Átque etiam mihi áliae uigintí minae.
BA. Aúferen tu id praémium a me quód promisi pér iocum?
SI. De ímprobis uirís auferri praémium et praedám decet.
BA. Sáltem Pseudolúm mihi dedas. SI. Pseúdolum ego dedám tibi?
Quíd deliquit? díxin ab eo tíbi ut caueres ⟨c⟩éntiens?

1214. HA. ‖ 1215. *del Ri* | iam *vel* ian | surus *vel* sirus ‖ 1216. SUMBOLUM: Simbolum (*item v. 1217*) | ABHOC: hoc | NI-PSEUDOLUST: pseudolus est ‖ 1217. facie (*sic A*) *vel* facile | dedistis *vel* dedisti (*sic A*) ‖ 1218. (s)URIS: syris *vel* sirus ‖ 1220. SI.: *corr Scal* | U(tno)MINAUISTI: postquam dixisti ‖ 1221. Pseudolus (*sic A*) *vel* Pspeudolus | actu imst dem et iam *vel* actum(e)st idem etiam: *corr Ca* ‖ 1222. *add Ac* | TEHAUSINAM-EMORI—: aut te sin a me (*vel* sina) moriri | mihi argentum *vel* argentum mihi ‖ 1223. HA.: *corr Ac* ‖ 1224. AUFERENTUID: auferetur (*vel* auferentur) id ‖ 1225. improbis (*sic A*) *vel* improbris ‖ 1227. ut (*vel* uit) habere sentiens ‖

BA. Pérdidit me. SI. At mé uiginti módicis multauít minis.
BA. Quíd nunc faciam? HA. Sí mihi argentum déderis, te suspéndito.
BA. Dí te perdant. séquere sis me ergo hác ad forum ut soluám. HA. Sequor. 1230
SI. Quíd ego? BA. Peregrinós absoluam: crás agam cum cíuibus.
Pseúdolus mihí centuriata hábuit capitis cómitia,
Quí illum ad me hodie ádlegauit, múlierem qui abdúceret.
Séquere tu. nunc ne éxpectetis, dum hác domum redeám uia:
Íta res gestast: ángiporta haec cértumst consectárier.
⟨HA.⟩ Sí graderere tántum ⟨quantum⟩ lóquere, iam esses ád forum. 1236
⟨BA.⟩ Cértumst mihi hunc emórtualem fácere ex natalí die.

SIMO
SENEX

Béne ego illum tetigí, bene autem séruos inimicúm suom.
Núnc mihi certumst álio pacto Pseúdolo insidiás dare,
Quam ín aliis comoédiis fit, úbi cum stimulis aút flagris 1240
Insidiantur. át ego iam intus prómam uigintí minas
Quás promisi, si éffecisset: óbuiam ei ultró feram.
Nímis illic mortális doctus, nímis uorsutus, nímis malus.

1231. BA. Quid *vel* Quid: *corr Bo* | EGO#: ego (*corr Bo*) | ciuibus *vel* uicibus ‖ 1234. (t)U: te | ——DOMŨ *in fine* ‖ 1236. *add Py, fort. cum A* ‖ 1238. *scaenam om A* ‖ 1240. Quam: NAM | commoediis *vel* comedis ‖ 1241. INTUS: inultus ‖ 1242. FERAM: deferam ‖ 1243. NIMISNIMISUORSUTUS ‖

Súperauit dolúm Troianum átque Vlixem Pseúdolus.
Núnc ibo intro, argéntum promam, Pseúdolo insidiás dabo. 1245

ACTVS V

PSEVDOLVS
SERVOS

Quid hóc? sicine hóc fit? pedés, statin án non?
An íd uoltis út me hinc iacéntem aliquis tóllat?
Nam hércle si cécidero, uóstrum erit flagítium,
Pérgitin pérgere? ah, †seuiendum mi hodiest.
Magnum hoc uitium uinost: 1250
Pedés captat prímum, luctátor dolósust.
Profécto edepol égo nunc probe [h]ábeo madúlsa[m]:
Ita uíctu excurato, íta magnis mundítiis di⟨ui⟩s dígnis
Itaque ín loco festíuo sumús festiue accépti.
Quid opus est me multas agere ambages? hoc est homini quam ob rem uitam amet: 1255. 1256
Hic ómnes uoluptatés, in hoc omnés uenustatés sunt:
Deis próxumum ésse | arbitrór.

1244. ULIXEM: ui ixem *vel* uixissem | PSEUDOLUS: pseudolum ‖ 1245. ibi ‖ 1246. Quid (*sic A*) *vel* Quod ‖ 1247. tacentem ‖ 1248—1251. *sic discr A: tres v. sunt in B* (— flagitium — mihi [*sed* Pedes]) ‖ 1250. *cf. ad v. 263* ‖ 1252. *del Lipsius* (madulsam *etiam A*) ‖ 1253. *post v.* 1254 *exstat in A* | ita magnis (*sic A*) *vel* ita | MUNDITIS | DISDIGNIS: digni ah (*correximus*) ‖ 1255 sq. *v. post* homine *bipartitus in A, post* hoc est *in B* | *cf. ad v. 263* | OPUSEST: opus | HOMINE ‖ 1258 sq. *duo v. sunt in B* (— complexust): *discr Spengelius* ‖

Nam úbi amans complexúst amantem, ubí labra ad labélla adiungit,
Ýbi alter alterúm bilingui mánifesto inter s⟨é⟩ prehendunt, 1260
Vbi mámma ma⟨m⟩micula ópprimitur [all]aut sí lubet corpora cónduplicant,
Manu candida cantharum dulciferum propinare †micissimam amicitiam 1262. 1263
Neque ibi esse alium alii odio †ibi nec molestum nec sermonibus morologis uti:
Vnguénta atque odóres, lemníscos, coróllas 1265
Darí dapsilés: non ením parce prómi
* * * * * * * * *
Víctu ceteró néquis me rogét: 1267
Hoc égo modo atque erús minor
Hunc diém sumpsimus p⟨r⟩othýme, 1268[b]
Póstquam opus meum ómne ut uolui pérpetraui hostíbus fugatis.
Illós accubántis potántis amántis 1270
Cum scórtis relíqui et meúm scortum ibídem
Cordi átque animo suo ópsequentis. séd postquam exurréxi
Órant me[i]d ut sáltem: ad hunc me módum intuli[t] illi[s] sátis facete:
†Nime ex disciplína: quippe ego quí probe Ionicá⟨m⟩ perdidici.

1259. ad labra: *trai Ca* ‖ 1260. alter *vel* altera | inters *vel* inter: *suppl Ca* ‖ 1261. mammiam (*vel* mam m///am) anicula: *corr Pontanus* | allant *vel* alant: *corr Ri duce Ca* ‖ 1262—1264. *cf. ad v. 263* ‖ 1262 sq. canpharum: *corr Scu* ‖ 1264. alio odio: *corr Lipsius* ‖ 1265 sq. *compr B* | lemniscos *vel* lentiscos ‖ 1266. *lac sign Lorenzius* ‖ 1268. *add Scu* ‖ 1269. omne ut uolui *vel* ut uolui omne ‖ 1270—1276. *septem v. sunt in B* (— scortis — ibidem — sed post[Quam] — saltem — quippe ego — amictus — reuertar): *discr Goe ducibus aliis* ‖ 1272. Corde: *corr Lamb* ‖ 1273. i *del Ca* | s *del Ri* ‖ 1274. ionica *vel* leonica *vel* lenonica: *add Spengelius* ‖

†Sed palliolátim amictus síc incessi lúdibundus. 1275
†Plaudunt parum clamitánt me ut reuórtar.
Occépi denuo hóc modo: (nolui 1277[a]
Idem amicae dabam me meae, 1277[b]
Vt me amaret.) Vbí circumuortór, cado: 1278[a]
Id fúit naenia lúdo. 1278[b]
Ítaque dum enitór, prox, iam paene ínquinaui pállium.
Nímiae tum uolúptáti edepol fuí.
Ób casum datúr cántharus: bibí. 1280[b]
Commúto ilicó pallium, íllud posíui:
Inde húc exií, crapulám dum amouérem.
Núnc ab ero ad erum meúm maiorem uénio foedus cómmemoratum.
Áperite, aperite. heús, Simoni mé adesse aliquis núntiate.

SIMO. PSEVDOLVS
SENEX SERVOS

SI. Vóx uiri péssumi me éxciet forás. 1285
Séd quid hoc? quó modo? quíd uideo ego * *?
PS. Cúm corona ébrium Pseúdolum tuóm.
SI. Líbere hercle hóc quidem. séd uide statúm:
Núm mea grátia pértimescít magis?
Cógito saéuiter blánditerne ádloquar. 1290
Sed me hóc uotat uim fácere nunc

1275. palliolatim *vel* palliotatim | sic *vel* Sic hęc || 1276. parum *vel* partim || 1277 sq. *secl Goe* | tibi || 1278[b] sq. *compr B* | enitor *vel* emitor | prox *vel* prax || 1280[a b]. *compr B: discr Spengelius* || 1281 sq. *compr B* (*non A*) | llico (*corr B*) | posiui *vel* posui | E(xiu)ICRAPULAM: exi grapulam || 1283. (adue)NI | CŌPROB(at)U(m) || 1284. (heus)SIMONI: heusimoni | ALIQUIS: quis || 1285 sq. *compr B* (*sed* Sed) || 1285. ME: ne || 1286. Q(uid): quid tu | EGO**—: ego || 1287 sq. *compr B* || 1287. Cum (*sic A*) *vel* Quom || 1289 sq. *compr B* (*sed* Cogito) || 1289. pertimescet (*ex* pertimescit *D*) || 1290. BL(an)DI(te)RNE: bianditerne (blanditer *gloss. Pl.*) || 1291 sq. *compr AB* | MEHOC: hoc me ||

Quód fero: síqua in hoc spés sitast mihí.
PS. Vír malus uiró óptumo obuiam ít.
SI. Dí te ament, Pseúdole. PS. Hae. SI. Í in malam crucém.
PS. Cur égo adflicter? SI. Quid tú, malum, in os igitúr mihi ebrius inrúctas?
PS. Mólliter sís tene mé: caue ne cadám. 1296
Non uídes me ut madide mádeam?
SI. Quaé istaec audáciast, té sic intérdius
Cúm corolla ébrium | íngredirí? PS. Lubet.
SI. Quíd, lubet? pérgin ructáre in os mihí? 1300
PS. Suáuis ructús mihist: síc sine, Simó.
SI. Crédo equidem potís ésse te, scelús,
Mássici móntis ubérrumos quáttuor
Frúctus ebíbere in hora úna. PS. 'Hiberna' áddito.
SI. Sed díc tamen — haud mále mones — 1305
[SI.] Vnde [h]onustám celocem ágere te praédicem?
PS. Cúm tuo fílio pérpotauí modo.
Séd, Simo ut probé táctust Ballió.
Quaé tibi díxi, ut effécta reddidí.

1293 sq. *compr B:* 1293 *duo sunt in A* (—UIRO?) | SPESI— ‖ 1294. PS(eud)O(lae#)HAE(#iin): pseudole pfui (*vel* psui *vel* sisui) in | malam crucem (*sic A*) *vel* mala crecem ‖ 1295. ego (*sic A*) *vel* ergo | ADFLICTER (*item gloss. Pl.*): me adflictor | INOSIGITUR: ergo in os ‖ 1296 sq. *compr AB* (*sed* Me ut *B*) | siste ne: SICTENE ‖ 1298 sq. *compr B* (*sed* Cum) ‖ 1298. IS(tae)CAUDACIASTTE: ista haec audacia site ‖ 1299. INGREDIRI: incedere ‖ 1300 sq. *compr B* ‖ 1300. SI. *vel* PS. | ructare in os (*item Nonius*): (ino)SRU(ct)ARE ‖ 1301. SIMO (simon *Nonius*): modo ‖ 1302 sq. *compr B* (*sed* Massici) ‖ 1302. POTISE(SSE): potasse ‖ 1303. QUATTUOR: quatuor ‖ 1304—1306. *duo v. in B* (— tamen) ‖ 1304. HAR. ‖ 1305. DICATAMENH(au): dic tamen PS. hau (*vel* haud) ‖ 1306. honestam (*etiam A*) ‖ 1307—1312. *tres v. habet B* (— ballio est — homo est [*sed* Sed *et* Pessimus *et* Cum]), *octo A v. 1308 et 1310 binis discribens et v. 1311 medium inter dimidias v. 1308 partes interponens* ‖ 1307. Cum (*sic A*) *vel* Quom' | tuo filio (*sic A*) *vel* tuo | PERPOTAUI: perportaui ‖ 1308. ESTBALL—: ballio est ‖

SI. Péssumu's homó. PS. Múlier haec facít: 1310
Cúm tuo filio líbera accubát.
SI. Ómnia ut quícque egisti órdine sció.
PS. Quíd ergo dubitas dáre mi argentum? SI. Iús petis: fateór, tene.
PS. Át negabás daturum ésse te mihí: tamen das.
Onera húnc †hominem atque me cónsequere hac.
SI. Egone ístum onerem? PS. Onerábis, scio. 1315
SI. Quid ego huíc homini faciám? satin ultro et argéntum aufert et me ínridet?
PS. Vae uíctis. SI. Vorte ergo úmerum.
⟨PS.⟩ Em. SI. Hóc ego numquam rátus sum
Fore me út tibi fierem súpplex.
†Heu heu. PS. Desine. SI. Doleo. PS. Ní doleres tu, égo dolerem. 1320
⟨SI.⟩ Quid? hoc aúferen, Pseudole mi, ábs tuo ero?
PS. Lubentíssimo corde atque ánimo.
⟨SI.⟩ Non aúdes, quaesso, aliquám partem mihi grátiam facere hinc de árgento?
⟨PS.⟩ Non. mé deices auidum ésse hominem: nam hinc númquam eris nummo díuitior:
Neque té mei tergi mísereret, hoc seí non hodie ecfécissem.

1310. PESSUMUS: SI. Derides Pessimus: *corr Ri* | HOMO: homo est ‖ 1311. ACCUPAT ‖ 1312. QUICQ·: quique ‖ 1314—1319. *quattuor sunt v. in B* (— consequere [*sed* Onera] — ultro — humerum [*sed* Fore]) ‖ 1315. hac (*sic A*) *vel* ac | (#eg)ONE: ego (*corr Ri*) | ONEREM#: honerem# *vel* onerem ‖ 1316. # Quid *vel* quid | SATI(nne): statim (*corr Py*) ‖ 1317. # Vae (PS. D^2) | BA. Vorte | UMERUM: humerum ‖ 1318. BA. hoc: *corr Ri* ‖ 1320. HEUHEUDESINEDOLEO: Heu heu (*vel* heu heu heu #) desine. BA. Doleo | #ni dolores *vel* #ni doleres (*sic A*) ‖ 1321. Quid hoc auferre non pseudole: QUIDHOCAUFERENPSEUDOLUMMIHI: *corr Sey* | ero# (*sic A*) *vel* ero ‖ 1322. *add Ri* | NONNE | QUAESSO: quaeso | HINCDEARGENTO: hic argenti ‖ 1323. *add D* | Non (*sic A*) *vel* Nom | deices *vel* dicis | esse hominem nam (*sic A*) *vel* nam ‖ 1324. HOCSI: Sei (*sic*) hoc | EFFECISSEM: et fecissem ‖

SI. Erit úbi te ulciscar, seí uiuo. PS. Quid mínitare? habeo térgum. 1325
SI. Age sáne. PS. Igitur redi. SI. Quíd redeam? PS. Redi módo: non eris decéptus.
SI. Redeó. PS. Simul mecum ⟨i⟩ pótatum. SI. Egone eám? PS. Fac quod te iúbeo.
Si is, aút dimidium aut plús etiam faxo hínc feres. SI. Eo: duc mé quo uis. 1328. 1329
⟨PS.⟩ Quid núnc? numquid íratus és aut mihi aút filió propter hás res, Simó. SI. Nil profécto. 1330. 1331
PS. I | hác: te sequór. SI. Quin uocás spectatóres simúl? PS. Hercle me ísti hau solént [uocare] nec ego ergo ístos. 1332. 1333
Verúm sultis ádplaudere átque adprobáre hunc gregem ét fabulam ín crastinúm uos uocábo. 1334. 1335

1325—1327. *sic A: tres v. in B* (— sane — Redeo) ‖ 1325—1332. BA. *pro* SI.: *corr Ri* ‖ 1326. redi *vel* reddi: REDDE | REDEAM: reddam ‖ 1330—1335. *sic A: quattuor v. sunt in B* (— simo — simul — adplaudere [*sed* Aut *et* Spectatores *et* Vocare]) ‖ 1328 sq. PLUS: pius ‖ 1330 sq. BA. Nihil *vel* Nihil (*sic A*) ‖ 1332 sq. HACTESEQUOR#QUIN: hac # (*vel* BA.) te sequor quin | HAU: haud | *del Herm* | NECEGOISTOS: neque ergo ego istos: *corr Herm* ‖ 1334 sq. UIRU— | SIUULTIS: sed uoltis: *corr Herm* ‖

Rufinus p. 561, 2 K.: Sisenna in commentario Poenuli . . . in Pseudulo sic: 'Malai διαίρεσις metri causa'.

T. MACCI PLAVTI

R V D E N S

GRAECA DIPHILV

PERSONAE

ARCTVRVS PROLOGVS
SCEPARNIO SERVOS
PLESIDIPPVS ADVLESCENS
DAEMONES SENEX
PALAESTRA MVLIER
AMPELISCA MVLIER
PTOLEMOCRATIA SACERDOS
PISCATORES
TRACHALIO SERVOS
LABRAX LENO
CHARMIDES SENEX
LORARII
GRIPVS PISCATOR

ARGVMENTVM

Retí piscator dé mari extraxit uídulum,
Vbi eránt erilis filiae crepúndia,
Dominum ád lenonem quaé subrepta uénerat.
Ea ín clientelám suipte inprudéns patris
Naufrágio eiecta déuenit: cognóscitur 5
Suóque amico Plé[u]sidippo iúngitur.

1. Reti *vel* Rete || 2. crepundia *vel* crefunda || 4. suspte *vel* suscepte: *corr Ca* || 6. *del Fl* ||

PROLOGVS

ARCTVRVS

Qui géntes omnes máriaque et terrás mouet,
Eiús sum ciuis cíuitate caélitum.
Ita sum út uidetis spléndens stella cándida,
Signúm quod semper témpore exoritúr suo
Hic átque in caelo. nómen Arcturóst mihi. 5
Noctú sum in caelo clárus atque intér deos,
Intér mortalis ámbulo | intérdius.
Et ália signa dé caelo ad terram áccidunt:
Quist ímperator díuom atque hominum Iúppiter,
Is nós per gentis áliud alia dísparat, 10
Qui fácta | hominum, móres, pietatem ét fidem
Noscámus, †ut quemque ádiuuet opuléntia.
Qui fálsas litis fálsis testimóniis
Petúnt quique in iure ábiurant pecúniam,
Eorúm referimus nómina exscripta ád Iouem. 15
Cotídie ille scít quis hic quaerát malum.
Qui hic lítem apisci póstulant peiúrio
Malí, res falsas qui ímpetrant apud iúdicem,
Iterum ílle eam rem iúdicatam iúdicat:
Maióre multa múltat quam litem aúferunt. 20

---

2. ciuis *vel* cuius || 3. sum ut uidetis plendens *vel* ut uidetis sum splendens || 10. alium: *corr Sey* || 17 sq. peiorio *vel* pelorio: *corr Pareus* | *dist Ac* ||

Bonós in aliis tábulis exscriptós habet.
Atque hóc scelesti | ín animum inducúnt suom,
Iouem sé placare pósse donis, hóstiis:
Et óperam et sumptum pérdu[u]nt. id eo fít, quia
Nil éi acceptumst á periuri[i]s súpplici. 25
Facílius siqui píus est a dis súpplicans
Quam quí scelestust ínueniet ueniám sibi.
Idcírco moneo uós ego haec, qui [u]estís boni
Quique aétatem agitis cúm pietate et cúm fide:
* * * * * * * * * * * * *
Retinéte porro, póst factum ut laetémini. 30
Nunc, húc qua causa uéni, argumentum éloquar.
Primúmdum huic esse nómen urbi Díphilus
Cyrénas uoluit. íllic habitat Daémon[i]es
In agro átque uilla próxuma proptér mare,
Senex qui húc Athenis éxul uenit, haú malus. 35
Neque is ádeo propter málitiam patriá caret,
Sed dum álios seruat, se ínpediuit ínterim:
Rem béne paratam cómitate pérdidit.
Huíc filiola uírgo periit páruola:
Eam dé praedone uír mercatur péssumus: 40
Is eam húc Cyrenas léno aduexit uírginem.
Aduléscens quidam cíuis huius Átticus
Eam uídit ire e lúdo fidicinió domum.
Amáre occepit: ád lenonem déuenit,
Minís triginta síbi puellam déstinat 45
Datque árrabonem et iúre iurando álligat.
Is léno, ut se aequomst, flócci non fecít fidem
Neque quód iuratus ádulescenti díxerat.
†Ei erat hospes pár ⟨s⟩ui, Siculús senex
Sceléstus Agrigentínus, urbis próditor: 50
Is illíus laudare ínfit formam uírginis

---

22. indicunt ‖ 23. posse donis *vel* posset omib; ‖ 24. *del Py* | ideo: *corr Gul* ‖ 25. *del Ca* ‖ 26. plus ‖ 28. que ‖ 29. cum pietate et *vel* conpletate et cum | *inter v.* 29 (QU—) *et* 30 (R—) *alium habet A* (T—) ‖ 30. letemini *vel* lętimini ‖ 42. ATTICUS: atticos ‖ 49. *add Fl* ‖

Et áliarum itidem quae eíus erant muliérculae.
Infít lenoni suádere, ut secúm simul
Eat ín Siciliam: ibi ésse homines uoluptários
Dicít: potesse | íbi eum fieri díuitem. 55
Ibi ésse quaestum máxumum meretrícibus.
Persuádet. nauis clánculum condúcitur.
Quicquíd erat, noctu in náuem conportát domo
Leno: ádulescenti, quí puellam ab eo émerat,
Ait sése Veneri uélle uotum sóluere 60
— Id híc est Veneris fánum | — et eo ad prándium
Vocáuit adulescéntem huc. ipse hinc ílico
Conscéndit nauem |, áuehit meretrículas.
Aduléscenti alii nárrant ut res gésta sit:
Lenónem abisse |. ád portum adulescéns uenit, 65
Illórum nauis lónge in altum abscésserat.
Ego quóniam uideo uírginem asportárier,
Tetuli éi auxilium et lénoni exitiúm simul:
Increpui hibernum et flúctus moui máritumos. 69
Nam Arctúrus signum sum ómnium | acérrumum:
Veheméns sum exoriens, quom óccido ueheméntior.
Nunc ámbo in saxo, léno | atque hospés, simul
Sedént eiecti: náuis confractást eis.
Illa aútem uirgo atque áltera itidem ancíllula
De náui timidae désuluerunt ín scapham. 75
Nunc eás ab saxo flúctus ad terrám ferunt,
Ad uíllam illius, éxul ubi habitát senex,
Quoius déturbauit uéntus tectum et tégulas.
⟨S⟩ed séruos illic est éius qui egreditúr foras.
Aduléscens huc iam aduéniet, quem uidébitis, 80
Qui illám mercatust dé lenone uírginem.
Valéte, ut hostes uóstri diffidánt sibi.

---

53. lenoni suadere *vel* lenonis uadare ‖ 54. siciliam *vel* sicillam ‖ 62. hinc *vel* hunc ‖ 63. auenit ‖ 65. abisse *vel* abiisse ‖ 68. et auxilium ‖ 72. ambo *vel* amabo ‖ 73. Sedente (*vel* Sedenti) lecti | iis ‖ 74. ancillula *vel* ancilla ‖ 77. At ‖ 79. Et: *corr Luchsius* ‖ 82. uestiri: *corr B* ‖

ACTVS I

SCEPARNIO
SERVOS

SC. Pro di ímmortales, témpestatem quoíusmodi
Neptúnus nobis nócte hac misit próxuma.
Detéxit uentus uíllam: quid uerbís opust? 85
Non uéntus fuit, uerum Álcumena Eurípidi:
Ita omnís de tecto déturbauit tégulas:
Inlústriores fécit fenestrasque índidit.

PLESIDIPPVS. ADVLESCENS **SCEPARNIO.** SERVOS **DAEMONES** SENEX

PL. Et uós a uostris ábduxi negótiis
Neque íd processit, quá uos duxi grátia, 90
Neque quíui ad portum lénonem prehéndere.
Sed meá desidia spém deserere nólui:
Eo uós, amici, détinui diútius.
Nunc húc ad Veneris fánum uenio uísere,
Vbi rém diuinam sé facturum díxerat. 95
⟨SC.⟩ Si sápiam, hoc quod me máctat concinném lutum.
PL. Prope me hí[n]c nescioquis lóquitur. DAE. Heu⟨s⟩, Scepárnio.
SC. Qui nóminat me? DAE. Quí pro te argentúm dedit.

Personas cum per hanc fabulam nullas habeat B (sed spatia), raras cum D tum C, ubi nil indicamus Italos recte distribuisse sciendum est ‖ 86. alcumenae uripidi *vel* alcumenae urippidi: *corr Angelius* ‖ 88. indidit *vel* in indidit ‖ 89. uos *vel* tuos ‖ 90. qua *vel* quia ‖ 96. *add Ca* ‖ 97. SC. *et* PL. *D: corr Ca* | heu sceparnio *vel* heuscerpanio ‖ 98. SC. *et* PL. *D* ‖

SC. Quasi mé tuom esse séruom dicas, Daémones.
DAE. Luto úsust multo, múltam terram cónfode.
Villam íntegundam intéllego totám mihi:
Nam núnc perlucet éa quam cribrum crébrius.
PL. Patér, salueto | ámboque adeo. DAE. Sáluos sis.
SC. Sed utrúm tu ⟨m⟩asne an fémina's, qui illúm patrem
Vocés? PL. Vir sum equidem. SC. Quaére, uir, porró patrem.
DAE. Filíolam ego unam | hábui, eam unam pérdidi:
Viríle sexus númquam ullum habui. PL. At dí dabunt.
SC. Tibí quidem hercle, quísquis es, magnúm malum,
Qui orátione [nos] hic óccupatos óccupes.
PL. Istícine uos habitátis? SC. Quid tu id quaéritas?
†An quo furatum mox uénias uestigás loca?
PL. Pecúliosum esse ⟨ád⟩decet seruom ét probum,
Quem eró praesente praétereat orátio
Aut qui ínclementer dícat homini líbero.
SC. Et ínpudicum et ínpudentem hominem áddecet,
Moléstum ultro adueníre ad alienám domum,
Quoi débeatur níl. DAE. Tace, Scepárnio.
Quid opús⟨t⟩, adulescens? PL. Ísti⟨c⟩ infortúnium,
Qui praéfestinet úbi erus adsit praéloqui.
Sed nísi molestumst, paúcis percontárier

---

99. SC. *D* || 100. usus multo *Pseudoservius* || 104. SC. *D* | *add Ca* || 105. Voces *vel* noces || 106. ego *vel* eo || 107. *sic etiam Priscianus* || 109. *del Guy* || 112. *add Bo* || 116. alienam *vel* alienum || 118. est *add Py* | c *add Fl* ||

Volo ego éx te. DAE. Dabitur ópera, atque ni negótio.
SC. Quin tu ín paludem is éxicasque harúndine⟨m⟩.
Qui pértegamus uíllam, dum sudúmst? DAE. Tace.
Tu síquid opus est díce. PL. Dic, quod té rogo,
Ecquém tu hic hominem críspum, incanum uíderis, 125
Malúm, periurum, pálpatorem. DAE. Plúrumos:
Nam ego própter eius modí uiros uiuó miser.
PL. Hic díco, in fanum Véneris qui muliérculas
Duas sécum adduxit quíque adornarét sibi
Vt rém diuinam fáciat, aut hodie aút heri. 130
DAE. Non hércle, adulescens, iam hós dies complúsculos
Quemquam ístic uidi sácruficare: néque potest
Clam mé esse, siqui sácruficat. sempér petunt
Aquam hínc aut ignem aut uáscula aut cultrum aút ueru
Aut aúlam extarem aut áliquid: quid uerbís opust?
Venerí paraui uása et puteum, nón mihi. 136
Nunc ínteruallum iam hós dies multós fuit.
PL. Vt uérba praehibes, mé periisse praédicas.
DAE. Meá quidem hercle caúsa saluos sís licet.
SC. Heus tú, qui fana uéntris causa círcumis, 140
Iubére meliust prándium ornarí domi.
⟨DAE.⟩ Fortásse tu huc uocátus es ad prándium,
Ille quí uocauit, núllus uenit? PL. Ádmodum.
SC. Nullúmst periclum te hínc ire inpransúm domum.

---

122. exigasque *vel* exagitasque: *corr ex membr Turn* | *add Pareus* || 128. *dist Kampmannus* || 131. hercule *et* istos *schol Veron. ad Verg.* || 132. sacruficare *vel* sacruificare || 135. aulam extare *vel* alilam extarem || 141. Iubere *vel* lubere || 142. *add Barthius* || 143. Illu tui *vel* illu # tui || 144. Nullumst *vel* nullust ||

C⟨e⟩rerém te melius⟨t⟩ quám Venerem s[p]ectárier: 145
Amóri[m] haec curat, trítico curát Ceres.
PL. Delúdificauit mé ille homo indignís modis.
DAE. Pro di ínmortales, quíd illuc est, Scepárnio,
Hominúm secundum lítus? SC. [a]Vt mea opíniost,
Proptér uiam illi súnt uocati ad prándium. 150
DAE. Qui? SC. Quía post cenam, crédo, laue rúnt heri.
⟨DAE.⟩ Confrácta nauis ín marist illís. ⟨SC.⟩ Itast:
At hércle nobis uílla in terra et tégulae.
⟨DAE.⟩ Hui, 153. 154
Homúnculi quanti éstis: eiecti út natant.
PL. Vbi súnt hi | homines, óbsecro? DAE. Hac ad déxteram:
Vidén secundum lítus? PL. Video: séquimini.
Vtinam ís sit quem ego quaéro, uir sacérrumus.
Valéte. SC. Si non móneas, nosmet méminimus.
Sed ó Palaemon, sáncte Neptuní comes, 160
Qui †Herculis sócius esse díceris,
Quod fácinus uideo? DAE. Quíd uides? SC. Muliérculas
Videó sedentis ín scapha solás duas.
Vt ádflictantur míserae. euge, euge, pérbene,
Ab sáxo auortit flúctus ad litús scapham. 165
Nequé gubernator úmquam potuit ⟨réctius⟩.
Non uídisse undas mé maioris cénseo.
Saluaé sunt, si illos flúctus deuitáuerint.

---

145. prerem *cum spat init.* | t *add Reizius* | *del Ca* || 146. Amorem: *corr Meursius* | ceres *vel* uenus || 148. sceparnio *vel* scerparnio || 149. est opinio: *trai Reizius* || 151. Quia *vel* qui || 152. *add Vss* || 153 sq. nouis | uilla *vel* uillā | *add Ca* || 155. *dist Ac* | electi ut narrant: *corr ex Prisciano* || 156. sunt hi *vel* sunt | dexteram *vel* dextram || 161. herculis *vel* hercule || 162. mulierculas *vel* muerculas *vel* merculas || 166. *suppl Bent* || 167. me *om Nonius* || 168. deuitauerunt *vel* deuitarunt: *corr Py* ||

Nunc núnc periclumst: * eiecit álteram.
At ín uadost: iam fácile enabit. eúgepa[c]e: 170
Viden[e] álteram illam ut flúctus eiecít foras?
Surréxit, horsum sé capessit: sálua res:
Desiluit haec autem áltera in terram é scapha.
Vt praé timore in génua in undas cóncidit.
Saluást: euasit éx aqua: iam in lítorest. 175
Sed déxtrouorsum auórsa it in malám crucem.
Hem, errábit illaec hódie. DAE. Quid id refért tua? 177. 178
SC. Si ad sáxum, quo capéssit, ea deorsúm cadit,
Errátionis fécerit compéndium. 180
DAE. Si[t] tú de illarum cénaturus ué⟨s⟩peri's,
Illís curandum cénseo, Scepárnio:
Si apúd me essuru's, míhi dari | operám uolo.
SC. Bonum aéquomque oras. DAE. Séquere me hac ergó. SC. Sequor.

PALAESTRA

MVLIER

Nimio hóminum fortunaé minus miseraé memorantur 185
* * * * experiundo [i]is datur acerbum.
* * * hoc deo cómplacitumst, me hoc órnatu ornatam ín incertas
Regiónes timidam eiéctam? 187[b]
Hancine ego ad rem natam miseram memorabo?
Hancine ego partem capio ob pietatem praecipuam?

---

170. *del Ca* ‖ 176. auersa est *Priscianus* ‖ 177. hem *vel* Em ‖ 180. fecerit *vel* fecerat ‖ 181. *add Ca* ‖ 183. essurus: *corr Fl* ‖ 184. ergo (*vel* # ergo) sequor *vel* # sequor ‖ 186 sq. *lac sign libri* ‖ 186. 188 sq. *cf. ad Pseud. v. 263* ‖ 187[a]. In incertas *adhaeret v. 187*[b] ‖ 188 sq. ad rem — Hancine ego *solus habet B* ‖

Nam hoc míhi | ⟨h⟩aud labórist labórem hunc potíri,
Si | érga paréntem aut deós me impiáui: 191
Sed íd si paráte curáui ut cauérem,
Tum hoc mihi indecore, inique, inmodeste
Datis di: nam quid habebunt sibi †igni impii posthac,
Si ad húnc modumst innóxiis honór apud uos? 195
Nam mé[i] si sciám * fecísse aut paréntis
Sceléste, minus me míserer.
Sed eríle scelus me sóllicitat, eiús me impietas mále habet: 198
Is nauem atque ómnia pérdidit ín mari:
Haéc bonorum éius sunt réliquiae.
Étiam quae simúl, 200
Vécta mecum ín scaphast éxcidit:
Égo nunc sola súm. 201[b]
Quaé mihi sí foret sálua saltém labor
Lénior ésset hic mi éius operá.
Nunc quám spem aut opem aút consilí quid capéssam?
Ita híc sola sólis locís * * * * 205[a]
* * * * compotíta sum 205[b]
Hic sáxa sunt, hic máre sonat, 206[a]
Neque quísquam homo mihi obuiám uenit. 206[b]
* * * * * * * * * * * * * *
Hóc quod indúta sum súmmae opes óppido:
Néc cibo néc loco técta quo sím scio.
Quaé mihist spés qua me uíuere uelím?
Néc loci gnára sum néc †diu hic fui. 210

---

190. aut ‖ 192. it *vel* id ‖ 193 sq. *cf. ad Pseud. v. 263* ‖ 194. sibi igni *vel* sibigni ‖ 196 sq. *compr B | del Ca* ‖ 198. sollicitat *vel* sollitat ‖ 200. *adhaeret v. 199 et 201*[b] *v. 201*[a] *in B* ‖ 204. NVNQQVAM: Numquam | *dist Braunius* ‖ 205. SOLA(SO)L— *sequente alt. v. evanido*: solis locis compotita sum ‖ 206. *sic discr A: duo v. etiam in B sunt* (— quisquam) | (ne)Q·QUISQUAM: nec quisquam (*vel* quis qua) | obuiam *vel* obueniam ‖ *inter v.* 206 *et* 207 (?) *duo evanidi in A* ‖

Sáltem | aliquém uelim quí mihi ex hís locis
Aút uiam aut sémitam mónstret: ita núnc
Hác an illác eam, incérta ⟨sum⟩ cónsili:
Néc prope usquam híc quidem cúltum agrum cónspicor.
Álgor, errór, pauor me ómnia tenént. 215
Haéc, parentés mei, haud scítis miserí 216[a]
Me núnc miseram esse ita utí sum: 216[b]
Leíbera ego prognáta fui máxume, nequíquam fui.
Nunc quí minus seruió, quam sí serua forem náta?
Neque quícquam umquam illis prófuit, qui mé sibi eduxérunt.

AMPELISCA. PALAESTRA
MVLIERES II

AM. Quid míhi meliust, quid mágis in remst, quam a córpore uitam ut sécludam? 220
Ita mále uiuo atque ita míhi multae in pectóre sunt curae exánimales:
Ita rés se habent: uitae haú parco: perdídi spem qua me obléctabam.
Omnía iam circumcúrsaui atque omníbus latebris perréptaui
Quaerére conseruam uóce, oculis, auríbus, ut peruestígarem.

---

211. uelim (*sic A*) *vel* uellim ‖ 212. monstret *vel* monstrec ‖ 213. incerta *vel* incertam | *add Gru duce Py* (*cum A, ut vid* [s—]) ‖ 214. usquam (*sic A, ut vid*) *vel* usq. ‖ 215. *om A* ‖ 216[ab]. *sic discr A: compr B* (*sed* Me) | HAU—: haud *vel* aut | ita uti *vel* uti ‖ 217. Libera ego: LEIBERA ‖ 218. serua forem (*sic A*) *vel* forem serua ‖ 219. ILLIS: his *vel* iis | me sibi (*sic A*) *vel* sibi ‖ 220. ACORPOREUITAMUTSECLUDAM: corpore uitam secludam (*vel* sedulam) ‖ 221. EXANIMABILES ‖ 222. ITARESSEHABENT: dent *cum lac* | haud: AU ‖ 223. OMNIBUSLATEBRIS: omnibus in latebris *vel* inlatebris omnibus ‖ 224. QUAERERE: Querire | OCULISQ· ‖

Neque eam úsquam inuenio néque quo eam neque quá quaeram consúltumst,
Neque quém rogitem respónsorem quemquam ínterea conuénio. 226
Neque mágis solae terraé solae sunt quam haéc sunt loca atque hae régiones.
Neque sí uiuit eam uíua umquam quin ínueniam desístam.
PA. Quóianam uox míhi prope hic sonát?
AM. Pértimui. quis híc loquitur propé? 230
PA. Spés bona, obsecró, súbuenta mihí.
AM. Éximes ex hóc miseram metú?
PA. Cérto uox múliebris aúris tetigít meas:
AM. Múlier est, múliebris uóx mi ad aurís uenit.
PA. Num Ámpelisca óbsecrost? AM. Tén, Palaestra, aúdio? 235
PA. Quín uoco, ut me aúdiat, nómine illám suo? Ámpelisca. AM. Hém, quis est? PA. Égo Palae[m]st⟨ra⟩ * *
AM. Díc ubi's? PA. Pól ego nunc ín malis plúrumis.
AM. Sócia sum néc minor párs meast quám tua. Séd uidere éxpeto té. PA. Mihi's [s]aémula. 240
AM. Cónsequamúr gradu uócem: ubi's? PA. Écce me:
Áccede ad me átque adi cóntra. AM. Fit sédulo.
PA. Cédo manum. AM. Áccipe. PA. Díc, uiuisne? óbsecro.
AM. Tú facis mé quidem ut uíuere núnc uelim. Quóm mihi té licet tángere. ut uíx mihi 245
Crédo ego hoc, té tenere. óbsecro, ampléctere,

---

225. NEQ·EAM: Nequeam | quo eam (*sic A*) *vel* coeam ‖ 226. CÕUENIO: inuenio ‖ 227. SUNTLOCA: loca ‖ 228. UIUAUMQUAM: uiuam numquam ‖ 229—232. *post* UOXMIHI *quinque v. discr A* ‖ 229. QUOIANAM: Quianam ‖ 233 sqq. *pers plerasque habet D* ‖ 234. *hoc loco A: post v.* 231 *reliqui* (234. 232 *compr B*) ‖ 237. palẽst *vel* palam est | *lac sign Ca* ‖ 239. SOCIA: Sotia ‖ 240. essaemula *vel* esse mula ‖ 245 QUOṂ: Quam ‖

Spés mea: ut me ómnium iám laborúm leuas.
PA. Óccupas praéloqui quaé me⟨a⟩ orátiost.
Núnc abire hínc decet nós. AM. Quo amabo íbimus?
PA. Lítus hoc pérsequamúr. AM. Sequor quó lubet. 250
⟨PA.⟩ Sícine hic cum úuida uéste grassábimur?
⟨AM.⟩ Hóc quod est íd necessáriumst pérpeti.
Sed quid hoc obsecros⟨t⟩? PA. †Quid? AM. Viden, amábo? 253ª
Fanum uidesne hoc? PA. Vbist? AM. Ad dexteram.
Videó decorum dís locum uidérier.
PA. Haud lónge abesse opórtet homines hínc: ita hic lepidúst locus. 255
⟨Quísquis⟩ est deus, uéneror ut nos éx hac aerumna éximat,
Míseras, inopis, aérumnosas út aliquo auxilio ádiuuet.

PTOLEMOCRATIA. PALAESTRA. AMPELISCA
SACERDOS MVLIERES II

PT. Qui súnt qui a patróna precés mea expetéssunt?
Nam uóx me precántum huc forás excitáuit.
Bonam átque obsequéntem deam átque haud grauátam 260
Patrónam exsequóntur benígnamque múltum.

---

247. leuas *vel* leuias ‖ 248. mest oratio: *add Py, trai Reizius* ‖ 251. *add Ca* | hie cum uiuo aueste: hic in umida ueste *Macrobius*: *corr Sarac* ‖ 252. *add Ca* ‖ 253. *cf. ad Pseud. 263* (*eisdem verbis terminat v. A*) | dexteram (*sic A*) *vel* dextram ‖ 256. *suppl Ca* (*lac sign libri*) | EXIGAT ‖ 257. adiuuet (*sic A*) *vel* adiuuat ‖ 259. me p̄cantum *vel* p̄cantum me ‖ 261—265. *tres v. sunt in B* (— iubemus te — unde uos [*sed* S›]) ‖

PA. Iubémus te sáluere, máter. PT. Saluéte,
Puéllae. sed únde
Vos íre cum uuidá uéste dicam, óbsecro,
Tam maéstiter uestítas? 265
PA. Ílico hinc ímus ⟨h⟩aud lóngule ex hóc loco:
Vérum longe hínc abest, únde aduectae húc sumus.
PT. Némpe e[t]quo lígneo pér uias caérul[e]as
Éstis uectae? PA. Ádmodum. PT. Ergo aéquius uós erat
Cándidatás uenire hóstiatásque: ad hoc 270
Fánum ad istúnc modum nón uenirí solet.
PA. Quaéne eiectae é mari símus ambáe, óbsecro,
Vnde nos hóstias ágere uoluísti huc?
Núnc tibi [i]ampléctimur génua egentés opum,
Quae ín locis nésciis néscia spé sumus, 275
Vt tuo récipias técto seruésque nos,
Míseriarúmque te ambárum uti mísereat,
Quibús nec locús ⟨n⟩ullus néc spes parátast,
Neque hóc ampliús [quam] quod uidé[n]s nobis quí⟨c⟩qua⟨m⟩st.
PT. Manús mihi date, éxurgite á genibus ámbae:
Miséricordiór nulla mést feminárum. 281
Sed haéc pauperés res sunt, ínopes[que], puéllae:
Égomet uix uitám colo: Venerí cibo meo séruio.
AM. Venerís fanum, obsecro, hóc est?
PT. Fateór: ego huius fáni sacérdos clueo. 285

---

264. uorsire *Nonius* | uuida (*vel* uiuda) uest edicam: *corr ex Nonio* || 265. maestiter (*sic Nonius et Priscianus*) *vel* aestiter | ueste uestitas *Nonius* || 266. aut longula || 267. abest unde aduectae huc *vel* abes bundae uectae || 268. et quo *vel* et quod | e *del Guy* || 269. At modum | suos erat *vel* uos orat || 270. *dist Ca* || 272. Que nec: *corr B* | sumus: *corr Bent* || 273. uoluisti huc: uoluisti *Charisius* || 275. in loco si nescis *Nonius* | nescias pessumus *Nonius cum Gellio* || 278. *add Spengelius* || 279. quam quot: *del Reizius* || 282. pauperes res *vel* pauperes | *del Herm* || 283. ueniri | seruiuo *vel* seruio || 284—287. *tres v. in B* (— Fateor — quicquid [*sed* Verum]) || 285. sacerdos *vel* facerdos ||

Verúm quicquid ést comitér fiet á me,
†Quo non copia ualebit.
Ite hác mecum. PA. Amíce benígneque honórem,
Matér, nostrum habes. PT. Opórtet.

ACTVS II

PISCATORES

Omníbus modis qui paúperes sunt hómines miseri uíuont,
Praesértim quibus nec quaéstus est nec dídicere artem | úllam.
Necéssitate quícquid est domi íd sat est habéndum.
Nos iám de ornatu própemodum ut locuplétes simus scítis.
Hisce hámi atque hae⟨c⟩ harúndines sunt nóbis quaestu et cúltu.
⟨Cotídie⟩ ex urbe ád mare huc prodímus pabulátum:
Pro exércitu gymnástico et palaéstrico[m] hoc habémus.
Echínos, lopadas, óstrias, balanó⟨s⟩ captamus, cónchas,
Marínam urticam, músculos, placúsias striátas.
Postíd piscatum hamátilem et saxátilem adgredímur.
Cibúm captamus é mari. si euéntus non ⟨e⟩uénit
Neque quícquam captumst píscium, salsí lautique púre
Domúm redimus clánculum, dormímus incenáti.

---

286. comiter *vel* comite(m) || 287. non *vel* n̄c̄ || 292. it || 294. His cenam i (*vel* cenam): *corr Ca* | *add Bent* | questu *vel* quest tu || 295. *suppl Ca in lac* (*cum membr. Turn.?*) || 296. palestricum || 297. ostrias *vel* hostrias || 298. plagusias: *corr Salm* || 299. hamatilem (*sic etiam Fronto*) *vel* hammattilem | adgreditur *vel* ac greditur || 300. *add Bo* ||

Atque út nunc ualide flúctuat mare, núlla nobis spés est:
Nisi quíd concharum cápsimus, [in]cenáti sumus profécto.
Nunc Vénerem hanc ueneremúr bonam, ut nos lépide adiu[u]erit hódie. 305

TRACHALIO. PISCATORES
SERVOS

TR. Animu⟨m⟩ áduorsaui sédulo, ne erum úsquam praeterírem:
Nam quóm modo exibát foras, ad pórtum se ai[e]bat íre:
Me huc óbuiam iussít sibi ueníre ad Veneris fánum.
Sed quós perconter cómmode ecco[n]s uídeo astare: adíbo.
Saluéte fures máritumi, conchítae atque hamiótae, 310
Famélica hominum nátio. quid ágitis? ut perítis?
PI. Vt píscatorem aequómst, fame sitíque speque ⟨algúque⟩.
TR. * * * * * * * * * * * Ecquem adulescéntem
Huc dum híc astatis strénua facié, rubicundum, fórtem,
Qui trés secum homines dúceret c⟨h⟩lamydátos cum machaéri[i]s, 315[a]
Vidístis †eni * * * * * * * * * * 315[b]

---

303. ut nunc *vel* nunc ‖ 304. conclarum | *del Reizius* ‖ 305. *del Bent* ‖ 306. Animo: *corr Dissaldeus* | praeterirem *vel* praeterimus ‖ 307. alebat: *del Ac* ‖ 309. eccon si *vel* ec (*vel* eo) cons | adito ‖ 312—315. *quattuor sunt v. in B* (— speque — astatis — tres) ‖ 312 sq. PI. *praem. D* | *suppl et lac duce B sign Schoe* ‖ 315[a]. *inter* tres *et* Duceret *lac: ubi* semihomines *Lamb* (*ex membr Turn.?*): *corr Mitscherlichius* | *del Sarac* ‖ 315[b]. uidisti seni: *lac sign Sey duce B* ‖

PI. Nullum ístac facie ut praédicas uenísse huc scimus. TR. Écquem
Recáluom ad Silanúm senem, statútum, uentriósum,
Tortís superciliís, contracta frónte, frauduléntum,
Deorum ódium atque hominum, málum, mali uití probrique plénum,
Qui dúceret muliérculas duas sécum satis uenústas?
PI. Cum istíus modi uirtútibus operísque natus quí si[e]t, 321
Eumquidem ád carnificemst aéquius quam ad Vénerem commeáre.
TR. At sí uidistis, dícite. PI. Huc profécto nullus uénit.
Valé. TR. Valete. crédidi: factúmst quo⟨d⟩ suspicábar:
Data uérba ero sunt: léno abit sceléstus exulátum. 325
In náuem ascendit, múlieres auéxit: hariolús sum.
Is húc erum etiam ad prándium uocáuit, sceleris sémen.
Nunc quíd mihi meliust quam ílico hic oppériar erum dum uéniat?
Eadem haéc sacerdos Véneria †siquid ampliús scit,
Si uídero, exquisíuero: faciét me certiórem. 330

AMPELISCA. TRACHALIO
MVLIER SERVOS

AM. Intéllego: hanc quae próxumast * uíllam Veneris fáno
Pulsáre iussisti átqu⟨e⟩ aquam rogáre. ⟨TR.⟩ Quoi⟨a⟩ ad aúris

---

316. PI. *praem. D* ‖ 317. at: *corr Sey duce Lamb* ‖ 321. modi *vel* modis | *del Py* ‖ 322. at: *qualia deinceps non notamus* | commeare *vel* comeare ‖ 323. TR. *et* PI. *D* ‖ 328. Nunc quid *vel* Nunquid | meliust *vel* melius | ilico *vel* illico | operiar *vel* opperiar ‖ 329. hanc ‖ 331. *lac sign Bent* ‖ 332. TR. *pro* # *Valla* ‖

Vox míhi aduolauit? AM. Óbsecro, quis hic lóquitur? [TR.] quem ego uídeo?
⟨TR.⟩ Estne Ámpelisca haec, quaé foras e fáno egreditur? AM. Éstne hic
Trachálio, quem cónspicor, calátor Plesidíppi? 335
TR. Eást. AM. Is est. Trachálio, salué. TR. Salue, Ampelísca:
Quid agís tu? ⟨AM.⟩ Aetatem haúd malam male. TR. Mélius ominére.
⟨AM.⟩ Verum ómnes sapientés decet conférre et fabulári.
Sed Plésidippus túos erus ubi amábost? TR. Heia uéro, 339
Quasi nón sit intus. AM. Néque pol est neque húc quidem ullus uénit.
TR. Non uénit? AM. Vera praédicas. TR. Non ést meum, Ampelísca.
Sed quám mox coctumst prándium? AM. Quod prándium, obsecró te?
TR. Nempe rém diuinam fácitis hic. AM. Quid sómnias, amábo?
TR. Certe húc Labrax ad prándium uocáuit Plesidíppum,
Erúm meum erus uostér. AM. Pol haud miránda facta dícis: 345
Si deós decepit ét homines, lenónum more fécit.
TR. Non rém diuinam fácitis hic uos néque erus? AM. Harioláre.
TR. Quid tu ágis hic igitur? AM. Éx malis multís metuque súmmo

---

333. AM. *et* TR. *D*: *del Ca* ‖ 334. *add Ca* | ħ quae *vel* quae: *corr Py* ‖ 336. *pers habet D* ‖ 337. *add Ca* | haud malam *vel* haut mala | AM. *D*: *corr Ca* ‖ 338. *add Ca* ‖ 339—381. *pers plerasque habet D* ‖ 339. plenidippus | Hela: *corr D* ‖ 343. hic *vel* hic hic ‖ 344. plesidippum uocauit ad prandium (*vel* ad prandium uocauit): *trai Reizius* ‖ 348. hic igitur *vel* igitur ‖

Capitálique ex períc⟨u⟩lo orbas aúxilique opúmque huc
Recépit ad se Véneria haec sacérdos me et Palaéstram. 350
TR. An híc Palaestrast, óbsecro, erí mei ameica? AM. Cérto.
TR. Inést lepos in núntio tuo mágnus, mea Ampelísca.
Sed istúc periclum pérlubet quod fúerit uobis scíre.
AM. Confráctast, mi Trachálio, hac nócte nauis nóbis.
TR. Quid, náuis? quae istaec fábulast? AM. Non aúdiuisti, amábo, 355
Quo pácto leno clánculum nos híne auferre uóluit
In Síciliam et quicquíd domi fuit ín nauem inpos⟨í⟩uit?
Ea núnc perierunt ómnia. TR. Oh, Neptúne lepide, sálue:
Nec te áleator núllus est sapiéntior. profécto
Nimis lépide iecistí bolum: periúrum perdidísti. 360
Sed núnc ubist lenó Labrax? AM. Per⟨i⟩ít potando, opínor:
Neptúnus magnis póculis hac nócte eum inuitáuit.
⟨TR.⟩ Credo hércle anancaeó datum quod bíberet. [TR.] ut ego amó te,
Mea Ámpelisca: ut dúlcis es: ut múlsa dicta dícis.
Sed tu ét Palaestra quó modo saluae éstis? AM. Scibis fáxo. 365
⟨De⟩ náui[s] timidae ambae ín scapham insilúimus, quia uidémus
Ad sáxa nauem férrier: properáns exsolui réstim,

---

350. Recipit ‖ 351. palestrast *vel* palestra sit ‖ 357. *add Ca* ‖ 358. oh *vel* Ioh ‖ 360. iecisti *vel* lecisti | periurum *vel* peiurum ‖ 362. Neptunus *vel* Neptuneus ‖ 363. *add et del Carpentarius* | hercle *vel* herche | an ancaeo *vel* anan eo: *corr Ca* ‖ 365. Scitu *vel* Scita: *corr C* ‖ 366. *add Fl* | *del Py* | scapham *vel* sĕpham ‖ 367 sq. exsolui *vel* exsoluisti | restim *vel* restem | *dist Reizius* ‖

Dum illí timent. nos cúm scapha tempéstas dextro-
uórsum
Differt ab illis. ítaque nos uentísque fluctibúsque
Iactátae exemplis plúrumis miseraé perpetuam nó-
ctem: 370
Vix hódie ad litus pértulit nos uéntus exanimátas. 372
TR. Nouí, Neptunus íta solet: quamuís fastidiósus
Aedílis est: siquae ínprobae sunt mérces, iactat ómnis.
AM. Vae cápiti atque aetatí tuae. TR. †Tuó, mea
Ampelísca. 375
Sciuí lenonem fácere | hoc quod fécit: saepe díxi.
Capíllum promittam óptumumst occípiamque hario-
lári.
AM. Cauístis ergo tu átque erus ne abíret, quom
scibátis?
TR. Quid fáceret? AM. Si amabát, rogas quid fáce-
ret? adseruáret
Dies nóctesque: in custódia esset sémper. uerum
ecástor 380
Vt múlti fecit, íta probe curáuit Plesidíppus.
TR. Cur tu ístuc dicis? AM. Rés palamst. TR. Scin tu?
étiam qui it lauátum
In bálineas, quom ibi sédulo sua uéstimenta séruat,
Tamen súrripiuntur: quíppe qui quem illórum ob-
seruat fálsust:
Fur fácile quem obseruát uidet, custós qui fur sit
néscit. 385
Sed dúce me ad illam, ubíst. AM. I sane in Véneris
fanum huc íntro:
Sedéntem flentemque ópprimes. TR. Vt iam ístuc
mihi moléstu⟨m⟩st.
Sed quíd flet? AM. Ego dicám tibi: hoc sése ex-
cruciat ánimi,

---

372. nos uentus *vel* uentus ‖ 373. quamuis *vel* quauista ‖ 377. incipiantque aliolari *Nonius* ‖ 378. *dist Py* ‖ 379. at (*vel* aut) seruaret: *corr Ca* ‖ 382. *dist Py* ‖ 383. cum ibi *vel* ibi cum ‖ 384. obseruat *vel* obseruet ‖ 386. *dist Mue* ‖

Quia léno ademit cístulam ei, quam habébat ubique habébat
Qui suós parentis nóscere possét: eam uerétur 390
Ne périerit. TR. Vbinam éa fuit cistéllula? AM. Ibidem in náui:
Conclúsit ipse in uídulum, ne cópia esset éi[us]
Qui suós parentes nósceret. TR. O fácinus inpudícum,
Quam líberam esse opórteat, seruíre postuláre.
AM. Nunc eúm cum naui scílicet abísse pessum in áltum. 395
Et aúrum et argentúm fuit lenónis omne ibídem.
⟨TR.⟩ Credo áliquem inmersisse átque eum excepísse. ⟨AM.⟩ Id misera maéstast,
Sibi eórum euenisse ínopiam. TR. Iam istóc magis usus fáctost,
Vt eam íntro consolérque eam, ne síc se excruciet ánimi.
Nam múlta praeter spém scio multís bona euenísse.
AM. At ego étiam, qui speráuerint spem décepisse múltos. 401
TR. Ergo ánimus aequos óptumumst aerúmnae condiméntum.
Ego eo íntro, nisi quid uís. AM. Eas. ego quód mihi imperáuit
Sacérdos id faciam átque aquam hinc de próxumo rogábo.
Nam ex⟨t⟩émplo, si[ue] uerbís suis peterém, daturos díxit 405
Neque dígniorem cénseo uidísse anum me quémquam,
Quoi deós atque homines cénseam bene fácere magis decére.

---

390. Quis (*vel* Qui) uos ‖ 392. copia *vel* opia | *del Luchsius* ‖ 395. eam: *corr Bent* | abisse *vel* abiisse ‖ 396. lenonis omne *vel* lenonis ‖ 397. *pers pro* # *Ca et Bo* ‖ 398. euenisse *vel* uenisse ‖ 399. Ne eam: *corr Ca* | se sic: *trai Guy* ‖

Vt lépide, ut liberáliter, ut honéste atque haud grauáte
Timidás, egenteis, úuidas, eiéctas, exanimátas
Accépit ad sese, haúd secus quam si éx se simus nátae. 410
Vt eápse †succincta aquam calefáctat, ut lauémus.
Nunc, né mora⟨e⟩ illi sím, petam hinc aquam únde mi imperáuit.
Heus, écquis in uillast? écquis hoc reclúdit? ecquis pródit?

SCEPARNIO. AMPELISCA
SERVOS MVLIER

SC. Quís est qui nostris tám proterue fóribus facit iniúriam?
AM. Égo sum. SC. Hem, quid hoc boníst? eu, edepol spécie lepida múlier⟨em⟩. 415
AM. Sálue, adulescens. SC. Ét tu multum sálueto, adulescéntula.
AM. Ád uos uenio. SC. Accípiam hospitio, sí mox uenies ⟨uésperi,⟩
Ítem ut adfectam: nám nunc nil est quí te †mane m⟨ulierem.⟩ 418
Séd quid ais, meá lepida, hilara? AM. Ah, nímium familiáriter 420
Me áttrectas. SC. Pro di ímmortales, Véneris effigia haéc quidemst.
Vt in ocellis hílaritudost: héia, corpus quoíus modi:

---

410. Accipit ‖ 411. ea spe ‖ 412. *add Ca* ‖ 413. recludit ecquis *vel* recludite quis ‖ 414. AM. *praem D* ‖ 415. SC. *praem D* | *add Dousa* ‖ 416. AM. *et* SC. *D* ‖ 417. ueni is *cum lac vel* uenis (uenies uesperi *Lamb* [*ex membr. Turn.?*]) ‖ 418. inanem *vel* manem *cum lac* (mane mulierem *Lamb* [*ex membr. Turn.?*]) ‖ 420. nimium *vel* animum ‖ 421. attrectas *vel* adtractas | SC. *D* ‖

Súbuolturium — illúd quidem 'subáquilum' uolui dícere.
Vél papillae quoíus modi: tum quae índoles in sáuiost.
AM. Nón ego sum pollúcta pago: pótin ut me abstineás manum? 425
SC. Nón licet †te sic placide béllam belle tángere?
AM. Ótium ubi erit, túm tibi operam lúdo et deliciaé dabo. 429
Núnc, quam ob rem huc sum míssa, amabo uél tu mi aias uél neges. 430
SC. Quíd nunc uis? AM. Sapiénti ornatus quíd uelim indiciúm facit.
SC. Méus quoque hic sapiénti ornatus quíd uelim indiciúm facit.
AM. Haéc sacerdos Véneris hinc me pétere aquam †iussit a uobis. 433
SC. Át ego basilicús sum: quem nisi óras, guttam nón feres. 435
Nóstro illum puteúm peric[u]lo et férramentis fódimus:
Nísi multis blandítiis a me gútta non ferrí potest.
AM. Cúr tu aquam grauáre, amabo, quam hóstis hosti cómmodat? 438
SC. Cúr tu operam grauáre mihi, quam cíuis ciui cómmodat? 440
AM. Ímmo etiam tibi, méa uoluptas, quaé uoles faciam ómnia.
SC. Eúgepae, saluós sum: haec iam me suám uoluptatém uocat.
Dábitur tibi aqua, né nequiquam mé ames. cedo mi urnám. ⟨AM.⟩ Cape:

---

424. sauio est *vel* salost ‖ 425. AM. *D* ‖ 430. mi (*vel* mihi) alas ‖ 433. Haec *vel* Hic ‖ 435. SC. *D* | bassilicus *vel* basiliscus *vel* basilicus ‖ 436. Nos pro | *del Guy* ‖ 440. commodat *vel* commdat ‖ 443. me ames *vel* meams ‖

Própera amabo efférre. SC. Manta: iam híc ero, uoluptás mea. 444
AM. Quíd sacerdotí me dicam hic démoratum tám diu? 447
Vt etiam nunc mísera timeo, ubi óculis intueór mare. 449
Sed quíd ego misera uídeo procul in lítore?
Meum erúm lenonem Síciliensemque hóspitem,
Quos périisse ambos mísera censebam ín mari.
Iam illúd mali plus nóbis uiuit quám ratae.
Sed quíd ego cesso fúgere in fanum ac dícere haec
Palaéstrae, †in aram ut confugiamus prius quam huc 455
Sceléstus leno uéniat nosque hic ópprimat?
Confúgiam hu[i]c: ita res súppetit subit⟨o⟩ * *

SCEPARNIO
SERVOS

Pro di ímmortales, ín aqua numquam crédidi
Voluptátem inesse tántam: ut hanc traxí lubens.
Nimió minus altus púteus uisust quám prius. 460
Vt síne labore hanc éxtraxi: praefí[ci]scine,
Satin néquam sum, utp[r]ote qui hódie amare incéperim?
Em tíbi aquam, mea tu bélliata: em síc uolo
Te férre honeste, ut égo fero: ut placeás mihi.

---

447. me *vel* meo | demoratam: *corr Mue* || 450. uideo procul *vel* procul uideo || 451. siciliensemque *vel* sicillensemque || 453. plus mali: *trai Ca* || 455. confugiamus *vel* cum fugiamus || 457. ita res *vel* res ita | *lac sign Ca* | *post hunc v. habet B v. 466 sq. iteratos, sed subductos* || 461. *del Ca* || 462. Satis: *corr Bo* | *del Ca* | inceperim amare: *trai Py* || 463. Em *vel* Hem (*bis*) || 464. fero *vel* ferro ||

Sed úbi tu's, delicáta? cape aquam hanc sís. ubi's?
Amat hércle me, ut ego opínor: delituít mala. 466
Vbi tú's? etiamne hanc úrnam accepturá's? ubi's?
Commódule †melius. tándem uero sério.
Etiam ácceptura's úrnam hanc? ubi tu's géntium?
Nusquam hércle equidem illam uídeo: ludos mé facit. 470
Adpónam hercle urnam iám ego hanc in mediá uia
Sed aútem quid si hanc hínc abstulerit quíspiam
Sacram úrnam Veneris? mi éxhibeat negótium.
Metuo hércle ne illa múlier mi insidiás locet,
Vt cómprehendar cúm sacra urna Véneria. 475
Nempe óptumo ⟨me⟩ iúre in uinclis énicet
Magistrátus, siquis me hánc habere uíderit.
Nam haec lítteratast: eápse cantat quóia sit.
Iam hercle éuocabo hinc hánc sacerdotém foras,
Vt hánc accipiat úrnam. accedam huc ád fores. 480
Heus ⟨éx⟩i, Ptolemocrátia, cape hanc urnám tibi:
Muliércula hanc nescíoquae huc ad me détulit.
Intró ferundast. répperi negótium,
Siquidem hís mihi ultro | ádgerunda etiámst aqua

LABRAX. CHARMIDES
LENO PARASITVS

LA. †Qui homo sese míserum et mendicúm uolet,
Neptúno credat sése atque aetatém suam: 486
Nam síquis cum eo quíd rei commíscuit,
Ad hóc exemplum amíttit ornatúm domum.

---

465. tu es *vel* es | sis *vel* si ‖ 467. tu es *vel* tu est | anc *vel* hanc | accepturas *vel* acceptura ‖ 470 sq. equidem — hercle *om CD* ‖ 476. optimo *vel* obtimo | *add Ca* ‖ 477. Magistratus *vel* Magistra ius ‖ 478. litterat est eapse *vel* litteratas abse ‖ 481. (H)eus#si *vel* Eu si: *corr Sey* | ptolemo (*vel* ptolemeo) gratia: *corr Ca* ‖ 483. Inpro ‖

Edepól, Libertas, lépida's, quae numquám pedem
Voluísti in nauem cum Hérc⟨u⟩le una impónere. 490
Sed úbi ille meus est hóspes qui me pérdidit?
Atque éccum incedit. CH. Quó malum properás, Labrax?
Nam equidém te nequeo cónsequi tam strénue.
LA. Vtinám te prius quam | óculis uidissém meis
Maló cruciatu in Sícilia[m] perbíteres, 495
Quem própter hoc mihi óptigit miseró mali.
⟨CH.⟩ Vtinám quom in aedis me ád te adduxisti * *
In cárcere illo pótius cubuissém die:
Deosque ímmortalis quaéso, dum uiuás, uti
Omnés tui similes hóspites habeás tibi. 500
⟨LA.⟩ Malám Fortunam in aédis te adduxí meas.
Quid míhi scelesto tíbi erat auscultátio?
Quidue hínc abit⟨i⟩o? quídue in nauem inscénsio?
Vbi pérdidi etiam plús boni quam míhi fuit.
CH. Pol mínume miror, náuis si fractást ⟨t⟩ibi, 505
Scelus te ét sceleste párta quae uexít bona.
LA. Pessúm dedisti mé blandimentís tuis.
⟨CH.⟩ Sceléstiorem cénam cenauí tuam
Quam quaé Thyestae †quondam antepositast et Téreo.
⟨LA.⟩ Peri⟨i⟩, ánimo male fit. cóntine quaesó caput.
CH. Pulmóneum edepol nímis uelim uomitúm uomas. 511
LA. Eheú, Palaestra atque Ámpelisca, ubi éstis nunc?
CH. Piscíbus in alto crédo praebent pábulum.
LA. Mendícitatem mi óptulisti operá tua,
Dum tuís ausculto mágnidicis mendáciis. 515
CH. Bonámst quod habeas grátiam meritó mihi,
Qui te éx insulso sálsum feci operá mea.

---

490. *add Ca* | una *vel* unam ‖ 492. CH. *D* ‖ 494. LA. *D* ‖ 495. *del Ca* ‖ 496. optigit *vel* optigi ‖ 497. *add Ca* | *lac sign Sarac* ‖ 498. carcere *vel* carcare ‖ 500. lui ‖ 501. *add Ca* ‖ 502. erat *vel* erit ‖ 508. *add Py* ‖ 510. LA. *add Py* ‖ 512. amplisca: *corr D* ‖

LA. Quin tu híne eis a me in máxumam malám crucem?
CH. Eás: easque rés agebam cómmodum.
LA. Eheú, quis uiuit mé mortalis míserior? 520
CH. Ego múlto tanto míserior quam tú, Labrax.
LA. Qui? CH. Quía ego indignus súm, tu dignus quí sies.
LA. O scírpe, scirpe, laúdo fortunás tuas,
Qui sémper seruas glóriam aritúdinis.
⟨CH.⟩ Equidém me ad uelitátionem exérceo: 525
Nam omnía corusca praé tremore fábulor.
LA. Edepól, Neptune, es bálineator frígidus:
Cum uéstimentis póstquam aps te abii, álgeo.
Ne thérmipoliúm quidem ullum | ínstruit:
Ita sálsam praehibet pótionem et frígidam. 530
⟨CH.⟩ Vt fórtunati súnt fabri ferrárii,
Qui apúd carbones ádsident: sempér calent.
LA. Vtinám fortuna núnc anetina | úterer,
†Vt, quom exissem ex aqua, arerém tamen.
CH. Quid, si áliquo ad ludos mé pro manducó locem? 535
LA. Quaprópter? CH. Quia pol cláre crepito déntibus.
†Iure optumo me lauisse árbitror.
LA. Qui? CH. Quí | auderem técum in nauem ascéndere,
Qui a fúndamento mi úsque mouistí mare?

519—523. *pers habet D* ‖ 519. EASEASQ·: Das easque ‖ 520. miserior (*sic A*) *vel* miserrior ‖ 521. tanta (*etiam A*): *corr B* ‖ 524. gloriam aritudinis (*sic A*) *vel* gloria amaritudinis ‖ 525. *add Ca* | meatuelitationem (me at uelitatione *membr. Turn.*): MEADUELITATONEM ‖ 526. PRAETEREMORE ‖ 527. CH. *D*: *corr Ca* | BALINEATOR: balneator ‖ 528. QUOM | APSTE: abs te *vel* ate | ABII: abi ‖ 529. THERMIPOLIUM: thermopolium ‖ 530. PRAEHIBET: praebet ‖ 531. *add Ca* ‖ 533 sq. LA. *D* | ANITINA: anetina | fortunam nunc anutinam terent cum (*et* aqua rerem) *Nonius* ‖ 535 sq. aliquo *et* quia *om Paulus* ‖ 537. *sic etiam A* ‖ 538. QUIAUDEREM: quia auderem ‖ 539. MI: mihi ‖

LA. Tibi aúscultaui: tú promittebás mihi 540
Illi ésse quaestum máxumum meretrícibus:
Ibi mé conruere pósse aiebas dí[ui]tias.
CH. Iam póstulabas te, ínpurata bélua,
Totám Siciliam déuoraturum ínsulam.
LA. Quaenám ballaena meúm uorauit uídulum, 545
Aurum átque argentum ubi ómne conpactúm fuit?
CH. Eadem ílla credo quaé meum marsúppium,
Quod plénum argenti fúit in saccipério.
LA. Eheú, redactus sum úsque ad unam hanc túniculam
Et ad hóc misellum pállium: perii óppido. 550
CH. Vel cónsociare míhi quidem tecúm licet:
Aequás habemus pártes. LA. Saltem sí mihi
Muliérculae essent sáluae, spes aliquaé forent.
Nunc sí me adulescens Plésidippus uíderit,
Quo ab árrabonem pró Palaestra accéperam, 555
Iam is éxhibebit híc mihi negótium.
CH. Quid, stúlte, ploras? tíbi quidem edepol cópiast,
Dum língua uiuet, quí rem soluas ómnibus.

SCEPARNIO. LABRAX. CHARMIDES
SERVOS LENO PARASITVS

SC. Quíd illuc opsecró negotist, quód duae muliérculae
Híc in fano Véneris signum fléntes amplexaé tenent 560

---

540. Tibi (*sic A*) *vel* Tibi aut ‖ 541. ILLI: Illic ‖ 542. AIEBAS: alebas | *del Pareus* ‖ 543. belua (*sic A*) *vel* bellula ‖ 544. SICELIAM | deuortaturum: *corr* B^2 *cum A* ‖ 545. BALLAENA: ballena *vel* bellana ‖ 546. omne (*sic A*) *vel* omnem ‖ 547. marsuppium (*sic A*) *vel* marsippium ‖ 549. unam hanc (*sic A*) *vel* hanc unam | TUĹNICULAM ‖ 550. pallium (*sic A*) *vel* palbum ‖ 551. CONSOCIARE: consciare ‖ 555. QUOAB: A quo | ARRABONE ‖ 556. ISEXIBEBIT: sexhibebit *vel* se exhibebit | *post* NEGOTIUM *dubium vix est quin aliquid scriptum fuerit* ‖ 559. ILLUCOPSECRONEGOTI: illuc est (*vel* est illuc) obsecro negotii: *trai Fl* ‖

Néscioquem metuéntes miserae? nócte hac aiunt próxuma
Sé iactatas átque eiectas hódie esse aiunt é mari.
LA. Ópsecro hercle, aduléscens, ubi istaec súnt quas memoras múlieres?
SC. Híc in fano Véneris. LA. Quot sunt? SC. Tótidem quot ego et tú sumus.
LA. Némpe meae? SC. Nempe néscio istuc. LA. Quá sunt facie? SC. Scítula:
Vél ego amare utrámuis possum, sí probe adpotús siem. 566
LA. Némpe puellae? SC. Némpe molestus és: i, ueisse, sí lubet.
LA. Meás oportet íntus esse hic múlieres, mi Chármides.
CH. Iúppiter te pérdat, et si súnt et si non súnt tamen.
LA. Íntro rumpam iam húc in Veneris fánum. CH. In barathrum máuelim. 570
Ópsecro, hospes, dá mihi aliquid úbi condormiscám loci.
SC. Ístic ubi uis cóndormisce: némo prohibet, púplicumst.
CH. Át uides me, ornátus ut sim uéstimentis úuidis.
Récipe me in tectúm, da mihi uestímenti aliquid áridi,
Dum árescunt mea: ín aliquo tibi grátiam referám loco. 575
SC. Tégillum e⟨c⟩cillúd, mihi unum id áret: id si uís, dabo.

---

561. AIUNT: nunc *vel* non ‖ 562. EIE(CT)AS: iectas ‖ 563. ISTAESUNT ‖ 564. quod ego (*sic A*) *vel* quot ego ‖ 565. *dist Bo* ‖ 566. ADPOTUS: at potus *vel* at potuis | siem (*sic A*) *vel* sim ‖ 567. Nempe puellae (*vel* pulle): NEPUELLAE | ESIUEISSE: est uise ‖ 568. intus esse (*sic A*) *vel* esse intus esse | MI: me ‖ 570. baratrum (*sic A*) *vel* barathrum ‖ 571. ubi condormiscam loci (*sic A*) *vel* loci ubi condormiscam ‖ 572. PUPL(IC)UMEST: publicum est ‖ 573. MEUTORNATUSSIM ‖ 574. uesti aliquid: ALIQUIDUESTIMENTI ‖ 575. REFERAMLOCO: referam ‖ 576. TEGILLUMECILLUMMIHIUNUMIDARETID: Tigillum ec (*vel* eo) illud mihi unum aretit (tegillum mihi aret id *Paulus*) ‖

Eódem amictus, eódem tectus ésse soleo, sí plu[u]it.
Tu ístaec mihi dato: éxarescent fáxo. CH. Eho, an te paénitet,
Ín mari quod élaui, ni híc in terra iterum éluam?
SC. Éluas tu an éxunguare, cíccum non intérduim. 580
Tíbi ego numquam quícquam credam nísi si accepto pígnore.
Tú uel suda uél peri algu uél tu aegrota uél uale.
Bárbarum hospitém mihi in aedeis níl moror: sat lítiumst.
CH. Iámne abeis? uenális illic dúctitauit quísquis est:
Nón est misericórs. sed quid ego hic ásto infelix úuidus? 585
Quín abeo hinc in Véneris fanum, ut édormiscam hanc crápulam,
Quám potaui praéter animi quám lubuit senténtiam?
Quási uinis Graecís Neptunus nóbis suffudít mare,
Ítaque aluom prodí sperauit nóbis salsis póculis.
Quíd opust uerbis? si ínuitare nós paulisper pérgeret, 590
Íbidem obdormissémus: nunc uix uíuos amisít domum.
Núnc lenonem quíd agit intus uísam, conuiuám meum.

---

577. si pluuit: U—— || 579. elaui ne (*sic A*) *vel* delauine: elaui nisi *membr. Turn.* | interra iterum (*sic A*) *vel* in terra || 580. tu an (*vel* tua ne) exungare: ——UARE | INTERDUIM: interdum || 581. quicquam credam (*sic A*) *vel* credam quicquam | nisi si: NISI || 582. uel etiam aegrota *Priscianus* || 584. UENALISIILLIC: uenalis uenalis illic || 586. HUCIN || 589. salsis *vel* falsis || 590. nos *vel* nobis ||

ACTVS III

DAEMONES
SENEX

Meirís modis di lúdos faciunt hóminibus:
[Mirísque exemplis ⟨s⟩ómnia in somnís danunt.]
Ne dórmientis quídem sinunt quiéscere. 595
Velút ego hac nocte quaé processit próxuma
Mirum átque inscitum sómniaui sómnium.
Ad hirúndininum nídum uisast símia
Ascénsionem ut fáceret admolírier: 599ᵃ
* * * * * * * * * * *
Neque eás eripere quíbat inde. póstibi 600
Vidétur ad me símia adgredírier,
Rogáre scalas út darem utendás sibi.
Ego ad hóc exemplum símiae respóndeo 603ᵃ
* * * * * * * * * * *
Natás ex Philomela át[que ex Progne]⟨tica⟩ esse hirúndines.
Ago cum ílla, nequid nóceat meis populáribus. 605
Atque ílla [a]nim⟨i⟩o iám fieri ferócior:
Vidétur ultro míhi malum minitárier.
In iús uocat me |. íbi ego nescioquó modo
Irátus uideor médiam arripere símiam:
Conclúdo in uincla béstiam nequíssumam. 610
Nun⟨c⟩ quam ád rem dicam hoc áttinere sómnium,

---

593. M(EI)RISMO(DIS): modis *post lac* (*suppl D ex Merc. 225*) || 594. *secl Ri* (*cf. Merc. 226*) | Mirisque *vel* Virisque: (M)IRIS— | omnia *vel* Nam omnia: *corr Ca* || 598. uisa est mihi simia *Priscianus* || 599ᵃ. Ascensionem (*sic A*) *vel* Adcensionem | adoririer *Priscianus* || 599ᵇ. UT——NIBUSRU**SIT——: *om reliqui* || 601. UIDETUR: Videbatur || 603ᵇ. *uno v. auctior fuit A* || 604. *del et add Schoe* (*in A v. brevior fuit quam in BCD*) || 606 sq. *del et add Ac* | *dist Ca* || 611. Nunquam *vel* Numquam ||

Numquam hódie quiui ad cóiecturam euádere.
Sed quíd hic in Veneris fáno meae uicíniae
Clamóris oritur? ánimus mirat⟨úr meus⟩.

TRACHALIO. DAEMONES
SERVOS SENEX

TR. Pró Cyrenensés populares, uóstram ego imploró fidem, 615
Ágricolae, accolaé propinqui qui éstis his regiónibus,
Férte opem inopiae átque exemplum péssumum pessúm date.
Víndicate, ne ímpiorum pótior sit polléntia
Quam ínnocentum, quí se scelere fíeri nolunt nóbiles.
Státuite exemplum ímpudenti, dáte pudori praémium:
Fácite hic lege pótius liceat quám ui uicto uíuere. 621
Cúrrite huc in Véneris fanum, uóstram iterum imploró fidem,
Quí prope hic adéstis quique audítis clamorém meum.
Férte suppetiás qui Veneri Véneriaeque antístitae
Móre antiquo in cústod⟨e⟩lam suóm commiserúnt caput.
Praétorquete iniúriae prius cóllum quam ad uos péruen[i]at. 626
DAE. Quíd istuc est negóti? TR. Per ego haec génua te optestór, senex,
Quísquis es — DAE. Quin tu érgo omitte génua et quid sit mi éxpedi,
⟨Quód tu⟩multués. TR. teque oro et quaéso, si sperás tibi

---

612. col ecturam *vel* coniecturam ‖ 613. fano meae uiciniae *membr. Turn.*: fanom *vel* fano ‖ 614. *suppl Ca* ‖ 616. *dist Fl* ‖ 618. ineptorum *et* polentia *Nonius* ‖ 624. antistitae *vel* antistae ‖ 625. custodiam: *corr Gru* ‖ 626. *del Guy* ‖ 627—641. *pers habent CD* ‖ 628. expedi *vel* expeti ‖ 629. multues (*vel* tues) *cum lac*: *suppl Lamb et Ca* ‖

Hóc anno multúm futurum sírpe et lasserpícium 630
Eámque euenturam éxagogam Cápuam saluam et sóspitem,
Átque ab lippitúdine usque síccitas ut sít tibi —
DAE. Sánun es? TR. seu tíbi confidis fóre multam magúdarim,
Vt te ne pigeát dare operam míhi quod te orabó, senex.
DAE. Át ego te per crúra et talos térgumque obtestór tuom, 635
Vt tibi ulmeam úberem esse spéras uirgidémiam
Ét tibi euentúram hoc anno úberem messém mali,
Vt mihi istuc dicás negoti quíd sit, quod tumúltues.
TR. Quí lubet maledícere? equidem tíbi bona [ex]optaui ómnia.
DAE. Béne equidem tibi díco, qui te dígna ut eueniánt precor. 640
TR. Óbsecro, hoc ⟨p⟩r⟨a⟩euórtere ergo. ⟨DAE.⟩ Quíd negotist? TR. Múlieres
Duae ínnocentes íntus hic sunt, tui índigentes aúxili,
Quíbus aduorsum iús legesque ínsignite iniúria hic
Fáctast fitque in Véneris fano. túm sacerdos Véneria
Índigne adflictátur. DAE. Quis homost tánta confidéntia, 645
Quí sacerdotem aúdeat uioláre? sed eae múlieres
Quaé sunt? aut quid [i]ís iniqui fít? TR. Si das operam, éloquar.
Véneris signum súnt amplexae: núnc ⟨homo audacíssumus⟩
Eás deripere uólt. eas ambas ésse oportet ⟨líberas⟩.

---

630. hoc *praemissa lac* | lasserpicium *vel* laserpicium ‖ 633. magudarim (*sic Priscianus*) *vel* magidarim: magadurim *Probus* ‖ 636. uimeam | uberem *vel* ubi rẽ | speres: *corr Ac* ‖ 637. euenturam hoc anno *vel* hoc anno euenturam ‖ 639. *del Guy* ‖ 641. reuortere: *corr Turn* (*ex membr.?*) | DAE. *add Gronovius* ‖ 645—651. *pers habet D* ‖ 646. uiolare audeat: *trai Py* ‖ 648. *suppl Lamb* (*ex membr. Turn.?*) ‖ 649. *suppl Ca* ‖

DAE. Quís istic est qui deós tam parui péndit? ⟨paucis éxpedi⟩. 650
TR. Fraúdis, sceleris, párricidi, périuri plenís⟨sumus⟩,
Légirupa, impudéns, inpurus, ínuerecundíssumus:
Vno uerbo absóluam, lenost: quíd illum porro praédicem?
DAE. Édepol infortúnio hominem praédicas donábilem.
TR. Quí sacerdotí scelestus faúcis interprésserit. 655
DAE. Át malo cum magnó suo fecit hércle |. ite istínc foras,
Túrbalio, Sparáx: ubi estis? TR. I óbsecro intro, súbueni
Íllis. DAE. Iterum haud ímperabo. séquimini hac. TR. Age núnciam,
Iúbe oculos elídere, itidem ut sépiis faciúnt coqui.
DAE. Próripite hominem pédibus huc itidém quasi occisám suem. 660
TR. Aúdio tumúltum: opinor, léno pugnis péctitur.
Nímis uelim improbíssumo homini málas edentáuerint.
Séd ecca⟨s⟩ ipsae huc égrediuntur tímidae †aefandae mulieres.

PALAESTRA. AMPELISCA. TRACHALIO
MVLIERES II SERVOS

PA. Núnc id est quom ómnium cópiarum átque opum,
Aúxili, praésidi uíduitas nós tenet. 665
* * * * cuiast quaé salutem áfferat,
* * * * * ártem ingredí persequámur.

---

650. *suppl Lamb* (*ex membr. Turn.?*) || 651. plenis *vel* plenus: *suppl Ca* || 658. haud *vel* aut || 659. idem *Nonius* | sepiis *vel* sepius (saepius *Nonius*) || 660. Proripite *vel* Porrigite || 661. pectitur *vel* plectitur || 662. improuissimo || 663. ecce: *corr Bent* | ipsae huc *vel* ipsae || 666—671. *lac sign libri* || 666. se nec uiast *Lamb* (*ex membr. Turn.?*) || 667. artem *vel* rtem ||

* * * * * ⟨AM.⟩ In metú nunc sumus ámbae:
⟨Tánta⟩ inportúnitas tántaque iniúria
⟨Fácta in⟩ nos ést modo hic íntus ab nóstro ero. 670
⟨Quín⟩ scelestús sacerdótem anum praécipes
Réppulit, própulit pérquam indignís modis
Nósque ab signo íntumo uí deripuít sua.
Sed núnc se[se] ut ferúnt res fortúnaeque nóstrae,
Par ⟨nó⟩s est moríri 675[a]
Neque ést melius morte ín malis rebús, miseriis. 675[b]
TR. Quid ést? quae illaec orátiost?
Césso ego has cónsolari? heús, Palaestra. PA. Quí uocat?
TR. Ámpelisca. PA. Óbsecro, ⊿ quis est quí uocat?
AM. Quís is est qui nóminat? TR. Sí respexís, scies. 678[b]
PA. Ó salutís meae spés. TR. Tace ac bóno animo's:
Mé uide. PA. Sí modo id líceat, uis ne ópprimat.
Quaé uis uim mi áfferam ipsa ádigit. TR. Ah désine: 681[a]
Nímis inepta's. 681[b]
PA. Desíste dictis núnciam miserám me consolári.
AM. Nisi quíd re praesidi[um] ápparas, Trachálio, acta haec rés est.
⟨PA.⟩ Certúmst moreirei quam húnc pati ⏑ ⊿ ⏑ lenonem ín me.
Sed múliebri animo súm tamen: miseraé ⟨quom uenit⟩ in méntem 685

---

668. *add Schoe* (In *B*) ‖ 669. *suppl Valla* ‖ 670. *suppl Py* ‖ 671. *add Turn* (*e membr.?*) | scelestus *vel* scelestu ‖ 673. ui deripuit *vel* uideri potuit ‖ 674. *del Guy* ‖ 675—676. *duo sunt v.* (— malis) ‖ 675. *add Schoe* | mei (*vel* meis) seriis: *corr B, ut vid* ‖ 676 sq. *pers habet D* ‖ 677. consulari ‖ 678[a]. *lac sign Sey* ‖ 678[b]. TR. *D* | respexes ‖ 681. *unus v. est: discr Bo* ‖ 682. AM. *D* | dictus: *corr Py* | consulari ‖ 683. *del Fl* ‖ 684—687. *lac sign libri* ‖ 684. *add Fl* | Certunst moreirei *vel* Certumst morire ‖ 685. *suppl Fl et Ca in lac* ‖

Mihi mórtis, metus membra óccupat. edepól [TR.]
* hunc acerbum.
⟨TR.⟩ Bonum ánimum habete. PA. Nam óbsecro
unde ⟨áni⟩mus mihi inuenítur?
⟨TR.⟩ Ne, inquám, timete: adsídite hic in ára. AM.
Quid ista⟨ec⟩ ára
Prodésse nobis ⟨plús⟩ potest quam sígnum in fano
hic íntus
Venerís, quod amplexaé modo, unde abréptae per
uim míserae? 690
TR. Sedéte hic modo: ego hinc uós tamen tutábor.
aram habéte hanc
Vobís pro castris: moénia ⟨haec⟩: hinc égo uos de-
fensábo.
Praesídio Veneris málitiae lenónis contra incédam.
AM. Tibi aúscultamus ét, Venus alma, ámbae te
obsecrámus
Aram ámplexantes hánc tuam lacrumántes, genibus
níxae, 695
In cústod⟨e⟩lam nós tuam ut recípias et tutére:
Illós scelestos, quí tuom fecérunt fanum párui,
Fac ut úlciscare nósque ut hanc tua páce aram
obsidére
Patiáre: lautae ambaé sumus operá Neptunei nóctu:
Ne ⟨inuísas⟩ habeas néue idcirco nóbis uitio uórtas,
Si quíppiamst minus quód bene esse laú⟨tum⟩ tu
arbitráre. 701
TR. Vt aéquom has petere intéllego, decet ábs te
id impetrári:

---

686 sq. membra *vel* menbra | TR. *D* (*lac BC*): *del et add Bo* | PA. *D* | *suppl Py in lac* || 688. *add Py* | adsidete *vel* ne adsidete: *corr Py* | AM. *D* | ista (h *s.* a *B*): *corr Ca* || 689. *suppl Ca* || 690. arreptae | per uim *vel* perium || 691. TR. *D* || 692. *suppl Lamb* | ego uos *vel* ego || 694. AM. *D* || 696. custodiam: *corr Pius* || 697. ILLO *vel* EOS (?) || 698. FACUTULCISCARE: are *cum lac* | hanc *vel* han | obsidere *vel* obsedere || 699. PAT(iare)LAU—: aut ae (*vel* hae) *cum lac* (*suppl Ca*) || 700. NE———: habeas *cum lac*: *suppl Ca* || 701. *add Ca* || 702. UT(*vel* UE)——: aeq(u)um *cum lac* ||

Ignóscere his te cónuenit: metus hás id ut faciant súbigit.
Te ex cóncha natam esse aútumant: caue tu hárum conchas spérnas.
[TR.] Sed óptume eccum exít senex, patrónus mihique et uóbis. 705

DAEMONES. TRACHALIO. LABRAX. LORARII.
SENEX SERVOS LENO
PALAESTRA. AMPELISCA
MVLIERES II

DAE. Éxi e fano, nátum quantumst hóminum sacrilegíssume.
Vós in aram abíte sessum. séd ubi sunt? ⟨TR.⟩ Huc réspice.
⟨DAE.⟩ Óptume: istuc uólueramus. iúbe modo accedát prope.
†Tún[c] legirupiónem hic nobis cúm dis facere póstulas?
Púgnum in os inpínge. LA. Iniqua haec pátior cum pretió tuo. 710
DAE. Át etiam minitátur audax? LA. Iús meum ereptúmst mihi:
Meás mihi ancillás inuito me éripis. TR. ⏑ ⏓ ⏑ –
Dé senatu Cýrenensi quémuis opulentúm uirum,
Sí tuas esse opórtet niue eas ésse oportet líberas,
Níu[t]e in carcerém conpingi ést aequom aetatémque ibi 715
Te úsque habitare, dónec totum cárcerem contríueris.

---

703. IGNOS—: ignoscere *vel* noscere *cum lac* ‖ 705. TR. *D* ‖ 707. ABITIS(*vix* ES)ESSUM | sunt huc ‖ 708. *add Ca* ‖ 709. *del Ca* | lege rupionem ‖ 710. impinge *vel* inpunge ‖ 711. LA. *D* ‖ 712. mihi ancillas *vel* ancillas mihi | inuito me *vel* inuito # : *lac sign libri* (—EDO—) ‖ 713. (op)U(len)TUMUIRUM: opulentum *cum lac* ‖ 714. eas oportet esse ‖ 715. Neute: *corr Ac* ‖

LA. Nón hodie isti rei aúspicaui ut cúm furcifero fábuler.
Té ego appello. DAE. Cum ístoc primum quí te nouit dísputa.
LA. Técum ago. TR. Atqui mécum agendumst. súntne illae ancillaé tuae?
LA. Súnt. TR. Age[n]dum ergo, tánge utramuis dígitulo minumó modo.
LA. Quíd, si attigero? TR. Extémplo hercle ego te fóllem pugillatórium
Fáciam et pendentem íncursabo púgnis, periuríssume.
LA. Míhi non liceat meás ancillas Véneris de ara abdúcere?
DAE. Nón licet: est léx apud nos. LA. Míhi cum uostris légibus
⏑ ⏑ – commérci: equidem istas iam ámbas educám foras.
Tú, senex, si istás amas, huc árido argentóst opus.
Si aútem Veneri cónplacuerunt, hábeat, si argentúm dabit.
DAE. Deí tibi argentúm? nunc adeo meam út scias senténtiam,
Óccipito modo illís adferre uím ioculo pausíllulum:
Íta ego te hinc ornátum amittam, tu ípsus te ut non nóueris.
Vós adeo, ubi ego innúero uobis, ni eí caput exoculássitis,
Quási murteta iúncis item ego [uos] uírgis circumuínciam.

---

721. LA. *D* (*item v.* 723. 724) ‖ 723. ABDUCERE: adducere ‖ 724. Non licet est *membr. Turn.* (NONLI—): est *cum lac* ‖ 725. commercli *vel* Commerdi *cum lac* ‖ 726. amas *vel* amabas | argento arido *Nonius* ‖ 727. ṣi(aute)m: Hae autem | habeat *vel* # habeat ‖ 728. DAE. *D* | DEI: Do | MEAMUTS(cias): ut scias meam ‖ 730. EGOTEHINC: hinc ego te | AMITTAMUTTUIPSU——UERIT: te amittam tu ipsus te ut non noueris ‖ 731. INNU—: inuero | (nie)I: sine ei: *corr Reizius* ‖ 732. luncis | *del Guy* | circum uinclam: *corr Py* ‖

LA. Ví agis mecum. TR. Etiam †uim proportas, flágiti flagrántia?
⟨LA.⟩ Tún trifurcifér mihi audes ínclementer dícere?
TR. Fáteor, ego trifúrcifer sum, tú's homo adprimé probus:
Númqui minus hasce ésse oportet líberas? LA. Quid, líberas?
TR. Átque eras tuás quidem hercle atque éx germana Graécia:
Nam áltera haec est náta Athenis ín⟨g⟩e⟨nu⟩is paréntibus.
DAE. Quíd ego ex te audio? TR. Hánc Athenis ésse natam líberam.
DAE. Méa popularis óbsecro haec est? TR. Nón tu Cyrenénsis es?
DAE. Ímmo Athenis nátus altusque éducatusque Átticis.
TR. Ópsecro, defénde ciuis tuás, senex. DAE. O fília Méa, quom hanc uideo, meárum me absens míseriarum cómmones:
Tríma quae periít mihi, iam tanta ésset, si uiuít, scio.
LA. Árgentum ego pro istísce ambabus quóiae erant dominó dedi.
Quíd mea refert, †hae Athenis natae an Thebís sient,
Dúm mihi recte séruitutem séruiant? TR. Itane, ínpudens?
Túne hic faelis uírginalis líberos paréntibus
Súblectos habébis atque indígno quaestu cónteres?

733. agis mecum # (DAE. *D*): AGIS# (*corr Ca*) ‖ 734. *add Ca* ‖ 735. LA. *D*: *corr Ca* ‖ 736. NUMQUI: Nunc qui | HASESS——: hasce oportet esse (*corr Bent*) | DAE. *D* ‖ 738. ——ISPARENTIB·: ine (*vel* sine) [*lac*] tibus: *suppl. Ca* ‖ 740. popularis obsecro: POPULARIS | CY(rene)NS(is): cirenensis *vel* cireriensis ‖ 741. EDUCATISQ·ATTICIS: educatusque attigis ‖ 742. LA. o *D* ‖ 743. QUOM: cum ego | mearum me *vel* mearum: MEMET ‖ 745. LA. *D* | ego pro *vel* pro ‖ 746. thebis *vel* thebae: —IS ‖ 747. DAE. *D*: *corr Ca* ‖ 748. fallis (feles *Turn*) ‖ 749. Subiectos *vel* Sublectos ‖

Nam húic alteraé quae patria sít profecto néscio: 750
Nísi scio probiórem hanc esse quám te, inpuratíssume.
⟨LA.⟩ †Tuae istae sunt. TR. Cóntende ergo, utér sit tergo uérior:
Ni ófferumentás habebis plúris in tergó tuo
Quam úlla nauis lónga clauos, tum égo ero mendacíssumus.
Póstea aspicitó meum, quando égo tuom inspectáuero:
Ní erit tam sincérum, ut quiuis dícat ampullárius 756
Óptumum esse operí faciundo córium et sinceríssumum,
Quíd causaest quin uírgis te usque ad sáturitatem saúciem?
Quíd illas spectas? quás si attigeris, óculos eripiám tibi.
LA. Átqui[n], quia uotás, utramque iám mecum abducám semul. 760
DAE. Quíd facies? LA. Volcánum adducam: is Vénerist aduorsárius.
TR. Quó illic it? LA. Heus, écquis hic est? heús. DAE. Si attigeris óstium,
Iam hércle tibi †messis in ore fiet mergeis púgneis.
⟨LOR.⟩ Núllum habemus ígnem: ficis uíctitamus árideis.
⟨TR.⟩ Égo dabo ignem, síquidem in capite tuó conflandi cópiast. 765
LA. Íbo hercle aliquo quaéritatum ígnem. DAE. Quid, quom inuéneris?
LA. Ígnem magnum hic fáciam. DAE. Quin inhúmanum exurás tibi?
LA. Ímmo hasce ambas híc in ara ut uíuas comburam, íd uolo.

---

750. (Q)UAEPATRIA: patria quae ‖ 751. Nisi *vel* Nisi si ‖ 752. *add Py* | LA. *D*: *corr Ca* | UERIOR: ueri *cum lac* ‖ 757. opere: *corr Py* ‖ 758. DAE. quin *D* ‖ 760. *del Ca* | semul: SIMUL ‖ 761. LA. *D* ‖ 762. DAE. *praem D: corr Reizius* | #SI: si ‖ 763. MERGEISPUGNEIS: mergis pugnis ‖ 764. *add Sarac* | OLFICIS | uictitamus (*sic A*) *vel* uictimamus ‖ 765. *add Scho.* ‖ 767. INHUMANUMEXURAS: ut humanum exurias (*item membr. Turn.*) ‖ 768. HAS | uiuas (*sic A*) *vel* uias | comburem id (*sic A*) *vel* comburam # (DAE. *D s. scr.*) id ‖

⟨TR.⟩ Iam hércle ego te contínuo barba arrípiam, in ignem cóniciam
Téque ambustulátum obiciam mágnis auibus pábulum.
⟨DAE.⟩ Quóm coniecturam égomet mecum fácio, haec illast símia, 771
Quae hás hirundinés ex nido uólt eripere ingrátieis,
Quód ego in somnis sómniaui. TR. Scín quid tecum oró, senex?
Vt illas serues, uím defendas, dúm ego erum adducó meum.
DAE. Quaére erum atque addúce. TR. At hic ne — DAE. Máxumo maló suo, 775
Si áttigerit siue ócceptassit. TR. Cúra. DAE. Curatúmst: abi.
TR. Húnc quoque adserua ípsum, nequo abítat. nam promísimus
Cárnufici aut taléntum magnum aút hunc hodie sístere.
DAE. Ábi modo: ego, dum ⏑ ⏑ abo récte. TR. Iam ego reuénero.

DAEMONES. LABRAX. PALAESTRA. AMPELISCA
SENEX LENO MVLIERES II

DAE. Vtrúm tu leno cúm malo lubéntius 780
Quiéscis an sic síne malo, si cópiast?
LA. Ego quaé tu loquere flócci non fació, senex.
Meás quidem te inuito ét Venere et summó Ioue

---

769. *add Schoe* | IAM: Nam | CONTINUOBARBAARRIPIAM: barba continuo arripiam et | coniciam (*sic A*) *vel* coiciam || 770. AMBUSTULATUMOBEICIAM: ambustilatum obiciam || 771. *add Schoe* || 772. ENUDO | INGRATIEIS: ingratiis *vel* ingratus *vel* gratis || 773. LA. scin *D* || 774. serues (*sic A*) *vel* seruas | EGOEROADDUCO || 775. DAE. *praem D* | *dist Valla* || 776. OCCEPTASSIS || 777. nequo: NE | habitat (*sic A*) *vel* abitat | nam: AUT | promisimus (*sic A*) *vel* promissimus || 779. *accessit ex A* (DUMHOCC**T-ABORECTE#) || 780—797. *pers habet D* (*praeter v.* 788. 795) ||

De ará capillo iám deripiam. DAE. Tángedum.
LA. Tangam hércle uero. DAE. Ágedum ergo, accede húc modo. 785
LA. Iubedúm recedere ístos ambo illúc modo.
DAE. Immo ád te accedent. LA. Nón hercle equidem cénseo.
DAE. Quid agés, si accedent própius? LA. Ego recéssero.
Verúm, senex, si te úmquam in urbe offéndero,
Numquam hércle quisquam mé lenonem díxerit, 790
Si té non ludos péssumos dimíssero.
DAE. Facito ístuc quod minitáre. sed nunc ínterim
Si illás attigeris, dábitur tibi magnúm malum.
LA. Quam mágnum uero? DAE. Quántum lenoní sat est.
LA. Minácias ego flócci non faciám tuas: 795
Equidem hás te inuito iam ámbas rapiam. DAE. Tángedum.
LA. Tangam hércle uero. DAE. Tánges? at scin quó modo?
Idúm Turbalio cúrriculo, adfer ⏑ ◡ ⏑
Duas cláuas. LA. Clauas? DAE. Séd probas: properá cito.
Ego te hódie faxo récte acceptum, ut dígnus es. 800
LA. Eheú, scelestus gáleam in naui pérdidi:
Nunc mi ópportuna hic ésset, salua sí for[t]et.
Licét saltem istas míhi appellare? DAE. Nón licet.
Ehem, óptume edepol éccum clauator áduenit. 804. 805

---

785. uero (*sic A*) *vel* uere ‖ 786. ambos (*sic A*) *vel* ambo ‖ 787. EQUIDEM: egomet ‖ 788. accedent propius (*sic A*) *vel* propius accedent ‖ 789. *cf. ad 791* | senex si te umquam (*sic A*) *vel* sit senex eum quam ‖ 791. TENON: non te | DIMISSERO: dimiserio ‖ *post hunc v. iterat A v. 789* ‖ 792. MINITARE: minitares *vel* minitaris ‖ 794. quantum (*sic A*) *vel* quam magnum ‖ 795. EGO: ego istas | FACIAM: facio ‖ 796. HAS: eas ‖ 797. TANGESAT: tange sat (*corr Py*) ‖ 798. atfer *vel* affert *cum lac* ‖ 801. LA. *D* ‖ 802. mi *vel* mihi | oportuna *vel* opportuna ‖

LA. Illúd quidem edepol tínnimentumst aúribus.
DAE. Age, áccipe illinc álteram clauám, Sparax.
Age, álter istinc, álter hinc adsístite.
Adsístite ambo. síc. audite núnciam:
Si hercle íllic illas hódie digito tétigerit 810
Inuítas, nei istunc ístis inuitássitis
Vsque ádeo, donec quá domum abeat nésciat,
Perístis ambo. si áppellabit quémpiam,
Vos réspondetote ístinc istarúm uicem.
Sin[e] ípse abire | hínc uolet, quantúm potest 815
Extémplo amplectitóte crura fústibus.
LA. Etiám me abire hinc nón [de]sinent? DAE. Dixí satis.
Et úbi ille seruos cúm ero | huc aduénerit,
Qui erum árcessiuit, ítote extempló domum.
Curáte haec sultis mágna deiligéntia. 820
LA. [E]Heu hércle, ne istic fána mutantúr cito:
Iam hoc Hérculi | est Véneris fanum quód fuit:
Ita dúo destituit sígna hic cum clauís senex.
Non hércle quo hinc nunc géntium aufugiám scio:
Ita núnc mihi utrumque saéuit, et terra ét mare. 825
Palaéstra. LO. Quid uis? LA. Ápage, controuérsiast:
Haec[e]quidém Palaestra quaé respondit nón meast.
Heus, Ámpelisca. LO. Cáue sis infortúnio.
⟨LA.⟩ Vt pótest, ignaui | hómines satis recté monent.
Sed uóbis dico |: heús uos, num moléstiaest 830
Me adíre ad illas própius? LO. Nil — nobís quidem.
LA. Numquíd molestum míhi erit? LO. Nil, si cáueris.
LA. Quid ést quod caueam? LO. Em, á crasso infortúnio.

---

809. *dist Py* ‖ 811. ne iis tunc istis *vel* ne iis tunc: *corr Ca et Pareus* ‖ 812. Vsque *vel* Vsqu | habeat *vel* abeat ‖ 815. ipse *vel* dpse | abire *ex* abile *B* ‖ 817. *del Py* ‖ 819. accersiuit *vel* arcessiuit ‖ 820. stultis: *corr ex Festo* ‖ 821. LA. *D* ‖ 823. hic *vel* hio ‖ 827. *del Ac* ‖ 829. *add Ca* ‖ 830. molestia est: *corr Mue* ‖ 833. emacraeso ‖

LA. Quaeso hércle abire ut líceat. LO. [H]Abeas, sí uelis.
LA. Bene hércle factum |: hábeo uobis grátiam. 835
Non [ac]cédam potius: íllic astate ílico.
Edepól proueni néquiter multís modis:
Certúmst hasce hodie usque óbsidione uíncere.

PLESIDIPPVS. TRACHALIO. LABRAX.
ADVLESCENS SERVOS LENO
CHARMIDES. LORARII.
PARASITVS
PALAESTRA. AMPELISCA
MVLIERES II

PL. Meamne ílle amicam léno ui, uioléntia
De ará deripere Véneris uoluit? TR. Ádmodum. 840
PL. Quin óccidisti extémplo? TR. Gla[u]dius nón erat.
PL. Caperés aut fustem aut lápidem. TR. Quid, ego quási canem
Hominem íns[p]ectarer lápidibus †nequíssumum?
LA. Nunc pól ego perii: Plésidippus éccum adest:
Conuórret iam hic me tótum cum puluísculo. 845
PL. Etiámne in ara túnc sedebant múlieres,
Quom ad mé profectu's íre? TR. Ibidem núnc sedent.
PL. Quis illás nunc illic séruat? TR. Nescioquís senex,
Vicínus Veneris, ís dedit operam óptumam:
Is núnc cum seruis séruat: ego mandáueram. 850
PL. Duc me ád lenonem récta. ubi illic ést homo?

---

834. adire || 835. hercle *vel* ergo hercle || 836. *del Sey* || 839. leno *vel* lenoni || 840—843. *pers habet D* || 841. claudius || 842. quasi canem *vel* qua sic non amem || 846. nunc || 847. profectus: *corr Ac* || 849. ueneri sis dedit (*vel* dedito) ||

LA. Salué. PL. Salutem níl moror. opta ócius,
Rapí te obtorto cóllo mauis án trahi?
Vtrúmuis opta, dúm licet. LA. Neutrúm uolo.
PL. Abi sáne ad litus cúrriculo, Trachálio, 855
Iube illós in urbem ire óbuiam ad portúm mihi,
Quos mécum duxi, qui húnc ad carnificem †traderent:
Post húc redito atque ágitato hic custódiam.
Ego húnc scelestum in iús rapiam †exulem:
Age, ámbula in ius. LA. Quíd ego deliquí? PL. Rogas? 860
Quin árrabonem a me áccepisti ob múlierem?
Iam hinc á[bd]u⟨e⟩xisti? LA. Nón auexi. PL. Cúr negas?
LA. Quia pól prouexi: auéhere non quiuí miser.
Equidém tibi me díxeram praestó fore
Apud Véneris fanum: ⟨núm⟩quid muto? súmne ibi? 865
PL. In iúre causam dícito: hic uerbúm sat est.
Sequere. LA. Óbsecro te, súbueni, mei Chármides:
Rapiór optorto cóllo. CH. Quis me nóminat?
LA. Vi[n]dén me ut rapior? CH. Vídeo atque inspectó lubens.
LA. Non súbuenire mihi aúdes? CH. Quis homo té rapit? 870
LA. Aduléscens Plesidíppus. CH. Vt nanctú's, habe.
Bono ánimo meliust te ín neruom conrépere:
Tibi óptigit quod plúrumi exoptánt sibi.
LA. Quid id ést? CH. Vt id quod quaérant inueniánt sibi.
LA. Sequere, óbsecro, m⟨e. CH.⟩ Páriter suades, quális es: 875
Tu in néruom rapere: eo me óbsecras ut té sequar?

---

857. —ENT (*vix* traderent) ‖ 859. EXILEM ‖ 861. (mulier)EM: mulierem est ‖ 864. me *vel* ume ‖ 865. *add Bent* ‖ MUTO: multo ‖ 866—874. *pers habet D* ‖ 868. obtorto *vel* opto ‖ 871. nanctus: *corr Ac* ‖ 872. CONREPERE: correpere *vel* corripere ‖ 875. obsecrom # *vel* obsecro: *add Ca* ‖

·⟨PL.⟩ Etiám retentas? LA. Périi. ⟨PL.⟩ Verum sít uelim.
Tu, méa Palaestra et Ámpelisca, ibidem ílico
Manéte, dum ego huc rédeo. LO. Equidem suádeo
Vt ád nos abeant pótius, dum recipís. PL. Placet: 880
Bene fácitis. LA. Fures mi éstis. LO. Quid, furés? rape.
LA. Oro, óbsecro, Palaéstra. PL. Sequere, cárnufex.
LA. Hospés — CH. Non sum hospes: répudio hospitiúm tuom.
LA. Sicíne me spernis? CH. Síc ago: †semel bibo.
LA. Di te ínfelicent. CH. Ísti capiti dícito. 885
Credo álium in aliam béluam hominem uórtier:
Illic ín columbum, crédo, leno uórtitur:
Nam in cólumbari cóllum haud multo póst erit.
In néruom ille hodie nídamenta cóngeret.
Verúm tamen ibo, ei áduocatus út siem, 890
Siquí mea opera cítius — addicí potest.

ACTVS IV

DAEMONES

SENEX

Bene fáctum et uolup est mé hodie his muliérculis
Tetulísse auxilium: iám clientas répperi,
Atque ámbas forma scítula atque aetátula.
Sed uxór scelesta me ómnibus seruát modis, 895
Nequí[d] significem quíppiam muliérculis.

---

877. *add Fl et Ca* ‖ 882. PL. sequere *D* ‖ 884. Siccine *vel* Sicine ‖ 888. collus haud multum *Priscianus* ‖ 889. neruo mille: *corr Ca* ‖ 891. addici *vel* adduci ‖ 892. uolup est *vel* uolupe est ‖ 893. clientas *vel* dientas ‖ 894. scitula *vel* soitula ‖ 896. *del Ac* ‖

Sed Grípus seruos nóster quid rerúm gerat
Mirór, de nocte qui ábiit piscatum ád mare.
Pol mágis sapisset, sí dormiuissét domi:
Nam núnc et operam lúdos facit et rétia, 900
Vt témpestas est núnc atque ut noctú fuit.
In dígitis hodie pércoquam quod céperit:
Ita flúctuare uídeo uehementér mare.
Sed ad prándium uxor mé uocat: redeó domum.
Iam meás opp[i]lebit aúres [sua] uaniloquéntia. 905

GRIPVS
PISCATOR

Neptúno has agó gratiás meo patróno,
Qui sálsis locís incolít pisculéntis,
Quom me éx suis locís pulcre ornátum expedíuit
†Templis reducém, plurumá praeda onústum
Salúte horia⟨é⟩, quae in marí fluctuóso 910
Piscátu nouó me uberí compotíuit.
Miróque modo atque incrédibili hic piscátus mihi lepide éuenit,
Neque píscium ullam unciam póndo hodie cepí nisi hoc quod fero hic ín rete. 913. 914
Nam ut dé nocte múlta impigréque exurréxi, 915
Lucrúm praepos⟨í⟩ui sopóri et quiéti:
Tempéstate saéua experíri expetíui,
Paupértatem erí qui et meám †sententiam
Tolerárem: opera haud fui párcus mea.

---

897. gripus *vel* grippus ‖ 899. sapis sed: sapuisset *Caper cum Probo apud Priscianum* | dormiuisset *vel* dormisset *Priscianus* ‖ 900. facit et retiam *Priscianus*: dat et retia ‖ 905. sua *del Guy* ‖ 906. meo patrono gratias: *trai Reizius* ‖ 909. honestum (*sed* u *s.* e *B*) ‖ 910. horia *Nonius*: horeia *vel* horreia (*add Py*) | quae in *om Nonius* ‖ 912. incredibili *vel* incredibile | Lepide euenit *v. occupat in B: discr Bo* ‖ 913 sq. hodie pondo: *trai Py* | hic in *vel* in ‖ 916. praeposui *vel* proposui: *corr Ca* ‖

Nimís homo nilist quíst piger, nimísque id genus odi égo male. 920
Vigiláre decet hominém qui uolt sua témperi conficere ófficia:
Nón enim illum expectáre oportet, dum érus se ad suom suscítet officium.
Nám qui dormiúnt lubenter, síne lucro et cum málo quiescunt. 923
Nám ego nunc mihí, qui ínpiger fuí,
Ré⟨p⟩peri ut pigér sí uelim siém.
Hóc ego in marí quícquid hic inést
Repperi: quicquid inest graue quidem[in]st: aurum hic 925
Ego inesse reor. nec mihi conscius est ullus homo.
Nunc haec tibi occasio, Gripe, optigit, ut †liberes ex populo praeter te.
Nunc síc faciam, sic cónsiliumst: ad erúm ueniam docte átque astu[te],
Pauxíllatim pollícitabor pro cápite argentum, ut sím liber.
Iam ubí liber er⟨o⟩, igitúr demum instrúam agrum atque aedis, máncipia: 930
Nauíbus magnis mercáturam faciam: ápud reges rex pérhibebor.
Post ánimi causa míhi nauem faciam átque imitabor Strátonicum,
Oppída circumuectábor. 933
Vbi nóbilitas mea erít clara,
Oppídum magnum commúnibo: 934
Ei ego úrbi Gripo indám nomen,

---

920. nimis homo *adhaeret v. 919 in B* | quis est piger *vel* quis piger est ‖ 924c. hic inest *vel* inest ‖ 925—927. *cf. ad Pseud. v. 263* ‖ 925. *del Ca* ‖ 927. gripe *vel* pigre | populo *vel* populo s ‖ 928. sic *vel* sicut | *del Reizius* ‖ 930. erigitur *vel* # igitur: *corr Ca* | atque *vel* ad ‖ 931 sq. apud — faciam *om B* ‖ 933—937. *binos compr B: discr Buechelerus* ‖ 934. elego | indam nomen *vel* indamno ‖

Moniméntum meae famae ét factis, 935
Ibi quí regnum magnum ínstituam.
Magnás res hic agito ín mentem 936
Instrúere. hunc nunc uidúlum condam.
Sed hic réx cum aceto pránsurust 937
Et sále, sine bono pulménto.

TRACHALIO. GRIPVS
SERVOS PISCATOR

TR. Heus máne. GR. Quid maneam? TR. Dum hánc tibi 938
Quam tráhis rudentem cómplico.
GR. Mitté modo. TR. At pol ego te ádiuu[ab]o. 939
Nam bónis quod bene fit, haúd perit.
GR. Turbída tempestas héri fuit: 940
Nil hábeo, adulescens, píscium: 941
Ne tú mihi esse póstules.
Non uídes referre me úuidum 942
Reté sine squamosó pecu?
TR. Non édepol piscis éxpeto 943
Quam tuí sermonis sum índigens.
GR. Enícas iam me odio, quísquis es. 944
TR. Non sínam ego abire hinc té: mane.
GR. Caue sís malo: quid tú, malum, nam †me retrahis? TR. Aúdi. 945

---

935. ibique: *corr Buechelerus* ‖ 936. Magnas *vel* Magna | nunc hunc: *trai Reizius* ‖ 938—985. *pers plerasque habet D* ‖ 938—944. *post tres v.* (— complico — quod — perit) *binos compr B: discr Mue et Reizius* ‖ 938. dum ergo tibi hanc *liber gl.* | tibi quam trahis *om Nonius* ‖ 939. *del Mue* ‖ 940. here *gloss. Plaut.* ‖ 942. Non (*sic Nonius, Charisius, Priscianus*) *vel* Nam | retem *Priscianus* | squamoso pecu (*sic Nonius, Charisius, Priscianus*) *vel* squã mos opte ‖ 943. sum indigens *vel* indigens ‖ 944. Enicas *vel* Enecas ‖ 945. malo *vel* malo # ‖

GR. Non aúdio. TR. At pol qui aúdies †post. GR. Quin loquere quíduis.
TR. †Eho modo est operae pretium quod tibi ego narrare uolo.
GR. Eloquere, quid id est? TR. Vide, nu⟨m qui⟩spiam consequitur prope nos.
GR. Écquid est quód mea réferat? TR. Scílicet:
Séd boni cónsili[is] écquid in té mihist? 950
GR. Quíd negotíst, modo díc. TR. Dicam, tacé,
Sí fidem modo dás mihi te nón fore infidum. 952. 953
GR. Dó fidem tibi: fídus ero, quísquis es. TR. Audi. 954. 955
Furtum égo uidi qui fáciebat: 956
No[ue]rám dominum id quoi fíebat.
Post ád furem egomet déuenio 957
Feroque eí condicionem hóc pacto:
'Ego istúc furtum scio quoí factumst: 958
Nunc míhi si uis dare dímidium,
Indícium domino nón faciam.' 959
Is míhi nil etiam réspondit.
Quid inde aéquomst dari mihi? dímidium 960
Volo ut dícas. GR. Immo hercle étiam [am]pl[i]us:
Nam nísi dat, domino dícundum 961
Censéo. TR. Tuo consilió faciam.
Nunc áduorte animum: námque hoc omne attínet ad te. GR. Quid fáctumst? 962
TR. Vídulum istum quoíus [n]est noui ego hóminem iam pridém. GR. Quid est?

---

947 sq. *cf. ad Pseud. 263* ‖ 947. TR. *om D* ‖ 948. *suppl Ca* ‖ 950. boni *vel* bonis | *del Ca* ‖ 951. GR. *om D* ‖ 954. TR. *s. v. D* ‖ 956 sq. *binos compr B: discr Reizius* | *del Guy* | Post ad *vel* portat ‖ 960—969. *septemdecim v. in B* (— mihi — dicas — amplius — censeo — faciam — ad te — cuiusnest — Quid est — scio — scio — hoc — mea — est — fuit — potius — ueniat): *discr Reizius* ‖ 960. *del Sey* ‖ 961 sq. *pers om D* ‖ 962. Nunc *vel* Num ‖ 963 sq. GR. *et* TR. *D* (*bis*) ‖ 963. nest *vel* mest ‖

TR. Ét quo pacto pér⟨i⟩it. GR. At ego quó pacto inuentú[m]st scio:
Ét qui inuenit hóminem noui, et dóminus qui nunc ést scio. 965
⟨TR.⟩ Nílo pol plurís tua hoc quam quánti illud refért mea.
GR. Égo illum noui quóius nunc est: tú illum quoius antehác fuit.
Húnc homo feret á me nemo: né tu te sperés poti[u]s.
TR. Nón ferat, si dóminus ueniat? GR. Dóminus huic, [nemo] ne frústra sis,
Nísi ego nemo nátust, hunc qui cépi in uenatú meo.
TR. Ítane uero? GR. Ecquem ésse dices ín mari piscém meum? 971
Quós quom capio, síquidem cepi, meí sunt: habeo pró meis.
Néc manu adserúntur neque illinc pártem quisquam póstulat.
Ín foro palam ómnes uendo pró meis uenálibus.
Máre quidem commúne certost ómnibus. TR. Adséntio: 975
Quí minus hunc commúnem quaeso míhi esse oportet uídulum?
Ín mari inuentúst communi [est]. GR. †Ne ínpudenter ínpudens.
Nám si istuc ius sít quod memoras, píscatores périerint.
Quíppe quom extemplo ín macellum písces prolatí sient,
Némo emat: suam quísque partem píscium poscánt sibi: 980

---

964. *del Ac* ‖ 966. *add Schoe* ‖ 968. *del Benoistus* ‖ 969. GR. *et* TG *D* | *del Reizius* | frustrases *vel* frustrasses: *corr Gruduce Ca* ‖ 971. GR. *praem D* ‖ 977. inuentust *vel* inuentumst | commune: *corr Guy* | *del Schoe* ‖ 979. prolati si essent *Priscianus* ‖ 980. emat *vel* eat | poscant *Priscianus*: poscat ‖

Dícant in marí communi cáptos. TR. Quid ais, ínpudens?
Aúsu's etiam cómparare uídulum cum píscibus?
Éadem tandem rés uidetur? GR. Ín manu non ést mea:
Vbi demisi réte atque hamum, quícquid haesit éxtraho.
Meúm quod rete atque hámi nancti súnt, meum potíssumu⟨m⟩st. 985
TR. Ímmo hercle haud est, síquidem quod uas éxcepisti. GR. Phílosophe.
TR. Séd tu enumquam píscatorem uídisti, uenéfice,
Vídulum piscém cepisse aut prótulisse ullum ín forum?
Nón enim tu hic quidem óccupabis ómnis quaestus quós uoles:
Ét uitorem et píscatorem te ésse, inpure, póstulas. 990
Vél te mihi monstráre oportet píscis qui sit uídulus,
Vél quod in marí non natumst néque habet squamas né feras.
GR. Quí⟨d⟩, tu numquam audí[ui]sti esse antehac uídulum piscém? TR. Scelus,
Núllus est. GR. Immóst profecto: ego quí sum piscatór scio.
Vérum raro cápitur: nullus mínus saepe ad terrám uenit. 995
TR. Níl agis: dare uérba speras míhi te posse, fúrcifer.
Quó colorest? GR. Hóc colore cápiuntur pauxílluli:
Súnt alii puníceo corio, mágni item atque atrí. TR. Scio:

---

981. Dicant (*sic Priscianus*) *vel* dicat | mare *Priscianus* || 982. Ausus: *corr Fl* || 984. rete *vel* retem (*sic Priscianus*) | haesit extraho (*sic Priscianus*) *vel* aesit extrabo || 985. hami *vel* hami meum || 986. TR. *praem D* || 987. tue (*vel* tuae) numquam: *corr Scioppius* || 993. *add Ca* | *del Guy* || 994. GR. *D* || 995. Verum rare *Charisius*: Vero raro || 998. corio *vel* colore | # item *vel* tem ||

Tu hércle, †opinor in uidulum te piscem conuortes, nísi caues:
Fíet tibi puníceum corium, póstea atrum dénuo. 1000
GR. Quód scelus hodie hóc inueni. TR. Vérba facimus: ít dies.
Víde sis, quoius árbitratu fácere nos uis? GR. Víduli Árbitratu. TR. †Ita enimuero stúltus es. GR. Salué, Thales.
TR. Tú istunc hodie nón feres, nisi dás sequestrum aut árbitrum,
Quóius haec res árbitratu fíat. GR. Quaeso, sánus es?
TR. Élleborosus sum. ⟨GR.⟩ †At ego cerritus: húnc non amittám tamen. 1006
TR. Vérbum etiam adde unúm, iam in cerebro cólaphos apstrudám tuo.
Iam égo te hic, itidem quási peniculus nóuos exurgerí solet,
Ni húnc amittis, éxurgebo quícquid umorís tibist.
GR. Tánge: adfligam ad térram te itidem ut píscem soleo pólypum. 1010
Vís pugnare? TR. Quíd opust? quin tu pótius praedam díuide.
GR. Hínc tu nisei malúm fruniscei níl potes, ne póstules.
Ábeo ego hinc. TR. At ego hínc offlectam náuem, nequo [h]abeás: mane.
⟨GR.⟩ Seí tu proreta ísti naui's, égo gubernatór ero.
[GR.] Mítte rudentém, sceleste. TR. Míttam: omitte uídulum. 1015

1002. nos facere: *trai Brixius* ‖ 1005. —EES ‖ 1006. amittam tamen (*vel* tamem): EMITTAMTAMĒ ‖ 1007. etiam adde *vel* adde etiam ‖ 1008. IAM—: Ego iam (*trai Brixius*) | penicillus: *corr Guy* | (EX)URGERI: exurgere ‖ 1010. ad terram te *vel* te ad terram ‖ 1011. TR. *D* ‖ 1012. (NE)POSTU—: nepotules *vel* nisi postulas (*corr Ca*) ‖ 1013. ABEO: Habeo *vel* ab eo | GR. at (*et* TR. *s. v. ante* nequo) *D* ‖ 1014 sq. *add et del Ca* (GR. *et* TR. *D*) ‖

GR. Númquam hercle hinc hodié ramenta fíes fortunátior.
TR. Nón probare pérnegando míhi potes, nisi párs datur
Aút ad arbitrúm redeitur aút sequestro pónitur.
GR. Quémne ego excepi ín mari — TR. At ego ínspectaui e lítore.
GR. Méa opera, labóre et rete et hória? TR. Numquí minus,
Sí ueniat nunc dóminus quoiust, égo qui inspectauí procul
Te húnc habere, fúr sum quam tu? ⟨GR.⟩ Nílo. ⟨TR.⟩ Mane, mastígia:
Quo árgumento sócius non sum et fúr sum, facdum ex té sciam.
GR. Néscio: neque ego ístas uostras léges urbanás scio,
Nísi quia hunc meum ésse dico. TR. Ét ego item esse aió meum.
GR. Máne: iam repperí [rem] quo pacto néc fur nec sociús sies.
TR. Quó pacto? GR. Sine me hínc abire: tú abi tacitus tuám uiam,
Néque tu me quoiquam índicassis néque ego tibi quicquám dabo.
Tú taceto: ego mú⟨s⟩sitabo. hoc óptumum atque aequíssumumst.
TR. Écquid condiciónis audes férre? GR. Iam dudúm fero:
Vt abeas, rudéntem amittas, míhi molestus né sies.

1016 sq. GR. *et* TR. *D* ‖ 1018. REDEITUR(aut): reditura ut (*corr Py*) ‖ 1019 sq. GR. *praem D* | litore *vel* littore (*sic A, ut vid*) | laborare *Nonius*: *om Priscianus* | horre(i)a *Priscianus* | *dist Bo* | NUNQUI | minus (*sic A*) *vel* mini ‖ 1021. dominus *vel* domini ‖ 1022. furtum | *add Ca* ‖ 1024—1030. *pers habet D* ‖ 1025. aio *vel* alo ‖ 1026. reperirem *vel* repperirem: *del Fl* ‖ 1028. NEQ—: Nec tu ‖ 1031. abeas *vel* habeas ‖

TR. Máne, dum refero cóndicionem. GR. Te, ópsecro hercle, aufér modo.
TR. Écquem in heis locís nouisti? GR. Opórtet uicinós meos.
TR. Vbi tu hic habitas? GR. Pórro illic longe úsque in campis últumis.
TR. Vín qui in hac uilla hábitat eius árbitratu fíeri? 1035
GR. Paúlisper remítte restem, dúm concedo et cónsulo.
TR. Fíat. GR. Euge, sálua res est: praéda haec perpetuást mea.
Ád meum erum arbitrúm uocat me hic íntra praesepís meas.
Númquam hercle hodie abiúdicabit áb suo triólobum.
Né iste haud scit quam cóndicionem tétulerit: †ibo ad árbitrum. 1040
TR. Quíd igitur? GR. Quamquam ístuc esse iús meum certó scio,
Fíat istuc pótius quam nunc púgnem tecum. TR. Núnc places.
GR. Quámquam ad ignotum árbitrum me a⟨d⟩péllis, si adhibebít fidem,
Etsi ignotust, nótus: si non, nótus ignotíssumust.

1032. aufer (*sic A*) *vel* aufert ‖ 1035. fleri ‖ 1036. remittere stem *vel* remitterest hem ‖ 1038. intra intra praesepias *Nonius* | meas (*sic Nonius*) *vel* meis ‖ 1039. triobolum *vel* tribolum ‖ 1043. mea pellis (*vel* pillis) ‖ 1044. Et sist (*vel* si est) ignotus: *trai Ac* ‖

DAEMONES. PALAESTRA. AMPELISCA.
SENEX MVLIERES II
GRIPVS. TRACHALIO
PISCATOR SERVOS

DAE. Sério edepol, quámquam †uobis quae uoltis, múlieres, 1045
Métuo propter uós ne | uxor méa me extrudat aédibus,
Quaé me paelicés addux[iss]e dícet ante oculós suos.
Vós confugite in áram potius quám ego. PA. ET AM. Miserae pér⟨i⟩imus.
DAE. Égo uos saluas sístam: ne timéte. sed quid uós foras
Prósequimini? quóniam ego adsum, fáciet nemo iniúriam. 1050
Íte, inquam, domum ámbo nunciam éx praesidio praésides.
GR. Ó ere salue. DAE. Sálue, Gripe. quíd fit? TR. Tuosne hic séruos est?
⟨GR.⟩ Haúd pudet. TR. Nil ago técum. ⟨GR.⟩ Ergo abi hinc sis. TR. Quaéso respondé, senex:
Túos hic seruost? DAE. Méus est. TR. [H]Em, istuc óptume, quandó tuost.
Íterum te salúto. DAE. Et ego te. tún es, qui haud multó prius 1055
Áb⟨i⟩isti hinc erum árcessitum? TR. Ego ís sum. DAE. Quid nunc uís tibi?
TR. Némpe hic tuos est? DAE. Méus est. TR. Istuc óptume, quandó tuost.

1045—1049. *pers habet D* (*v.* 1048 MV.) ‖ 1047. *del Ca* ‖ 1048. *add Ca* ‖ 1049. Ego *vel* Ergo ‖ 1052 sq. O pre: *corr Ca* | gripe *vel* grippe | *add Sarac* | haud pudet *s. f. v. 1052 B: discr Py* ‖ 1054. DAE. meus *D* | hem istuc *vel* istuc: *corr Ribbeckius* ‖ 1055. te saluto *vel* saluto te ‖ 1056. *add Gru* | accersitum *vel* arcessitum | is sum *vel* istum ‖

DAE. Quíd negotist? TR. Vír scelestus íllic est. DAE. Quid fecít tibi
Vír scelestus? TR. Hómini ego isti tálos subfringí uolo.
DAE. Quíd est qua de re núnc inter uos lítigatis? TR. Éloquar. 1060
GR. Ímmo ego eloquár. TR. Ego opinor rém facesso. GR. Sí quidem
Sís pudicus, hínc facessas. DAE. Grípe, animum aduorte ác tace.
⟨GR.⟩ Vtin istic prius díca⟨t⟩? ⟨DAE.⟩ Audi. lóquere tu. GR. Alienón prius
Quám tuo dabis orátionem? ⟨TR.⟩ Vt nequitur cómprimi.
Íta ut occepi dícere, illum quém dudum * * * * * 1065
Lénonem extrusísti, hic eius uídulum e⟨c⟩cillum * *
GR. Nón habeo. TR. Negás quod oculis uídeo. GR. At ne uideás uelim.
Hábeo, non habeó: quid tu me cúras quid rerúm geram?
TR. Quó modo | habeás, id refert, iúrene anne iniúria.
GR. Ní istum cepi, núlla causast quín me condonés cruci. 1070
Si ín mari retí[a] prehendi, quí tuom potiust quám meum?
TR. Vérba dat: hoc modó res gestast, út ego dico. ⟨GR.⟩ Quíd tu ais?
⟨TR.⟩ Quód primariús uir dicat: cómprime hunc sis, sí tuost.
⟨GR.⟩ Quíd, tu idem mihí uis fieri, quód erus consueuít tibi?

1060. litigatis inter uos: *trai Schoe* ‖ 1061. opinor *vel* pinor ‖ 1062. Sis (*sic Nonius*) *vel* Si | gripe *vel* grippe ‖ 1063 sq. *pers add Ca* | Vt in *vel* utm (*corr Ca*) | nequitur compremi *vel* nequiter comprimi ‖ 1065 sq. *lac sign libri* | *add Sarac* ‖ 1069. iurene *vel* iure ‖ 1070. GR. *D* ‖ 1072. TR. *D* | dico quid ‖ 1073 sq. *add Sarac* ‖

Sí ille te comprímere solitus⟨t⟩, híc noster nos nón solet. 1075
DAE. Vérbo illo modo ílle uicit. quíd nunc tu uis? díc mihi.
TR. Équidem ego neque pártem posco míhi istinc de istoc uídulo
Néque meum esse hodie úmquam dixi: séd isti inest cistéllula
Húius mulierís, quam dudum díxi fuisse líberam.
DAE. Némpe tu hanc dicis quám esse aiebas dúdum popularém meam? 1080
TR. Ádmodum: et ea quae ólim parua géstauit crepúndia
Ísti[c] in ista cístula insunt, quaé isti[c] inest in uídulo.
Hóc neque isti usúst et illi míserae suppetiás feret,
Si íd dederit, qui suós parentis quaérat. ⟨DAE.⟩ Faciam ut dét: tace.
GR. Níl hercle ego sum istí daturus. TR. Níl peto nisi cístulam 1085
Ét crepundiá. GR. Quid, si ea sunt aúrea? TR. Quid istúc tua?
Aúrum auro expendétur, argentum árgento exaequábitur.
GR. Fác ⟨s⟩is aurum ut uídeam: post ego fáciam ut uideas cístulam.
DAE. Cáue malo ac tace tú: tu perge ut óccepisti dícere.
TR. Ýnum te obsecro, út te⟨d⟩ huius cómmiserescat múlieris, 1090
Sí quidem hic lenónis eius est uídulus, quem súspicor.
Híc nisi de opínione cértum nil dicó tibi.

1075. *add Fl* ‖ 1078. dixi sed *vel* dixisset ‖ 1080. alebas ‖ 1082. *del Bo* ‖ 1084. quaerat faciam ‖ 1086. istuc *vel* istic ‖ 1087. exaequabitur *vel* exaequabimus ‖ 1088. *add Rittershusius* ‖ 1090. *add Ca* ‖ 1092. dico tibi *vel* dico ‖

GR. Víden? scelestus [us] aúcupatur. TR. Síne me ut occepí loqui.
Sí scelesti illíus est hic quóius dico uídulus,
Haéc poterunt nouísse: ostendere hís iube. GR. Ain? osténdere? 1095
DAE. Haúd iniquom dícit, Gripe, ut óstendatur uídulus.
GR. Ímmo hercle insigníte inique. DAE. Quídum? GR. Quia, si osténdero,
Cóntinuo hunc nouísse dicent scílicet. TR. Scelerúm caput,
Vt tute's, item ómnis censes ésse? periurí caput.
GR. Ómnia ego istaec fácile patior, dúm hic hinc a me séntiat. 1100
TR. Átqui nunc abs té stat: uerum hinc ⟨c⟩íbi⟨t⟩ testimónium.
DAE. Grípe, aduorte animúm. tu paucis éxpedi quid póstulas.
TR. Díxi equidem: sed sí parum intelléxti, dicam dénuo.
Hásce ambas, ut dúdum dixi, ita ésse oportet líberas:
Haéc Athenis párua fuit uírgo sur[ru]pta. GR. Díc mihi, 1105
Quíd id[a] ad uidulum pértinet, seruaé sint istae an líberae?
TR. Ómnia iterum uís memorari, scélus, ut defiát dies.
DAE. Ápstine maledíctis et mihi quód rogaui dílue.
TR. Cístellam isti[c] inésse oportet caúdeam in isto uídulo,

1093—1100. *pers habet D* (1096—1100 *etiam C*) ‖ 1093. us *vel* is: *del Sey* ‖ 1095. hic: *corr Py* ‖ 1096. gripe *vel* grippe ‖ 1097. quia si *vel* quasi ‖ 1100. istaec ego: *trai Bo* ‖ 1101. DAE. *D*: *corr Ca* | *add Ac* ‖ 1102. GR. *ante* quid *D s. v.* (*del Ca*) ‖ 1103. DAE. TR. *D* ‖ 1105—1112. *pers habet D* (1105. 1108 *etiam C*) ‖ 1105. *del Herm* ‖ 1106. ita *et* pertinet *vel* ista *et* pertinent: *corr Bo* ‖ 1109. *del Bo* | gaudeam: *corr ex Placido aliisque glossis* | in isto *vel* isto ‖

Vbi sunt signa quí parentes nóscere haec possít suos, 1110
Quíbuscum †parua periit Athenis, sícuti dixí prius.
GR. Iúppiter te díque perdant. quíd ais, uir uenéfice?
Quíd, istae mutae súnt, quae pro se fábulari nón queant?
TR. Eó tacent, quiá tacitast bona múlier semper quám loquens.
GR. Túm pol tu pro pórtione néc uir nec muliér mihi's. 1115
TR. Quídum? GR. Quia enim néque loquens es néque tacens umquám bonus.
[TR.] Quaéso, enumquam hodié licebit míhi loqui? DAE. Si praéterhac
⟨Vnum⟩ uerbum fáxis hodie, egó tibi comminuám caput.
TR. Vt id occepi dícere, senex, eám te quaeso cístulam
Vt iubeas hunc réddere illis: ób eam siquid póstulat
Síbi mercedis, dábitur: aliud quídquid ibist habeát sibi. 1121
GR. Núnc demum istuc dícis, quoniam iús meum esse intéllegis:
Dúdum dimidiám petebas pártem. TR. Immo etiam núnc peto.
GR. Vídi petere míluom, etiam quóm nil aufer⟨r⟩ét tamen.
DAE. Nón ego te comprímere possum síne malo? GR. Si istíc tacet, 1125
Égo tacebo: si íste loquitur, síne me [pro re] mea⟨m⟩ parté⟨m⟩ loqui.

1111. sicuti *vel* sicut ‖ 1114. DAE. *D* | semper *vel* seper ‖ 1115—1127. *pers habet D* (*sed* 1116 DAE. *pro* TR.) ‖ 1115. Tum *vel* Tu ‖ 1117. *del Ca* ‖ 1118. *suppl Ca in lac* | cominuam *vel* comminuam ‖ 1119. quaeso *vel* quaeso senex ‖ 1120. postulas ‖ 1122. GR. *etiam C* | meum esse *vel* meum ‖ 1124. auferet *vel* aufert ‖ 1126. me *vel* mea | *del et add Gronovius* ‖

DAE. Cédo modo mihi ístum uidulum, Grípe. GR. Concredám tibi:
Ác si istorum níl sit, ut mihi réddas. DAE. Reddetúr. GR. Tene.
⟨DAE.⟩ Aúdi nunciám, Palaestra atque Ámpelisca, hoc quód loquor:
Éstne hic uidulus, úbi cistellam túam inesse aiebás? PA. Is est. 1130
GR. Périi hercle ego misér: ut prius quam pláne aspexit ílico
Éum esse dixit. PA. Fáciam ego hanc rem ⟨ex prócliua pla⟩nám tibi.
Cístellam isti[c] in[e]ésse oportet caúdeam in isto uídulo:
Íbi ego dicam quícquid inerit nóminatim: tú mihi
Núllum ostenderís. si falsa dícam, frustra díxero:
Vós tamen †istaec quidquid istic inerit uobis habébitis. 1136
[Sed] Sí erunt uera, tum ópsecro te ut méa[m] mihi reddantúr. DAE. Placet:
[TR.] Iús merum oras meó quidem animo. GR. Át meo hercle * * *:
Quíd, si ista aut supérstitiosa aut háriolast atque ómnia
Quídquid in⟨e⟩rit uéra dicet? †in me habebit háriola?
DAE. Nón feret, nisi uéra dicet: néquiquam ⟨h⟩ariolá⟨bi⟩tur. 1140
[TR.] Sólue uidulum érgo, ut [quic]quid sit uérum quam primúm sciam.

1127. concedam *vel* concredam ‖ 1128. DAE. *D* ‖ 1129. *add Ca* ‖ 1130. aiebas *vel* alebas | PA. *D* ‖ 1131. GR. *D* | Perii *vel* Perei | aspexit *vel* aspexi ‖ 1132. dixit *vel* dixi | DAE. *D*: *corr Ca* | *suppl Gul in lac* ‖ 1133. isticine esse: c *del Bo,* e *Ca* | gaudeam *vel* # Gaudeam: *cf. 1109* ‖ 1136. istaec *vel* istaiec ‖ 1137. Sed *del Mue* | GR. *D*: *corr Ca* | placet *vel* placit ‖ 1138. TR. *et* GR. *D* | merum *vel* meum | *lac sign Ca* ‖ 1140. insit: *corr Mue* ‖ 1141. DAE. *D* | feret *vel* fert | *add Py* ‖ 1142. TR. *D*: *del Ca* | quic *vel* qui: *del Ca* | sciam *vel* faciam ‖

⟨TR.⟩ Hóc habet. ⟨GR.⟩ Solútu[m]st. ⟨DAE.⟩ Aperi.
PA. Vídeo cistellam. ⟨DAE.⟩ Haécinest?
PA. Ístaec est. o mí parentes, híc uos conclusós gero:
Húc opesque spésque uostrum cógnoscendum cóndidi. 1145
GR. Túm tibi hercle deós iratos ésse oportet, quísquis es,
Quaé parentis tám in angustum tuós locum compégeris.
DAE. Grípe, accede huc, túa res agitur: tú, puella, istínc procul
Dícito quid ínsit et qua fácie: memorato ómnia.
Si hércle tantillúm peccassis, quód posteri⟨u⟩s póstules 1150
Te ád uerum conuórti, nugas, múlier, magnas égeris.
GR. Iús bonum oras. TR. Édepol haud †te órat: nam tu iniúriu's.
DAE. Lóquere nunciám, puella. Grípe, animum aduorte ác tace.
PA. Súnt crepundia. DAE. Écca uideo. GR. Péri⟨i⟩ in primo proélio:
Máne: ne ostenderís. ⟨DAE.⟩ Qua facie súnt? responde ex órdine. 1155
PA. Énsiculust auréolus primum lítteratus. DAE. Dícedum,
Ín eo ensiculo lítterarum quíd sit. PA. Mei nomén patris.
Póst altrinsecúst securicula áncipes, itidem aúrea,

1143. *add Bo* | GR. *s. v. D* (# *om BCD*) | *del Ac* | *add Weisius* | cistellam haecinest || 1144. esto mi || 1148. DAE. *D* || 1150. *add Ca* || 1152. PA. *et* DAE. *D* | iniurius: *corr Fl* || 1153. aduorte *vel* aduortite || 1154. uideo GR. *D* | *add Py* || 1155. ostenderis qua (*add Meursius*) || 1157. litterarum *vel* litteratum | PA. *D* || 1158. alterinsecus est *Charisius* (altrinsecus est *etiam Priscianus et gloss. Plaut.*) | itidem *Priscianus*: item ||

Lítterata: ibi mátris nomen ín securiculást. DAE. Mane:
Díc, in ensiculó quid nomen ést paternum? PA. Daémones. 1160
DAE. Di ímmortales, úbi loci sunt spés meae? GR. Immo edepól meae?
⟨TR.⟩ Pérgite, opsecró, continuo. ⟨GR.⟩ Plácide, aut ite in málam crucem.
DAE. Lóquere, matris nómen hic †in securicula quid siet.
PA. Daédalis. DAE. Di mé seruatum cúpiunt. GR. At me pérditum.
DAE. Fíliam meam esse hánc oportet, Grípe. GR. Sit per mé quidem. 1165
Quí te di omnes pérdant, qui me hodie óculis uidistí tuis,
Méque adeo sceléstum, qui non círcumspexi céntiens
Príus me, nequis ínspectaret, quám rete extraxi éx aqua.
PA. Póst †in sicula árgenteola et duaé conexae mániculae et
Súcula — GR. Quin tu i díerecta cúm sucula et cum pórculis. 1170
PA. Ét bulla aureást, pater quam dedít mihi natalí die.
DAE. Eást profecto: cóntineri quín conplectar nón queo.
Fília mea, sálue: ego is sum quí te produxí pater:
Égo sum Daemonés, et mater túa ecca⟨m⟩ hic intus Daédalis.
PA. Sálue, mi pater ínsperate. DAE. Sálue: ut te amplectór lubens. 1175

1160. PA. *D* ‖ 1161. DAE. *praem D* ‖ 1162. *add Weisius* | continuo placide: *add Ac* ‖ 1163—1169 *et* 1171—1175. *pers habet D* ‖ 1169. in sicula *vel* in sicilicula (ensicula *ex Probo Charisius, Priscianus, alii, ad Rudentem referentes, ut vid*) ‖ 1170. tu dierecta *Priscianus* ‖ 1171. Et bulla *vel* E tabula ‖ 1173. mea salue *vel* salue mea ‖ 1174. *add Fl* ‖

TR. Vólup est quom istuc éx pietate uóstra uobis cóntigit.
DAE. Cápedum, hunc si potés fer intro uídulum, age Trachálio.
TR. Écce Gripi scélera: quom istaec rés male euenít tibi,
Grípe, gratulór. DAE. Age eamus, méa gnata, ad matrém tuam.
Quae éx te poterit árgumentis hánc rem magis exquírere: 1180
Quaé te magis tractáuit magisque sígna pernouít tua.
⟨PA.⟩ Eámus intro | ómnes, quando óperam promiscám damus.
[PA.] Séquere me, Ampelísca. AM. Quom te dí amant, uoluptatíst mihi.
GR. Súmne ego sceléstus, qui illu⟨n⟩c hódie excepi uídulum?
Aút quom excepi, quí non alicubi ín solo abstrusí loco? 1185
Crédebam edepol túrbulentam praédam euenturám mihi,
Quía illa mihi tam túrbulenta témpestate euénerat.
Crédo edepol ego illíc inesse argénti et auri lárgiter.
Quíd meliust quam ut hínc intro abeam et mé suspendam clánculum,
Sáltem tantispér dum abscedat haéc a me aegrimónia? 1190

1176. Volupest *vel* Volupe est ‖ 1177. uidulum *vel* uidum ‖ 1178. TR. *D* | istaec *vel* ista ‖ 1179. DAE. *CD* ‖ 1182. *add Sey* | promiscam *vel* promiscuam ‖ 1183 sq. *pers habent CD (del Sey)* | *add Ca* ‖ 1187. mihi tam *vel* mihi ‖ 1188. argenti et auri *vel* auri et argenti ‖

DAEMONES
SENEX

Pro di ímmortales, quís mest fortunátior,
Qui ex ínprouiso fíliam inuení meam?
(Satín siquoi homini deí esse bene factúm uolu⟨nt⟩,
Aliquo íllud pacto optíngit optatúm piis?
Ego hódie, †neque speraui neque crédidi, 1195
Is ínprouiso fíliam inuení tamen:)
Et eám de genere súmmo adulescentí dabo
Ingénuo, Atheniénsi et cognató meo.
Ego eum ádeo arcessi huc ád me quam primúm uolo
Iussíque exire | húc seruom eius, ut ád forum 1200
Irét. nondum egressum ésse eum, id mirór tamen.
Accédam opinor ád fores. quid cónspicor?
Vxór conplexa cóllo retinet fíliam.
Nimis paéne inepta atque ódiosa eius amátiost.

DAEMONES. TRACHALIO
SENEX SERVOS

DAE. Áliquando osculándo meliust, úxor, pausam fíeri: 1205
Átque adorna ut rém diuinam fáciam, quom intro aduénero,
Láribus familiáribus, quom auxérunt nostram fámiliam.
Súnt domi agni et pórci sacres. séd quid istum remorámini,

1193—1196. *secl Langenus* ‖ 1193. delesse | uolo: *corr Valla* ‖ 1196. tamen *vel* tamem ‖ 1201. *dist Ac* ‖ 1204. Nimis paene (*sic Nonius*) *vel* Nimis ‖ 1205—1226. *pers habent CD* ‖

Múlieres, Trachálionem? atque óptume eccum exít foras.
TR. Ýbi ubi erit, [tamen] iam inuéstigabo et mécum ad te adducám simul
Plésidippum. DAE. Elóquere, ut haec res óptigit de fília. 1211
Eúm roga[t] ut relínquat alias rés et huc ueniát. TR. Licet.
DAE. Dícito datúrum meam illi fíliam uxorém. TR. Licet.
DAE. Ét patrem eius mé nouisse et míhi esse cognatúm. TR. Licet.
DAE. Séd propera. TR. Licét. DAE. Iam hic fac sit, céna ut curetúr. TR. Licet. 1215
DAE. Ómnia[i]n licét? TR. Licet. sed scín quid est quod té uolo?
Quód promisisti út memineris, hódie ut liber sím. DAE. Licet.
TR. Fác ut exores Plésidippum, ut mé ⟨manu⟩ emittát. DAE. Licet.
TR. Ét tua filiá facito oret: fácile exorabít. DAE. Licet.
TR. Átque ut mi Ampelísca nubat, úbi ego sim libér. DAE. Licet. 1220
TR. Átque ut gratum míhi beneficium fáctis experiár. DAE. Licet.
TR. Ómnia⟨n⟩ licét? DAE. Licet: tibi rúrsum refero grátiam.
Séd propera ire in úrbem actutum et récipe te huc rursúm. TR. Licet.
Iam híc ero: tu intéribi adorna céterum quod opúst. DAE. Licet.

1210. tamen iam *vel* tamen: *corr Guy* ‖ 1211. Plesidippum *vel* Pleusidippum (*item v. 1218*) | haec res *vel* haec ‖ 1212. rogat *vel* rogato: *corr Bent* | relinquat *vel* relinquit ‖ 1215. sis: *corr Ac* ‖ 1216. *del Ca* ‖ 1218. ut me *vel* ut | *suppl Fl duce Ca* ‖ 1221. beneficium factis *vel* beneneficium facitis ‖ 1222. *add Ca* ‖ 1223. propera *vel* prepera ‖

[TR.] Hércules istum ínfelicet cúm sua licéntia: 1225
Íta meas repléuit auris. quídquid memorabám, 'licet'.

GRIPVS. DAEMONES
PISCATOR SENEX

GR. Quam móx licet te cómpellare, Daémones?
DAE. Quid ést negoti, Grípe? GR. De illo uídulo,
[DAE.] Si sápias, sapias: hábeas quod di dánt boni.
⟨DAE.⟩ Aequóm uidetur tíbi ut ego alienúm quod est 1230
Meum ésse dicam? GR. Quódne ego inueni ín mari?
DAE. Tanto ílli melius óptigit qui pérdidit:
Tuom ésse nilo mágis oportet uídulum.
GR. Istó tu pauper és, quom nimis sancté piu's.
DAE. O Grípe Gripe, in aétate hominum plúrumae
Fiúnt transennae, ubí decipiuntúr dolis. 1236
Atque édepol in eas plérumque esca inpónitur,
Quam síquis auidus póscit escam auáriter,
Decípitur in tra⟨n⟩sénna auaritiá sua.
Ille quí consulte, dócte atque astuté cauet, 1240
Diútine uti béne licet partúm bene.
Mihi istaéc uidetur praéda praedatum írier,
Vt cúm maiore dóte abeat quam aduénerit.
Egone út quod ad me allátum esse alienúm sciam
Celém? minume istuc fáciet noster Daémones. 1245
Sempér cauere hoc sápientis aequíssumumst,
Ne cónscii sint ípsi maleficí[is] suis.
Ego †mihi cum lusi níl moror ullúm lucrum.

1225. *del Ca* | Hercules *vel* Hecules ‖ 1229. DAE. *CD*: *del Py* | dant *vel* danunt dant ‖ 1230. *add Py* ‖ 1232. GR. D^1: *corr* D^2 | melius illi: *trai Bent* ‖ 1234. pius: *corr Pareus* ‖ 1243. dote *vel* docte ‖ 1246. sapientis aequissimumst *vel* sapientissimum est ‖ 1247. *del Py* ‖

GR. Spectáui ego pridem cómicos ad istúnc modum
Sapiénter dicta dícere atque [i]is plaúdier, 1250
Quom illós sapientis móres monstrabá⟨n⟩t poplo.
Sed quom índe suam quisque íbant diuorsí domum,
Nullús erat illo pácto ut illi iússerant.
DAE. Abi íntro, ne moléstus, linguae témpera.
Ego tíbi daturus níl sum, ne tu frústra sis. 1255
GR. At égo deos quaeso, ut quídquid in illo uídulost,
Si aurúm, si argentumst, ómne id ut fiát cinis.
DAE. Illúc est quod nos néquam seruis útimur.
Nam †illic cum seruo síquo congressús foret,
Et ípsum sese et íllum furti adstríngeret. 1260
Dum praédam habere sé censeret, ínterim
Praeda ípsus esset: praéda praedam dúceret.
Nunc hínc intro ibo et sácrificabo: póstibi
Iubébo nobis cénam continuó coqui.

PLESIDIPPVS. TRACHALIO
ADVLESCENS SERVOS

PL. Íterum mihi istaec ómnia itera, mi ánime, mi Trachálio, 1265
Mí liberte, mí patrone, ímmo potius mí pater:
Répperit patrém Palaestra suom átque matrem? TR. Répperit.
PL. Ét popularis ést? TR. Opino[r]. PL. Et núpturast mihi? TR. Súspicor.
PL. Cénsen hodie déspondebit eám mihi, quaeso? TR. Cénseo.

1251. *add Py* | potio: *corr Ca* || 1258. nequam *vel* nequaquam || 1260. forti: *corr Py* || 1265—1280. *pers habent CD* || 1268. *del Bo* | nuptura est mihi *vel* mihi (*vel* mi) nuptura est ||

PL. Quíd, patri etiam grátulabor, quom íllam inuenit?
TR. Cénseo. 1270
PL. Quíd, matri eius? TR. Cénseo. PL. Quid érgo censes? TR. Quód rogas,
Cénseo. PL. Dic érgo, quanti cénses? TR. Egone? cénseo.
PL. Ádsum equidem, ne cénsionem sémper facias. TR. Cénseo.
PL. Quíd, si curram? TR. Cénseo. PL. An sic pótius placide? TR. Cénseo.
PL. Étiamne eam adueniéns salutem? TR. Cénseo. PL. Etiám patrem? 1275
TR. Cénseo. PL. Post éius matrem? TR. Cénseo. PL. Quid póstea?
Étiamne adueniéns complectar eíus patrem? TR. Non cénseo.
PL. Quíd, matrem? TR. Non cénseo. PL. Quid, eámpse illam? TR. Non cénseo.
PL. Périi, dilectúm dimisit: núnc non censet, quóm uolo.
TR. Sánus non es: séquere. PL. Duc me, mí patrone, quó lubet. 1280

ACTVS V

LABRAX
LENO

Quis mést mortalis míserior qui uíuat alter hódie,
Quem ad récuperatorís modo damnáuit Plesidíppus?

1273. At sume quidem: *corr Turn* ‖ 1274. curram *vel* curam ‖ 1279. Perii *vel* Peri ‖ 1281. mortalium: *corr Bent* ‖ 1282. Quem ad recuperatores *vel* Quae matre cuperato ris | plesidippus *vel* pleusidippus ‖

Abiúdicata a mé modost Palaéstra: perditús sum.
Nam lénones ex Gaúdio credo ésse procreátos:
Ita omnés mortales, síquid est malí lenoni, gaúdent.
Nunc álteram illam quaé meast uisam húc in Veneris fánum, 1286
Saltem út eam abducam, dé bonis quod réstat reliquiárum.

GRIPVS. LABRAX
PISCATOR LENO

GR. Numquam édepol hodie ad uésperum Gripum ínspicietis uíuom,
Nisi uídulus mihi rédditur. LA. Per⟨i⟩í: quom mentiónem
Fieri aúdio usquam uíduli, †quasi pálo pectus túndat. 1290
GR. Istíc scelestus líber est: ego qui ín mari prehéndi
Rete átque excepi uídulum, ei dareí negatis quícquam.
LA. Pro d[i]i ímmortales, suó mihi hic sermóne arrexit aúris.
GR. Cubitum hércle longis lítteris signábo iam usque quáque,
Siquís perdiderit uídulum cum auro átque argento múlto, 1295
A⟨d⟩ Grípum ut ueniat. nón feretis ístum, ut postulátis.
LA. Meum hércle illic homo uídulum scit quí habet, ut ego opínor.

1284. procreatos *vel* procreatores ‖ 1287. reliquiarum *vel* reliquarum ‖ 1288—1423. *pers habent CD* ‖ 1288. Nunc quam *vel* Nunquam ‖ 1289. redditur *vel* reddatur ‖ 1292. Rete *vel* Recte ‖ 1293. mihi hic *vel* hic ‖ 1294. iam usque *vel* usque ‖ 1296. gripum *vel* grippum ‖

Adeúndus mihi illic ést homo: di, quaéso, subueníte.
GR. Quid me íntro reuocas? hóc uolo hic ante óstium extergére.
Nam hocquidém pol e robígine, non ést e fer⟨r⟩o fáctum: 1300
Ita quánto magis extérgeo, rutilum átque tenuiús fit.
(Namquidem hóc uenenatú⟨m⟩st uerum: ita in mánibus consenéscit.)
LA. Aduléscens, salue. GR. Dí te ament cum inráso capite. LA. Quíd fit?
GR. Verum éxtergetur. ⟨LA.⟩ [A]Vt uales? GR. Quid tú? num medicus quaéso's?
LA. Immo édepol una líttera plus súm quam medicus. GR. Túm tu 1305
Mendícus es? LA. Tetigísti acu. GR. Vidétur digna fórma.
Sed quíd tibist? LA. Hac próxuma nocte ín mari †et alii
Confráctast nauis, pérdidi quicquíd erat miser ibi ómne.
GR. Quid pérdidisti? LA. Vídulum cum auro átque argento múlto.
GR. Ecquíd meministi in uídulo qui pér⟨i⟩it quid ibi infúerit? 1310
LA. Quid réfert, qui per⟨i⟩ít? †GR. Tamen si non hoc aliud fabulémur.
Quid, si égo sciam qui inuénerit? uolo éx te scire sígna.
LA. Nummi óctingenti auri * in marsúppio infuérunt,

1300. robigine *vel* rubigine | e fero (*vel* effero) factum est: *trai Bo* || 1301. quanti: *corr Pius* || 1302. *secl Guy* | uenenatust *vel* uenatust: *corr Bo* || 1304. extergetur aut || 1305. LA. *praem C* (*om* GR.), GR. *bis D* || 1306. Mendicus *vel* Medicus || 1308. Contra facta est: *corr Py* || 1310. Ecquid *vel* Eo quid | infuere tibi: *trai Bent* || 1311. *add Py* || 1313. auri in *vel* aurii: *lac sign Schoe* ||

Praetérea centum †mna Philippia ín pasceolo sórsus.
GR. Magna hércle praedast: lárgiter mercédis indipíscar: 1315
Di | hómines respiciúnt: bene ergo híne praedatus íbo.
Profécto | huius est uídulus. perge ália tu expedíre.
LA. Taléntum argenti cómmodum magnum ínerit in crumína,
Praetérea sinus, cántharus, epíchysis, gaulus, cýathus.
GR. Papaé: diuitias tú quidem habuísti luculéntas. 1320
LA. Miserum ístuc uerbum et péssumumst 'habuísse et nil habére'.
GR. Quid dáre uelis qui istaéc tibi inuestíget indicétque?
Elóquere propere céleriter. LA. Nummós trecentos. GR. Tríc[h]as.
LA. Quadringéntos. GR. Tramas pútidas. LA. Quingéntos. GR. Cassam glándem.
LA. Sexcéntos. GR. Curculiúnculos minútos fabuláre. 1325
LA. Dabo séptingentos. GR. Ós calet tibi: núnc id frig[id]efáctas.
LA. Millé dabo nummum. GR. Sómnias. LA. Nil áddo. †GR. Abi igitur. LA. Aúdi.
GR. Si hercle ábiero hinc, hic nón ero. LA. Vin céntum et mille? GR. Dórmis.
LA. Elóquere quantum póstules. GR. Quo níl inuitus áddas,

1314. centum denaria philippea *et* seorsum *Nonius* ‖ 1316. ergo *vel* ego ‖ 1319. epichisis cantharus: *trai Bo* | caulus ‖ 1320. Parae ‖ 1321. istuc *vel* quidem istuc ‖ 1326. Dabo *vel* Dabos | nungit: *corr Ca* | frigede (*vel* frigide) factas ‖ 1327. nummum *vel* nummos ‖ 1329. Quo *vel* Quom ‖

Taléntum magnum: nón potest tri⟨ó⟩bolum hinc abésse: 1330
Proin tú uel aias uél neges. LA. Quid istíc? necessumst, uídeo:
Dabitúr talentum. GR. Accédedum huc: Venus haéc uolo adrogét te.
LA. Quod tíbi lubet, id mi ímpera[t]. GR. Tange áram hanc Veneris. LA. Tángo.
GR. Per Vénerem hanc iurandúmst tibi. LA. Quid iúrem? GR. Quod iubébo.
LA. Prae⟨i⟩ uérbis quiduis: †id quód domist, numquam úlli supplicábo. 1335
GR. Tene áram hanc. LA. Teneo. GR. Déiera te mi árgentum datúrum
Eodém die ⟨tui⟩ uíduli ubi sís potitus. LA. Fíat.
[GR.] Venus Cýrenensis, téstem te testór mihi,
Si uídulum illum, quém ego in naui pérdidi,
[GR.] Cum auro átque argento sáluom inuestigáuero 1340
Isque ín potestatém meam peruénerit:
⟨Tum ego huíc —⟩ GR. 'Tum ego huic Gripo', ínquito et me tángito.
LA. Tum ego húic, Gripo díco, Venus, ut tu aúdias,
Taléntum argenti mágnum continuó dabo.
GR. †Si fraudassis, díc ut te in quaestú tuo 1345
Venus éradicet cáput atque aetatém tuam.
Tecum hóc habeto támen, ubi iuráueris.
LA. Illaéc aduorsum síquid peccassó, Venus,
Venerór te ut omnes míseri lenonés si⟨e⟩nt.

1331. alas: *corr D* (uel tu ais uel negas *Donatus*) ‖ 1333. aram *vel* haram ‖ 1334. iubebo *vel* iubeo ‖ 1335. numquam *vel* numqui | uili ‖ 1336. Tene haram *vel* Teneram | Deiura: *corr Bent* ‖ 1337. *suppl Sey* ‖ 1338. GR. *D*: *del Schoe* | testem *vel* ‡ testorem ‖ 1340. GR. *CD* | Quam auro ‖ 1342. *suppl Schoe* ‖ inquito *vel* dico inquito ‖ 1348. illa egat (*vel* negat) uorsum: *corr Mue* ‖ 1349. *add Py* ‖

GR. Tamen fíet, etsi tú fidem seruáueris. 1350
Tu hic ópperire: iam égo faxo exibít senex:
Eum tú continuo uídulum repóscito.
LA. Si máxume mihi illúm reddiderit uídulum,
Non égo illi⟨c⟩ hodie débeo trióbolum.
Meus árbitratust, língua quod iurét mea. 1355
Sed cónticiscam: eccum éxit et ducít senem.

GRIPVS. DAEMONES. LABRAX
PISCATOR SENEX LENO

GR. Séquere hac. ⟨DAE.⟩ Vbi istic lénost? ⟨GR.⟩ Heus tu: ém tibi, hic habet uídulum.
DAE. Hábeo et fateor ésse apud me: et, sí tuos est, habeás tibi:
Ómnia ut †quicquid ínfuere ita sálua sistentúr tibi.
Téne, si tuost. LA. O di ímmortales: méus est. salue, uídule. 1360
DAE. Túosne est? LA. Rogitas? sí quidem hercle Ióuis fuit, meus ést tamen.
DAE. Ómnia insunt sálua: una istinc cístella exceptást modo
Cúm crepundiís, quibuscum hodie fíliam inuení meam.
LA. Quám? DAE. Tua quae fuít Palaestra, ea fília inuentást mea.
LA. Béne mehercle fáctumst: quom istaec rés tibi ex ⟨s⟩enténtia 1365
Púlcre euenit, gaúdeo. DAE. Istuc fácile non credó tibi.
LA. Ímmo hercle, ut sciás gaudere mé, mihi trióbolum

1353. LA. *om C* ‖ 1354. *add Fl* | triobolum *vel* triobulum (*item 1367*) ‖ 1355. ungua ‖ 1356. contigiscam ‖ 1357. *add Fl* | leno et: *corr Ca* | em *vel* hem ‖ 1360. GR. *vel* LA. ‖ 1361. GR. rogitas ‖ 1365. mehercle *vel* hercle | *add D* ‖ 1367. me *vel* mei ‖

Ób eam ne duís: condono té. DAE. Benigne edepól facis.
LA. Ímmo tu quidem hércle uero. GR. Heús tu, iam habes uídulum?
LA. Hábeo. GR. Propera. LA. Quíd properabo? GR. Réddere argentúm mihi. 1370
LA. Néque edepol tibi dó neque quicquam débeo. GR. Quae haec fáctios⟨t⟩?
Nón debes? LA. Non hércle uero. GR. Nón tu iuratús mihi's?
LA. Iúratus sum, et núnc iurabo, síquid uoluptatíst mihi:
Iús iurandum reí seruandae, nón perdendae cónditumst.
GR. Cédo sis mihi taléntum magnum argénti, peri[t]uríssume. 1375
DAE. Grípe, quod tu istúm talentum póscis? GR. Iuratúst mihi
Dáre. LA. Lubet iuráre: tun meo póntifex peiúrio's?
⟨DAE.⟩ Quá pro re argentúm promisit híc tibi? GR. Si uídulum
Húnc redegissem ín potestatem éius, iuratús⟨t⟩ dare
Míhi talentum mágnum argenti. LA. Cédo quicum habeam iúdicem, 1380
Ní dolo malo ínstipulatus sís siue etiamdúm siem
Quínque et uiginti ánnos natus. GR. Hábe cum | hoc. LA. Aliióst opus.
⟨DAE.⟩ Iám ab isto †auferre aut sim si ístunc condemnáuero.
[DAE.] Prómisisti⟨n⟩ huíc argentum? LA. Fáteor. DAE. Quod seruó ⟨meo⟩

1368. duis *vel* dius ‖ 1374. seruandae *vel* reseruandae ‖ 1377. tum | peiurio *vel* pelurio ‖ 1378. *add* D^2 ‖ 1379. *add Lamb* ‖ 1381 sq. siue *et* annos natus *Priscianus*: niue *et* natus annos ‖ 1383. *add Ca* ‖ 1384. *del Py* | *add Reizius* | # Inteor # *vel* GR. Intueor LA. (DAE. *corr D*) | *suppl Py* ‖

Prómisisti, méum esse oportet. né tu, leno, póstules
Te híc fide lenónia uti: nón potes. GR. Iam té ratu's 1386
Náctum hominem quem défraudares? dándum huc argentúmst probum:
Íd ego continuo huíc dabo, adeo mé ut hic emittát manu.
DAE. Quándo ergo erga té benignus fúi atque operá mea
Haéc tibi sunt seruáta — GR. Immo hercle meá, ne tu dicás tua. 1390
DAE. Sí sapies, tacébis — tum te míhi benigne itidem áddecet
Béne merenti béne ⟨re⟩ferre grátiam. LA. Nempe pró meo
Iúre oras? DAE. Mirúm quin tuom ius meó periclo aps te éxpetam.
GR. Sáluos sum: lenó labascit: líbertas porténditur.
DAE. Vídulum istu⟨n⟩c ílle inuenit: íllud mancipiúm meumst. 1395
Égo tibi hunc porró seruaui cúm magna pecúnia.
LA. Grátiam habeo et dé talento núlla causast quín feras,
Quód isti sum iurátus. GR. Heus tu, míhi dato ergo, sí sapis.
DAE. Tácen an non? GR. Tun meám re⟨m⟩ simulas ágere: tibi mu * * *.
Nón hercle istoc me ínteruortes, si áliam praedam pérdidi. 1400
DAE. Vápulabis, uérbum si adde⟨s⟩ †istuc unum. GR. Vel hercle énica:

1385. Promisisti *vel* Promisti | oportet *vel* oporte || 1386. lenon (*vel* lenoni) lauti | ratus: *corr Reizius* || 1387. defraudandum dares dandum: *corr B* | huc *vel* huic || 1388. LA. *praem D* || 1389. tibi nignus *vel* tibi benignus: *corr Ca* || 1390 sq. *dist Lamb* || 1391. benione | itidem addem || 1392. *add Lamb* || 1393. *dist Bo* || 1395. istic: *corr Dousa* || 1397. habeo *vel* habeto || 1399. Tum | *lac sign libri* ||

Nón tacebo umquam álio pacto, nísi talento cón-
primor.
LA. Tíbi operam hicquidem dát: tace[bo]. DAE. Con-
céde hoc tu lenó. LA. Licet.
GR. Pálam age, nolo ego múrmurillum néque susur-
rum fíeri.
DAE. Díc mihi, quanti íllam emisti tuam álteram
muliérculam 1405
Ámpeliscam? LA. Mílle nummum dénumeraui. DAE.
Vín tibi
Cóndicionem lúculentam fér⟨r⟩e me? LA. Sané
uolo.
DAE. Díuiduom taléntum faciam. LA. Béne faci[a]s.
DAE. Pro illa áltera,
Líbera ut sit, dímidium tibi súme, dimidium húc
cedo.
LA. Máxume. DAE. Pro illó dimidio égo Grip[h]um
emittám manu, 1410
Quém propter tu uídulum et ego gnátam inueni.
LA. Béne facis:
Grátiam habeo mágnam. GR. Quam mox mi árgen-
tum ergo rédditur?
DAE. Rés solutast, Gríp[h]e: ego habeo. GR. Át ego
me hercle máuolo.
DAE. Níl hercle hic tibist, né tu speres: iúris iu-
randí uolo
Grátiam faciás. GR. Perii hercle: nísi me suspendo,
óccidi. 1415
Númquam hercle iterum défraudabis mé quidem
post húnc diem.
DAE. Híc hodie cenáto, leno. LA. Fíat: condició
placet.

1402. tacebo *vel* tabebo ‖ 1403. *del Guy* ‖ # licet *vel* licet: *corr Py* ‖ 1404. ego murmurillum *Nonius*: murmur illum (*vel* ullum) ‖ 1406. nummum *vel* nummos ‖ 1407. GR. *vel* LA. ‖ 1409. huc *vel* huic ‖ 1413. (soluta) est *vel* es | Hercle at (*vel* ad) ego me: *trai Stu* ‖ 1415. faciam | Perii *vel* Peri ‖

DAE. Séquimini intro. spéctatores, uós quoque ad cenám uocem,
Ní daturus níl sim neque sit quícquam polluctí domi,
Níue adeo uocátos credam uós esse ad cenám foras. 1420
Vérum si uolétis plausum fábulae huic clarúm dare,
Cómisatum omnés uenitote ád me ad annos sédecim.
(Vós hic hodie cénatote ambó. ⟨GR. ET LA.⟩ Fiat. plausúm date.)

1419. sim *vel* sum || 1420. Neue: *corr Dousa* || 1424. *secl Weisius* | *add Schoe* | fiat *vel* fiat # ||

Rufinus comm. in metr. Ter. p. 561, 3 K.: Sisenna in Rudente sic . . . postea sic 'latronem producit metri causa'.

Diomedes p. 380, 15 K.: Plautus . . . . conpositum efficit in Rudente[m] 'ollas (*vel* ullas) abstulas' ut sit instans abstulo.

T. MACCI PLAVTI

STICHVS

GRAECA ADELPHOE MENANDRV
ACTA LVDIS PLEBEIS
CN · BAEBIO C · TERENTIO AED · PL ·
⟨EGIT⟩
T · PVBLILIVS PELLIO
⟨MODOS FECIT⟩
MARCIPOR OPPII
TIBIIS SARRANIS TOTAM

C · SVLPICIO C · AVRELIO COS ·

PERSONAE

PANEGYRIS [PHILVMENA] } SORORES
PAMPHILA (?)
ANTIPHO SENEX
GELASIMVS PARASITVS
CROCOTIVM ANCILLA
PINACIVM PVER
EPIGNOMVS (?) } FRATRES
PAMPHILIPPVS
STICHVS } SERVI
SA[N]GARINVS
STEPHANIVM ANCILLA
TIBICEN

ARGVMENTVM I

Duás sorores * * * * * * *
Duo f⟨rátres⟩ * * * * * * * * *
Rem quaér⟨unt⟩ * * * * * * * * *
* s * * * * * * * * * * *
Soror * * * * * * * * * * 5
Pa⟨ter⟩ * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
R * * * * * * * * * * * *
Fac * * * * * * * * * * *

Solus habet A: suppl Stu ‖

ARGVMENTVM II

Senéx castigat fílias, quod eaé uiros
Tam pérseuerent péregrinantis paúperes
Ita sústinere frátres neque relínquere.
Contráque uerbis délenitur cómmodis,
Habére ut sineret quós semel nactaé forent. 5
Virí reueniunt ópibus aucti tráns mare:
Suam quísque retinet, ác Sticho ludús datur.

4. que *vel* quae || 5. nactae *vel* inacta || 7. retineat *vel* retinat ||

ACTVS I

PANEGYRIS. PAMPHILA
SORORES II

PAN. Credo ego miseram fuisse Penelopam,
Soror, suo ex animo, quae tam diu uidua
Viro suo caruit: nam nos eius animum 2[b]
De nóstris factis nóscimus, quarúm uiri hinc apsunt,
†Quorúmque nos negótiis apséntum, ita ut aequomst,
Sollícitae noctes ét dies, sorór, sumus semper. 5
PA. Nostrum ófficium nos fácere aequomst:
Neque íd magis facimus quam nós monet pietas.
Sed hic, méa soror, adsídedum: multá uolo tecum 7[b]
Loquí de re †uiri. ⟨PAN.⟩ Saluéne, amabo?
PA[N]. Speró quidem et uoló. sed hoc, soror, crúcior:
Patrém tuom meúmque adeo, unice qui únus 10. 11
Ciuíbus ex omnibús probus perhibétur,
Eúm nunc inprobí uiri officio úti, 13. 14
Virís qui tantas apséntibus nostris 15

Personarum notas constanter om B, haud raro cum D tum C; suppletas in mediis versibus nisi spatia quoque desunt non significavimus ‖ 1 sq. *et* 6. 7[a] *et* 8. *sic discr B: binos pro singulis habet A* ‖ 1—2[b]. *cf. ad Pseud. 263* ‖ 1. penelopam (*sic A*) *vel* penolopam ‖ 4. absentum: APSENTIUM | ITAUTAEQUOMEST: ut est aeq(u)um ‖ 5. et (*sic A*) *vel* sed ‖ 7[b]. mea soror: SOROR | ASSIDEDUM: adsidum ‖ 9. EQUIDEM ‖

Facit íniurias inmérito
Nosque áb eis abducére uolt.
Haec rés uitae me, sóror, saturant,
Haec míhi diuidiae et sénio sunt.
PA⟨N.⟩ Ne lácruma, soror, neu túo id animo
Fac quód tibi [tuos] pater faceré minatur.
Spes ést eum melius fácturum.
Noui égo illum: ioculo istaéc dicit:
Neque illé sibi mereat Pérsarum
Montís qui esse aurei pérhibentur,
Vt istúc faciat quod tú metuis.
Tamen sí faciat, minume írasci
Decet: néque id immerito euéniet.
Nam uíri nostri domo ut ábierunt,
Hic tértius⟨t⟩ annus — ⟨PA.⟩ Ita út memoras.
⟨PAN.⟩ Quom ipsi ínterea uiuánt, ualeant,
Vbi sínt, quid agant, ecquíd agant,
Neque párticipant nos néque redeunt.
⟨PA.⟩ An id dóles, soror, quia illi suom ófficium
Non cólunt, quom tu tuom fácis? PAN. Ita pol.
PA. Tace sís: caue sis audíam ego istuc
Posthác ex te. PAN. Nam quíd iam?
PA. Quia pól meo animo omnis sápientis
Suom offícium aequomst colere ét facere.
Quam ob rem égo te hoc, soror, tam etsí's maior,
Moneo út tuom memineris ófficium:
Et si ílli improbi sint átque aliter
†Nos fáciant quam aequomst, tám pol
†Nequid magis sit omnibus obnixe opibus
Nostrum ófficium meminísse decet.
PAN. Placet: táceo. PA. At memineris fácito.

---

16 sq. *compr B* ‖ 17. EIS: is *vel* his ‖ 18 sq. HAEC: hae (*bis*) | MIHI: mi ‖ 20. NELACRIMA: Neu lacruma ‖ 21. *del Bo* ‖ 27. Tamen si: TAMETSI ‖ 30. t *add Ri* ‖ 35. COEUNT | QUOMTU: cum ‖ 37. 38. *inv A* ‖ 38. POSTHAC: Caue posthac | QUID: qui (*corr D*) ‖ 41. SOROREGOHOCTE ‖ 44. TAM: tamen ‖ 45. SIT: simus | obnixe (*sic A*) *vel* obnoxiae ‖ 47. #TACEO# ‖

(⟨PAN.⟩ Nolo égo, soror, me crédi esse inmemorém uiri:
Neque ille eós honores míhi quos habuit pérdidit.
Nam pól mihi grata accéptaque huiust benígnitas: 50
Et mé quidem haec condício nunc non paénitet
Nequést quor [non] studeam has núptias mutárier.
Verúm postremo in pátris potestatést situm:
Faciéndum id nobis quód parentes ímperant.
⟨PA.⟩ Scio átque in cogitándo maerore aúgeor: 55
Nam própe modum iam osténdit suam senténtiam.
⟨PAN.⟩ Igitúr quaeramus nóbis quid facto úsus sit.)

ANTIPHO. PAMPHILA. PANEGYRIS
SENEX SORORES II

AN. Quí manet ut moneátur semper séruos homo officiúm suom
Néc uoluntate id fácere meminit, séruos is habitu haú probust.
Vós meministis quótcalendis pétere demensúm cibum:
Quí minus meministís quod opus sit fácto facere in aédibus? 61
Iámquidem in suo quicqué loco nisi erit míhi situm supelléctilis,
Quom égo reuortar, uós monimentis cómmonefaciam búbulis.
Nón homines habitáre mecum míhi hic uidentur, séd sues.
Fácite sultis nítidae ut aedes meaé sint, quom redeám domum. 65

48—57. *om A* ‖ 50. pol mihi *vel* mihi pol ‖ 51. haec *vel* hoc | penitet *vel* petiit et *vel* periit et ‖ 52. *del Guy* ‖ 57. facio: *corr D* ‖ 58. manet: MONEAT ‖ 59. Nec (*sic A*) *vel* Nam | is: HIS | HAUPROBUST: aut probust (*vel* probus st) ‖ 60. QUOT: quod | calendis (*sic A*) *vel* kalendis ‖ 62. quicque (*sic A*) *vel* quique | SUPELLECTILIS: suppellectilis ‖ 63. MONIMENTIS: monumentis ‖ 64. mihi hic: MIHI ‖ 65. FACITESULTIS: facite *cum spat vel* faciete sulcis ‖

Iam égo domi adero: ad meám maiorem fíliam inuisó modo.
Síquis me quaeret, índe uocatote áliqui: aut iam egomet híc ero.
PA[N]. Quíd agimus, soror, si óffirmabit páter aduorsum nós? PA⟨N.⟩ Pati
Nós oportet quód ille faciat, quoíus potestas plús potest.
Exorando, haud áduorsando súmendam operam cénseo.
Grátiam a patré si petimus, spéro ab eo impetrássere: 71
Áduorsari síne dedecore et scélere summo haud póssumus,
Néque equidem id factúra neque tu ut fácias consiliúm dabo,
Vérum ut exorémus. nóui ego nóstros: exorábilest.
⟨AN.⟩ Príncipium ego quo pácto cum illis óccipiam, id ratiócinor: 75
Vtrum ego perplexím lacessam orátione ad húnc modum,
Quási numquam quicquam ádeo adsimulem, an quási quid indaudíuerim
Eás in se meruísse culpam: an pótius temptem léniter
Án minacitér. scio litis fóre: ego meas noui óptume.
Sí manere hic sése malint pótius quam alio núbere, 80
Nón faciam: quid mi ópust decurso aetátis spatio cúm ⟨m⟩eis

---

66. MODO: domum ‖ 68. OFFIRMAUIT | PA. pati *vel* apati: PATI ‖ 70—83. *hoc ordine A: 80—83. 75—79. 70—74 reliqui* ‖ 70. haud aduersando (*sic A*) *vel* aduersando ‖ 71. PA. *praem. D* | GRATIAMPERSIPETIMUS | impetrassere (*sic A*) *vel* impetrasse ‖ 72. ADUERSARISINE: Aduersariis in | possumus (*sic A*) *vel* possumi ‖ 73. EQUIDEMISFACTURA: ego factura sum: *corr Brixius* | TEUT ‖ 74. EXORABILIST: exorabile est ‖ 75. cum illis: ILLI ‖ 76. ego *et* lacessam (*sic A et Nonius* [ergo *L*] *Charisiusque*) *vel* ergo *et* lasessam (*vel* lascessam) | orationem *Nonius et Charisius* ‖ 77. ADEOADSIMULEM: in eas simulem | QUID: nihil | INAUDIUERIM: inde audiuerim: *corr Pareus* ‖ 78. leniter (*sic A*) *vel* leuiter ‖ 79. LITUS | noui optume (*sic A*) *vel* optume noui ‖ 81. *add Lomanus* ‖

Gérere bellum, quóm nil quam ob rem id fáciam me ruisse árbitror?
Mínume: nolo túrbas. sed hoc mihi óptumum factu árbitror,
Síc faciam: adsimulábo quasi quam cúlpam in sese admíserint:
Pérplexabilitér earum hodie pérpauefaciam péctora. 85
Póstid †agam igitur deínde ut animus méus erit faciám palam.
Múlta scio faciúnda uerba: ibo íntro. sed apertást foris.
PA. Cérto enim mihi patérnae uocis sónitus auris áccidit.
PAN. Ís est ecastor: férre aduorsum homini óccupemus ósculum.
PA. Sálue, mi pater. [P]AN. Ét uos ambae. ílico agite [istic] adsídite. 90
PA. Ósculum. [P]AN. Sat est ósculi mihi uóstri. PA. Qui, amabó, pater?
AN. Quía ita meae animaé salsura euénit. PA. Adside híc, pater.
[P]AN. Nón sedeo istic: uós sedete: ego sédero in subséllio.
PA. Máne puluinum. [P]AN. Béne procuras míhi: satis sic fultúmst: sede.
PA. Síne, pater. AN. Quid opúst? PA. Opust. AN. Morem tíbi geram. atque hoc ést satis. 95
⟨PA.⟩ Númquam enim nimis curáre possunt suóm parentem fíliae.

---

82. QUAMNIHIL: cum nihil | IDFACIAM: faciam ‖ 83. TURBES ‖ 84. adsimulabo (*sic A*) *vel* adsemulabo | QUASIQUOM: quasi aliquam: *corr Ri* | INSE ‖ 86. PALAM: patam *vel* pacem ‖ 87. MULPA ‖ 89. HOMINI: hominem ‖ 90. mi (*sic A*) *vel* me | PATERET | ISTICADSIDITE: ascidite *vel* abscedite ‖ 91. *del D* | OSOSCULIMIHI: osculi mihi *vel* mihi osculi | ambo *Festus* ‖ 92. salsurae uenit asside: *corr ex A* ‖ 93. *del D* | SEDEREIN ‖ 94. *del D* | fultum est: FULTUST# | SEDE: mihi ‖ 95. OPUSTMOREM | HIC | est satis (*sic A*) *vel* satis est ‖ 96. PARE(*vel* Ẽ)TEM ‖

Quem †aequiust nos potiórem habere quám te? postideá, pater,
Víros nostros, quibus tú uoluisti ésse nos matres fámilias?
AN. Bónas ut aequomst fácere facitis, quóm tamen apsentís uiros
Proínde habetis quási praesentes sínt. PA. Pudicitiást, pater,
Eós nos magnificáre qui nos sócias sumpserúnt sibi.
AN. Númquis hic est aliénus nostris díctis auceps aúribus?
PAN. Núllus praeter nósque teque. AN. Vóstrum animum adhiberí uolo.
Nám ego ad uos nunc ímperitus rérum et morum múlierum
Díscipulus uenio ád magistras: quíbus matronas móribus
Quae óptumae sunt ésse oportet, séd utraque ut dicát mihi.
PAN. Quíd istuc est quod huc éxquaesitum múlierum morés uenis?
AN. Pól ego uxorem quaéro, postquam uóstra mater mórtuast.
PA. Fácile inuenies ét peiorem et péius moratám, pater,
Quam ílla fuit: meliórem neque tu réperies neque sól uidet.
AN. Át ego ex te exquaero átque ex istac tuá sorore. PA. Edepól, pater,
Scío ut oportet ésse, si sint íta ut ego aequom cénseo.

---

97. QUEM: Qum *vel* Cum | habere (*sic A*) *vel* haberem || 99. AN. *solus D* | AEQUOST || 100. PROINDE: Perinde | habetis (*sic A*) *vel* habetist̃ | QUASI: quas (*corr D*) | SIENT || 101. EOSNOS: Enos | QUI: quis (*corr D*) || 103. TEQ·: te qui || 106. sed: OSED || 107—109. *pers add* D^2 || 107. EXQUISITUM || 110. SOLUIDET: uidet sol || 111. EXQUERO: exquiro | PA. *pro* # D^2 ||

⟨AN.⟩ Vólo scire ergo ut aéquom censes. PA. Vt, per urbem quom ámbulent,
Ómnibus os optúrent, nequis mérito male dicát sibi.
AN. Díc uicissim núnciam tu. PAN. Quíd uis tibi dicám, pater?
⟨AN.⟩ Vbi facillumé spectatur múlier quae ingeniót bono?
⟨PAN.⟩ Quoí male faciundíst potestas, quaé ne id faciat témperat.
⟨AN.⟩ Haú male istuc. age tu †altera utra sít condicio pénsior,
Vírginemne an uíduam habere? PA. Quánta mea sapiéntiast,
Éx malis multís malum quod mínumumst, id minumést malum.
⟨AN.⟩ Quí potest muliér uitare uítiis? PA. Vt cotídie
Prídie caueát, ne faciat quód pigeat postrídie.
⟨AN.⟩ Quaé tibi muliér uidetur múlto sapientíssuma?
⟨PAN.⟩ Quaé tamen, quom rés secundae súnt, se poterit gnóscere,
Ét illa quae aequo animó patietur síbi esse peius quám fuit.
AN. Édepol uos lepidé temptaui uóstrumque ingenium íngeni.
Séd hoc est quod ad uos uénio quodque esse ámbas conuentás uolo:
Mi aúctores ita súnt amici, ut uós hinc abducám domum.
PAN. Át enim nos quarúm res agitur áliter auctorés sumus.

---

113. PA. *pro* # (*om A*) D^2 ‖ 115 sq. *pers pro* # D^2 ‖ 117. IDFACIAT: faciat id ‖ 118. Hau (*sic A*) *vel* Haud | CONDICIO: condicior ‖ 119. UIRGINEMNE: Virginem an: *corr Ac* | #QUANTAMEA: quanta meas ‖ 120. EX: E | IDMINIMEST: id minimum est ‖ 121. *add Spengelius* | potest: POTIE(*vix* U)SREST | PA. *pro* # (*om B*) *Spengelius* | cotidie (*sic A*) *vel* cottidie ‖ 122. posttridie (*sic A*) *vel* postridie ‖ 124. noscere: COGNOSCERE (*corr Ri*) ‖ 129. PAN. *solus D* ‖

Nam aút olim, nisi tíbi placebant, nón datas opórtuit 130
Aút nunc non aequómst abduci, páter, illisce apséntibus.
AN. Vósne ego patiar cúm mendicis núptas me uiuó uiris?
PA. Plácet ille meus míhi mendicus: súos rex reginaé placet.
Ídem animust in paúpertate qui ólim in diuitiís fuit.
AN. Vósne latrones ét mendicos hómines magni pénditis? 135
PAN. Nón tu me argentó dedisti opínor nuptum, séd uiro.
AN. Quíd illos exspectátis qui abhinc iam ábierunt triénnium?
Quín uos capitis cóndicionem ex péssuma primáriam?
PAN. Stúltitiast, patér, uenatum dúcere inuitás canes.
Hóstis est uxór inuita quaé uiro nuptúm datur. 140
AN. Cértumnest neutrám uostrarum pérsequi imperiúm patris?
PA. Pérsequimur: nam quó dedisti núptum abire nólumus.
AN. Béne ualete: ibo átque amicis uóstra consilia éloquar.
PAN. Próbiores, credo, árbitrabunt, sí probis narráueris.
AN. Cúrate igitur fámiliarem rém ut potestis óptume.
PAN. Núnc places, quom récte monstras: núnc tibi auscultábimus. 146
Núnc, soror, abeámus intro. PA. Ímmo interuisám domum.

---

132. AN. *solus D* (*item 135. 137. 141. 143. 145*) | nuptas (*sic A*) *vel* nuptias | uiuo (*sic A*) *vel* uitio || 133. *pers add* D^2 (*item 136. 139. 142. 144. 146*) | MIHIMEUS | MENDICUS: mendicis || 136. TUME: me tu | opinor (*sic A*) *vel* op nor || 140. UIRO: ad uirum || 141. neutram (*sic A*) *vel* neutrum || 144. uero *pro* credo *Nonius* | arbitrabunt (*sic Nonius et A*) *vel* arbitrarunt || 145. Curate (*sic A*) *vel* Qurate || 146. PLACES: placet | AUSCULTAUIMUS || 147. abeamus (*sic A*) *vel* habeamus | PA. *pro* # D^2 ||

Si áb uiro tibi fórte ueniet núntius, facito út sciam.
⟨PAN.⟩ Néque ego te celábo neque tu mé celassis quód scias.
Ého Crocotium, í, parasitum Gélasimum huc arcéssito:
Técum adduce. nám illum ecastor míttere ad portúm uolo,
Síquae forte ex Ásia nauis héri | aut hodie uénerit.
Nám dies totós apud portum séruos unus ádsidet:
Séd tamen uolo ínteruisi. própera atque actutúm redi.

ACTVS II

GELASIMVS. CROCOTIVM
PARASITVS ANCILLA

GE. Famem égo fuisse súspicor matrém mihi:
Nam póstquam natus súm, satur numquám fui.
Neque quísquam melius réferet matri grátiam,
(Quam egó matri meaé refero inuitíssumus.)
Neque réttulit quam ego réfero meae matrí Fami.
Nam illa mé⟨d⟩ in aluo ménses gestauít decem:
At égo illam in aluo gésto plus annós decem.
Atque ílla puerum mé gestauit páruolum,
Quo mínus laboris cépisse illam exístumo:
Ego nón pausillulam ín utero gestó famem,

---

148. AB: a | PAN. facito D^2 || 149. *add Ac* | SCIAS: scies || 150. crocotium i *vel* crocoticium: CROCOTIUM | HIC || 153. portum (*sic A*) *vel* porcum || 154. tamen (*sic A*) *vel* tarien | ATQ·ACTUTUM: actutum || 155. FAMEMEGO: Famem | fuisse suspicor: SUSPICORFUISSE || 156. postquam (*sic A*) *vel* posquam || 157. *solus habet A* || 158ᵃ. *secl Sey* | matri meae: MEAEMATRI || 158ᵇ. *om A* (fami *hinc habet Charisius*) || 159. Nam (*sic A*) *vel* Na | *add Ri* || 160. *post hunc v. A habet v. 165 sq.* || 162. CEPISSEILLAM: illam cepisset (*vel* cepisst) || 163. EGO: At ego | non: NUNC | PAUSILLULAM: pauxillulam | GESTOFAMEM: gestor amem ||

Verum hércle multo máxumam et grauíssumam.
Vterí dolores †mihi oboriuntur cotídie: 165
Sed mátrem parere néqueo nec quid agám scio.
†Auditaui saépe hoc uolgo dícier,
Solére elephantum gráuidam perpetuós decem
Esse ánnos: eius ex sémine haec certóst fames:
Nam iám complures ánnos utero haerét meo. 170
Nunc sí ridiculum | hóminem quaerat quíspiam,
Venális ego sum cum órnamentis ómnibus.
Inánimentis éxplementum quaérito.
Gelásimo nomen míhi indidit paruó pater,
Quia inde iam á pausillo púero ridiculús fui. 175
Proptér pauperiem hoc ádeo nomen répperi,
Eo quía paupertas fécit ridiculús forem:
Nam illa ártis omnis pérdocet, ubi quem áttigit.
Per annónam caram díxit me natúm pater:
Proptérea, credo, núnc essurio | ácrius. 180
Sed géneri nostro haec rédditast benígnitas:
Nullí negare sóleo, siquis me essúm uocat.
Orátio una intériit hominum péssume,
Atque óptuma hercle méo animo et scitíssuma,
Qua ante útebantur: 'uéni illo ad cenam: síc face:
Promítte uero: né grauare: est cómmodum? 186
Volo ínquam fieri: nón amittam quín eas.'
Nunc réppererunt iam eí uerbo uicárium —

---

165. *cf. ad v. 160* | UTERI: Vt teri di | cotidie (*sic A*) *vel* cottidie ‖ 166. NECQUIDAGAMSCIO: nescio quomodo ‖ 167 sq. AUDITAUI (*item Paulus*): Autdiui *vel* audiui | uolgo (*sic A*) *vel* uologo | SOLERE *s. f. v. 167 habet A* | GRAUIDAS (*et s. v.* AM) ‖ 169. HAEC: hac | FAMIS ‖ 171. QUAERAT: quaeret ‖ 173. EXPLEMENTUM: exi plementum (*vel* sup[p]lementum) ‖ 175. 176. *inv libri: trai Ac* ‖ 175. PAUSILLO: pausi illo (*vel* illos) ‖ 176. PAUPERIEM: paupertem *vel* paupertatem | REPPERIT ‖ 178. ARTISOMNIS: omnis artes ‖ 180. ESSURIO: esurio ‖ 182. NULLIS | negare (*sic A*) *vel* nugare | MEESSUM: essum me ‖ 183. INTERIIT: interit ‖ 184. SCITISSUMA: scitis summa ‖ 185. ad (*sic A*) *vel* ac ‖ 186. PROMITTE: Promitto ‖ 187. FIERI: fleri ‖ 188. IAMEI: ei ‖

Nilí quidem hercle uérbumst ac uilíssumum —:
'Vocém te ad cenam, nísi egomet ceném foris.' 190
Ei hércle ego uerbo lúmbos di⟨f⟩fractós uelim,
†Ni uére perierít, si cenassít domi.
Haec uérba subigunt mé⟨d⟩, ut mores bárbaros
Discam átque ut faciam praéconis compéndium
Itaque aúctionem praédicem, ipse ut uénditem. 195
CR. Hic illést parasitus quem árcessitum míssa sum:
Quae lóquitur auscultábo, prius quam cónloquar.
⟨GE.⟩ Sed cúriosi súnt hic complurés mali,
Aliénas res qui cúrant studio máxumo,
Quibus ípsis nullast rés quam procurént sua. 200
Ei quándo quem auctiónem facturúm sciunt,
Adeúnt, perquirunt quíd siet causae ílico:
Aliénum aes cogat án pararit praédium:
Vxórin sit reddénda dos diuórtio.
Eos ómnis tam etsi hercle haúd indignos iúdico 205
Qui múltum miseri sínt, laborent, níl moror.
Dicam aúctionis caúsam, ut damno gaúdeant —
Nam cúriosus némost quin sit máleuolus —:
[Ipse égomet quam ob rem | aúctionem praédicem:] 208[b]
Damna éuenerunt máxuma miseró mihi.

189. NIHILI: nihil | UERBUMETACUILISSIMUM: uerbum aculissimum: *corr Abraham* ‖ 191. hercle ego: HERCLE | defractos (*item A*): *corr Ribbeckius* ‖ 192. NIUEREPERIERIT: Ni uere perlerit *vel* Niue repleuerit | DOMI: domo ‖ 193. *addidimus* | ut mores (*sic A*) *vel* ut mors ‖ 194. PRAECONIS: praecones ‖ 195. AUCTIONEM: autionem | UENDITEM: me ueni item ‖ 196. CR. *solus D* | ARCESSITUM: accersitum ‖ 197. auscultabo (*sic A*) *vel* autscultabo | conloquar: LOQUOR ‖ 198. COMPLURES: quiam (*vel* qui iam) plures ‖ 200. QUAM: qua ‖ 201. SIQUANDOQUIM ‖ 202. QUID: quicquid ‖ 203. COGNATANPARARAIT | PRAEDIUM: prandium ‖ 205. EOS: Eo | IUDICO: iudicio ‖ 206. SUNT ‖ 207. auctionis (*sic A*) *vel* auticonis | DAMNO: amno *vel* animo ‖ 208[a]. QUIN: Qui non | maliuolus (*sic A*) *vel* malibolus ‖ 208[b]. *om A* (*sed habet v. 232 sq. suo loco repetitos*) | egomet *vel* ego ‖ 209. GE. *praem D* ‖

Ita mé mancupia míserum adfecerúnt male: 210
Potátiones plúrumae demórtuae:
Quot ádeo cenae quás defleui mórtuae,
Quot pótiones múlsi, quae autem prándia,
Quae intér continuom pérdidi triénnium.
Prae maérore adeo míser atque aegritúdine 215
Consénui: paene súm fame | emórtuos.
⟨CR.⟩ Ridículus aeque núllus est, quando ésurit.
⟨GE.⟩ Nunc aúctionem fácere decretúmst mihi:
Forás necessumst quícquid habeo uéndere.
Adéste sultis: praéda erit praeséntium. 220
Logós ridiculos uéndo |: age licémini.
Quis céna poscit? écqui poscit prándio?
†Hercules te amabit prándio, cená tibi.
Ehem, ádnuistin? némo meliorés dabit.
[Nullí meliores ésse parasitó[s] sinam.] 225
Vel iúnctiones Graécas sudatórias
Vendó: uel ⟨l⟩alias málacas crapulárias,
Cauillátiones, ádsentatiúnculas
Ac périeratiúnculas parasíticas,
Robíginosam strígilim, ampullam rúbidam, 230
Parasítum inanem quó recondas réliquias.
Haec uéniisse iám opus est quantúm potest,
Vt décumam partem | Hérculi pollúceam. 233. 234
CR. Ecástor auctiónem | haud magní preti. 235

---

210. MANCIPIA ‖ 212. QUOT: Quod *vel* Quo ‖ 213. QUOT: Quod | QUAE: quod ‖ 214. CONTENUUM ‖ 215. ADEO (*sed* MACEO *e corr*): deo (*corr* D^2) ‖ 216. PAENE: prene (*corr D*) ‖ 217 sq. *add Pistoris* ‖ 218. auctionem (*sic A*) *vel* autcionem | DECRETUST ‖ 219. NECESSUST ‖ 220. ADESTESULTIS: Ad sese ultis ‖ 221. Locos ridiculos (*sic A*) *vel* Locos rediculos: *corr Ca* ‖ 222. QUIS: Qui ‖ 223. HERCULEISTEAMAUI ‖ 225. *secl Guy* | NULLI: Nullis | *del Dousa* ‖ 226. IUNCTIONES: unctiones sudatorias (*sic A*) *vel* subdatorias ‖ 227. UENDOUEL: Vel | *add Bergkius* | CRAPULARIAS: trapularias ‖ 229. Ac: AD | PERIERATIUNCULAS: periuratiunculas ‖ 230. Robiginosam (*sic A*) *vel* Rubiginosam | STRIGILIM: strigilem ‖ 232. *cf. ad v. 208*[b] | UENIISSE *vel* EUENISSE: uenisse | OPUS *vel* PUS (*et* TEM *s. v.*) ‖ 233 sq. *sic etiam Priscianus* ‖ 235. Ecastor: EQMAIOR ‖

Adhaésit homini ad ínfumum uentrém fames.
Adíbo ad hominem. GE. Quís haec est quae aduorsum ít mihi?
Epígnomi ancilla haéc quidemst, Crocótium.
CR. Gelásime, salue. GE. Nón id est nomén mihi.
CR. Certó mecastor íd fuit nomén tibi. 240
GE. Fuít disertim, uérum id usu pérdidi:
Nunc Míccotrogus nómine e ueró uocor.
CR. †Eu ecastor risi te hodie multum. GE. Quando aut quo ín loco?
CR. Hic, quom aúctionem praédicabas — GE. Péssuma,
Eho, an aúdiuisti? CR. té quidem digníssumam. 245. 246
GE. Quo núnc is? CR. Ad te. GE. Quíd uenis? CR. Panégyris
Rogáre iussit te †ut opere máxumo,
Mecúm simitu ut íres ad sesé domum.
GE. Ego íllo mehercle uéro eo quantúm potest. 250
Iamne éxta cocta súnt? quot agnis fécerat?
CR. Illáquidem nullum sácrificauit. GE. Quó modo?
Quid ígitur me uolt? CR. Trítici modiós decem
Rogáre opinor [te uolt]. GE. Méne, ut ab sesé petam?
CR. Immo †ut a uobis mútuom nobís dares. 255
GE. Nega ésse quod dem †nec mihi nec mutuom

---

236. infimum (*sic A*) *vel* infirmum ‖ 237. Adibo ad (*sic A*) *vel* Adibo | QUAEMIHIADUORSUMUENIT ‖ 239. GEIASIME | id est (*sic A*) *vel* est id ‖ 241. disertum *vel* desertum: *corr ex Nonio et gloss. Plaut. et A* | uerum *om Nonius* ‖ 242. miccotrogus (*sic A*) *vel* micotrogus | E: ex ‖ 245 sq. EHOANAUDIUISTI #: Ehon aut luisti (*vel* audisti #) ‖ 249. IRESEOQUANTUMPOTEST ‖ 250. ILLUC ‖ 251. cocta (*sic A*) *vel* ctocta | QUOTAGNIS: quod tacnis ‖ 252. sacrificauit (*sic A*) *vel* sacrificabit ‖ 253 sq. MEUOLTMENEUTASESEPETAM ‖ TRITICIMODIOSDECEMROGAREOPINORTEUOLT | te uolt *vel* te uol: *del Gru* ‖ 255. AUOBIS: abste ‖ 256. NEGA: Negato ‖

Neque áliud quicquam nísi hoc quod habeo pállium.
Linguám quoque etiam uéndidi datáriam.
CR. Au, núllan tibi linguást? GE. Quaequidem dicát 'dabo': 259. 260
Ventrí reliqui eccíllam quae dicát 'cedo'.
CR. Malúm quidem si uis — GE. Haéc eadem dicít tibi. 262. 263
CR. Quid núnc? ituru's án non? GE. Abi sané domum:
Iam illó uenturum dícito. propera átque abi. 265
Demíror quid illaec mé ad se arcessi iússerit,
Quae númquam iussit mé ad se arcessi ante húnc diem,
Postquám uir abiit éius. miror quíd siet:
Nisi út periclum fíat uisam quíd uelit.
Sed éccum Pinacium éius puerum |. hóc uide: 270
Satin út facete | átque ex pictura ástitit?
Ne iste édepol uinum póculo pauxíllulo
Saepe éxanclauit súbmerum scitíssume.

PINACIVM. PVER — **GELASIMVS** PARASITVS

PI. Mercúrius, Iouis qui núntius perhibétur, numquam aequé patri
Suo núntium lepidum áttulit, quam ego núnc meae erae nuntiábo. 275

---

257. quicquam (*sic A*) *vel* quisquam ‖ 258. UENDIDIDATARIAM: uendidit (*vel* uendit) ariam ‖ 259 sq. NULLAM: nulla: *corr Ri* ‖ 261. UENTRI: Veterem | eccam illam: ECCAM: *corr Bo* ‖ 262 sq. QUIDEMSIUIS #: tibi di dent GE. (*vel* dent) ‖ 264. iturus: *corr Ri* | abi (*sic A*) *vel* bi ‖ 266. ARCESSI: accersi (*item v. 267*) ‖ 270. PINACIUM: piacium *vel* dinacium ‖ 271. STATUT | ex: UT ‖ 272. neste de pol uini pauculo *Placidus* | plautus illulo *Nonius* ‖ 273. exantlauit *Sergius*: exanclaui *Placidus* (exanclauit *etiam Nonius*) | merum *vel* sum merum *Nonius* ‖ 274. numquam (*sic A*) *vel* numquid ‖

Ítaque onustum péctus porto laétitia lubéntiaque:
Néque lubet nisi glóriose quícquam proloquí profecto.
Amoénitates ómnium uenerum ét uenustatum ádfero,
Ripísque superat míhi atque abundat péctus laetitiá meum.
Própera, Pinaciúm, pedes hortáre, honesta dícta factis — 280
Nunc tíbi potestas ádipiscendist glóriam laudém decus —
Eraéque ⟨e⟩genti súbueni [benefacta maiorum tuum],
Quae mísera in exspectátionest Épignomi aduentúm uiri.
Proinde út decet amat uirúm suom, cupide éxpetit. nunc, Pínacium,
Age út placet, curre út lubet: caue quémquam flocci féceris: 285
Cubitís depulsa dé uia, tranquíllam concinná uiam.
Si réx obstabit óbuiam, regem ípsum prius peruórtito.
GE. Quídnam dicam Pínacium 288[a]
Lascíuibundum tám lubenter cúrrere? 288[b]
Harúndinem fert spórtulamque et hámulum piscárium.
PI. Sed tándem opinor aéquiust erám mihi esse súpplicem 290
Atque óratores míttere ad me dónaque ex auro ét quadrigas,
Quí uehar: nam pédibus ire nón queo. ergo iám reuortar.

---

276. HONUSTUM | PEORTO ‖ 277 sq. IUBET | gloriose *et* proloqui (*sic A*) *vel* gloriosse *et* proloco qui | *dist Ri* | UENUSTATEM ‖ 280. PROPERA: Propterea | pinacium (*sic A*) *vel* dinacium ‖ 281. ADIPISCENDAST ‖ 282. *secl Ri* (*cf. v. 303*) | malorum tuum (*sic A*) *vel* maiorum tuorum ‖ 283. MISERAIN: misera | aduentum (*sic A*) *vel* aduentu ‖ 284. EXPETITNUNC: nunc expedi (*vel* expidi) | pinacium (*sic A*) *vel* pina cui' ‖ 285. CURRE: currere ‖ 287. OB: or ‖ 288. dicam pinacium (*vel* dinacium): PINACIU* | LUBENTEM ‖ 289. hamum (*sic A*) *vel* hamulum | 290. aequius (*vel* aequiius) est: AEQUIUMST ‖ 291. DONAMQ· ‖ 292. uehar (*sic A*) *vel* uear | ergo nam (*item A*) ‖

Ád me adiri et súpplicari egomét mihi aequom cénseo.
[GE.] An uéro nugas cénseas, nil ésse quod ego núnc scio?
[PI.] Tantum á portu adportó bonum, tam gaúdium grande ádfero: 295
Vix ípsa domina hoc, nísi sciat, exóptare ab deis aúdeat.
Nunc últro id deportem? haú placet neque íd uiri officium árbitror.
Sic hóc uidetur míhi magis meo cónuenire huic núntio:
Aduórsum ueniat, ópsecret se ut núntio hoc impértiam.
Secúndas fortunás decent supérbiae. 300
Sed tándem quom recógito, qui pótuit scire haec scíre me?
Nón enim possum quín reuortar, quín loquar, quin édissertem
Erámque ex maerore éximam, bene fácta maiorúm meum
Exaúgeam atque illam aúgeam insperáto opportunó bono.
Contúndam facta Tálthubi contémnamque omnis núntios: 305
Símulque ad cursurám meditabor [me] ád ludos Olýmpios.
Sed spátium hoc occidít: breuest currículo: quam me paénitet.
Quid hóc? occlusam iánuam uideo: íbo et pultabó fores.

---

293. ADIRE: iri | AEQUOMCENSEO: censeo aecum (*vel* aequum) ‖ 295. APORTU: portu *vel* hortu | GRANDEAFFERO: adfero grande ‖ 296. nisi (*vel* nesi) sciat: NISCIAS | ABDEIS: adist *vel* adist # (arbitror *add B*) ‖ 297. ID: hoc | HAU: haud | UIRI: uero ‖ 298. SIC: Hic | HUIC: huc ‖ 299. UENIAT: ut ueniat ‖ 300. superbiae (*sic A*) *vel* super uiae ‖ 302. *om CD* | QUINEDISSERTEM: qui me disser te ‖ 303. ERAMQUAEEX | MAIORUM: malorum (*cf. 282*) ‖ 304. INSPERATOOPPORTUNO: ex insperato oportuno | DOMO: modo: *corr Gul* (*cf. 338*) ‖ 305. THALTHUBI: talthibi ‖ 306. *del Ri* | OLYMPIOS: olimpię ‖

Aperíte atque adproperáte, fores facite út pateant: remouéte moram.
Nimis haéc res sine curá geritur: uide quám dudum hic asto ét pulto. 310
Somnóne operam datis? éxperiar fores án cubiti ac pedes plús ualeant.
Nimis uéllem hae fores erum fúgissent, ea caúsa ut haberent †manum.
Deféssus sum pultándo.
Hoc póstremumst: uae uóbis.
GE. Ibo átque hunc compellábo. 315
Saluós sis. PI. Et tu sálue.
GE. Iam tú piscator fáctu's?
PI. Quam prídem non edísti?
GE. Vnde ís? quid fers? quid féstinas? PI. Tua quód nil refert, né cures. 319. 320
GE. Quid istíc inest? PI. Quas tu edés colubras. GE. Quid tam íracundu's? PI. Si ín te 321. 322
Pudor ádsit, non me appélles.
GE. Possúm scire ex te uérum?
PI. Potes: hódie non cenábis. 325

PANEGYRIS. **GELASIMVS.** **PINACIVM**
MVLIER PARASITVS PVER

PAN. Quisnam óbsecro has frangit fóris? †ubist? 326[a]
Tun haéc facis? tun mihi huc hóstis uenis? 326[b]

---

310. ET: es | pulto: REPULTO || 311. SOMNONE: Som (*vel* Sum) non | an pedes (*item A*): *corr Lomanus* | ualeant (*sic A*) *vel* sualeant || 312. manum *etiam A* || 314. UAEUOBIS: uobis || 315. COMPELLABO: compello || 317. factus: *corr Ri, dist Dousa* || 318. EDISTI: dedisti || 319 sq. fers (*sic A*) *vel* fes | PI. tua *vel* tua: #TUA || 321 sq. ISTIĊINEST: istinc est | QUASTUEDES: qua tui des *vel* quas tu uides | iracundus: *corr Ri* | in te: TE || 325. PI. *solus D* | POTES: potest || 326[b]. Tun (*sic A*) *vel* Tunc | tun: TU ||

GE. Salué: tuo arcessitú uenio huc. PAN. Ean grátia fores effríngis?
GE. Tuos ínclama, tui délinquont: ego quíd me uelles uísebam.
Nam méquidem harum miserébat. PI. Ergo auxílium propere látumst.
PAN. Quísnam hic loquitur tám prope nós? GE. Pinacium. PAN. Vbí[is]st? 330
PI. Réspice ad me et relínque egentem párasitum, Panégyris.
PAN. Pínacium. PI. Istuc índiderunt nómen maiorés mihi.
PAN. Quíd agis? PI. Quid agam rógitas? PAN. Quidni rógitem? PI. Quid mecúmst tibi?
PAN. Me[h]ín fastidis, própudiose? elóquere propere, Pínacium.
PI. Iúbe me omittere ígitur hos qui rétinent. PAN. Qui retinént? PI. Rogas? 335
Ómnia membra lássitudo míhi tenet. PAN. Linguám quidem
Sát scio tibi nón tenere. PI. Ita céleri curriculó fui
Própere a portu túi honoris causa. PAN. Écquid adportás boni?
PI. Nímio †inparti múlto tanto plús quam speras. PAN. Sálua sum.
PI. Át ego perii, quoí medullam lássitudo pérbibit. 340
⟨GE.⟩ Quíd ego, quoi miseró medullam uéntris percepít fames?

---

327. ARCESSITU: accersitu | UENIOEAN || 328. DELINQUNT | uisebam (*sic A*) *vel* iusebam || 329. MEQUIDEM: equidem | MISERABANT | latum est (*sic A*) *vel* latun est || 330. GE. *pro* PI. *Ac* | PINACIUM: pinacuum *vel* dinacium | UBIISST: ubi is est || 331. ADME: me || 332. Pinacium (*sic A, om* #) *vel* Dinacium | indiderunt (*sic A*) *vel* indideri || 333 sqq. *spatia pro pers plerumque habent libri omnes* || 334. MIHIN: Mihi in: *corr Scioppius* || 335. RETINENTROGAS || 337. 338. *inv A* || 338. PROPEAPORTU | boni: DOMI || 339. Nimio inparti: NIMIAICIRES | tanta (*item A*): *corr Pius* | # salua (*sic A*) *vel* salua || 340. perii (*sic A*) *vel* peri | MEDULLAS || 341. EGOMISEROCUIMEDULLAS | PERCIPIT ||

PAN. Écquem conuenísti? PI. Multos. PAN. At uirum? PI. E[c]quidem plúrumos:
Vérum ex multis néquiorem núllum quam hic est. GE. Quó modo?
Iám dudum ego istum †patior dicere iniuste mihi.
Praéterhac si me ínritassis — PI. Edepol essuriés male. 345
GE. Ánimum inducam ut ístuc uerum te élocutum esse árbitrer.
PI. Múnditias uolo fíeri: ecferte huc scópas simulque harúndinem,
Vt operam omnem aráneorum pérdam et texturam ímprobem
Déiciamque eorum ómneis telas. ⟨GE.⟩ Mísere algebunt póstea.
PI. Quíd? illos itidemne ésse censes quási te cum ueste única? 350
Cápe illas scopas. GE. Cápiam. PI. Hoc egomet, tu hóc conuorre. GE. Ego fécero.
PI. Écquis huc effert nássiternam cúm aqua? GE. Sine suffrágio
Pópuli tamen aedílitatem hicquidém gerit. PI. Age tu ócius
†Pinge humum, conspérge ante aedis. GE. Fáciam. PI. Factum opórtuit.
Égo hinc araneás de foribus déiciam et de páriete. 355

---

342. #AD: ad | UIRUMECQUIDEM||PLURIMOS: uirum ecquem # (# *om B*) plurimos: *corr Buechelerus* || 344. Iam: IAN || 345. PRAETERHAEC | ESSURIES: esuries || 346. UTÚISTUC || 347. EFFERTE: hęc ferte (*corr Bo*) || 348. operas araneorum tergam *Nonius* | improbem (*sic A et Nonius*) *vel* improbam || 349. DEICIAMQ·EORUM (*item Nonius*): De hic (*vel* hinc) iamque earum | M(IS)ERE(*vel* I)ALGEBUNT: misera falgebunt (*vel* fulgebunt) || 350. ILLOSEADEMNE: illas itidem (*corr Ri*) | esse censes: CENSESESSE | tecum (*sic A*) *vel* tectum | UESTAE || 351. CAPELLAS | CA(*ex* CO)PIAM | #EGOFECERO: # fecero *vel* fecero || 352. nasciternam: *corr ex A et Festo* | AQUASINE || 353. GERITAGE || 355. araneas (*vel sic vel* ARANEOS *A*) *vel* aranias ||

GE. Édepol rem negótiossam. PAN. Quíd sit nil etiám scio:
Nísi forte hospités uenturi súnt. PI. ⟨Vos⟩ lectos stérnite.
GE. Príncipium placét de lectis. PI. Álii ligna caédite:
Álii piscis dépurgate, quós piscator áttulit:
Pérnam et glandiúm deicite. GE. Hic hércle homo nimiúm sapit.
PAN. Nón ecastor, út ego opinor, sátis erae morém geris.
PI. Ímmo res omnís relictas hábeo prae quod tú uelis.
PAN. Túm tu igitur qua caússa missus és ad portum id éxpedi.
PI. Dícam. postquam mé misisti ad pórtum cum lucí simul,
Cómmodum radióssus se[s]se sól superabat éx mari.
Dúm percontor pórtitores, écquae nauis uénerit
Éx Asia, negánt uenisse: cónspicatus sum ínterim
Cércurum, quo ego mé maiorem nón uidisse cénseo.
Ín portum uentó secundo, uélo passo péruenit.
Álius alium pércontamur: 'quóiast nauis? quíd uehit?'
Ínteribi Epignomúm conspicio tuóm uirum et seruóm Stichum.

---

356. NEGOTIOSSAM: negotiosam # || 357. #LECTOS: lectos: *suppl Weisius* | sternite (*sic A*) *vel* ternice || 358 sq. alii (*sic A*) *vel* ali (*bis*) | quos *vel* quod || 360. #HIC: hic || 361. ut ego: EGO | SATISERAE: satis aere *vel* aere || 363. CAUSSA: causa | IDEXPEDI: expedi || 364. SEMEL || 365. RADIOSSUSSESSE: radiosus esse: *corr Lipsius* | EX: E | *dist Ri* || 366. Cum *Nonius* | PERCONTOR: perconctor (percunctor *Nonius*) | portitores (*sic A, ut vid*) *vel* potitores | et quae *Nonius* (*et fort.* fortiores) || 368. Cercurum (*sic A*) *vel* Cercurrum: Cyrcerum *Nonius* || 370. percontamur *vel* perconctamur: PERCUNTAMUR || 371. Interim: *corr ex A et gloss. Plaut.* | ST(ic)HUM: sthichum ||

PAN. Hém, quid? Epignomum élocutu's? PI. Tuóm uirum. GE. Et uitám meam.
PI. Vénit, inquam. PAN. Tútin ipsus ípsum uidistí? PI. Lubens.
Árgenti | auríque aduexit nímium. GE. Nimis factúm bene.
[GE.] Hércle uero cápiam scopas átque hoc conuorrám lubens. 375
PI. Lánam purpurámque multam. GE. Ést qui uentrem uéstiam.
PI. Léctos eburatós, auratos. GE. Áccubabo régie.
PI. Túm Babylonica ét peristroma, tónsilia et tappétia.
Áduexit nimiúm bonae rei. GE. Hércle rem gestám bene.
PI. Póste[a], ut occepí narrare, fídicinas tibícinas 380
Sámbucas aduéxit secum fórma eximia. GE. Eúgepae.
Quándo adbibero, adlúdiabo: túm sum ridiculíssumus.
PI. Póste unguenta múltigenerum múlta. GE. Non uendó logos:
Iám non facio | aúctionem: míhi optigit heréditas.
Máliuoli perquísitores aúctionum périerint. 385
Hércules, decumam ésse adauctam tíbi quam uoui grátulor.
Spés est tandem aliquándo inportunam éxigere ex uteró famem.

---

372. elocutus: DELOCUTUS: *corr Ri* | UIRUMET || 373. TUTINIPSUS: tun eum | #LUBENS: ita (*vel* # ita) ego libens || 374sq. NIMIUM#: multum # (GE. *corr et del Ac*) || 376. #EST: # ẽ *vel* GE. Hem || 377. REGIE: regle || 378. TUM: Tam | TONSILIA: ton silla (*vel* sella) | TAPPETIA: tapetia || 379. hercle rem: REM || 380. POSTEA: Post: *corr Ri* | FIAICINAS || 381. aduexit (*sic A*) *vel* aduenit | EXIMIA: exumia || 383. Poste *vel* Post hęc: POSTEA | UNGENTA | LOCOS || 384. facio (*sic A*) *vel* faciam || 385. auctionum *vel* auctuonum: AUCTONUM | PERIERUNT || 386. HERCULES: hercoleles *vel* hercoledes || 387. *solus habet A* ||

PI. Póst autem aduexít parasitos sécum — GE. Ei, perií miser.
PI. Rídicul[os]issumós. GE. Reuorram hercle hóc quod conuorrí modo.
PAN. Vídistin uirúm sororis Pámphilippum? PI. Non. PAN. Nón adest? 390
PI. Ímmo uenisse eúm simitu aiébat ille: ego húc citus
Praécucurri, ut núntiarem núntium exoptábilem.
GE. Vénales logí sunt illi quós negabam uéndere.
Ílicet: iam meó malost quod máleuolentes gaúdeant.
Hércules, qui déus sis, sane díscessisti nón bene. 395
PAN. Í intro, Pinaciúm, iube famulos rém diuinam mi ápparent.
Béne uale. GE. Vin ádministrem? PAN. Sát seruorum habeó domi.
GE. Enim uero, Gelásime, opinor próuenisti fúttile,
Sí neque ille adést neque hic qui uénit quicquam súbuenit.
Íbo intro ad librós et discam dé dictis melióribus: 400
Nám ni illos hominés expello, ego óccidi planíssume.

---

388. aduexit (*sic A*) *vel* aduenit | PARASITOSSECUM: secum parasitos ‖ 390. PAMPHILUM#NON#NON: pamphilippum # non # ‖ 391. IMMOUENISSEEUMSIMITUAIEIEBATILLE: Immo (*vel* Iammo) alebant uenisse eum (*vel* eum uenisse) simul (simitu *etiam gloss. Plaut.*) | EGOHUCCITUS: sed ego huc citus ‖ 392. EXOPTABILEM (*item Priscianus*): obtabilem ‖ 393. LOGI: loci ‖ 394. ILICETIAM: ilico et | maleuolentes (*sic A*) *vel* male uontes | GAUDEANT: audeant 395. QUIDEUSSISSANEDISCESSISTINONBENE: sane qui deos sis discessisses non male ‖ 396. I: I i | PINACIUM: panacium | iube (*vel* lube) famulos: IUBEFAMULIS ‖ 399. uenit: UENI ‖ 400. discam: DICAM ‖

ACTVS III

EPIGNOMVS. STICHVS
ADVLESCENS SERVOS

EP. Quom béne re gesta sáluos conuortór domum,
Neptúno grates hábeo et tempestátibus:
Simúl Mercurio, quí me in mercimóniis
Iuuít lucrisque quádruplicauit rém meam. 405
Olím quos abiens ádfeci aegrimónia,
Eós nunc laetantís faciam aduentú meo.
Nam iam Ántiphonem cónueni adfinem meum
Cumque eó reueni ex ínimicitia in grátiam.
Vidéte, quaeso, quíd potest pecúnia. 410
Quoniám bene gesta ré rediisse mé uidet
Magnásque adportauísse diuitiás domum,
Sine áduocatis íbidem in cercuro ín stega
In amícitiam atque in grátiam conuórtimus.
Et is hódie apud me cénat et fratér meus. 415
Nam heri ámbo in uno pórtu fuimus: séd mea
Hodié solutast náuis aliquantó prius.
Age abdúc hasce intro quás mecum adduxí, Stiche.
ST. Ere, sí ego taceam seú loquar, scio scíre te—
Quam múltas tecum míserias mulcáuerim: 420
[EP.] Nunc húnc diem unum ex íllis multis míseriis
Volo mé eleutheria cápere aduenientém domum.

---

403. Neptuno (*sic A*) *vel* Neptino ‖ 405. Iuuit (*sic A*) *vel* Luuit | QUADRIPLICAUIT ‖ 406. ADFECI: adfect ‖ 409. QUMQ· | inimicitiam: *corr D cum A* ‖ 411. GESTARE: re gesta | REDIISSE: redisse ‖ 413. CERCURO(RO *ex* LO) ‖ 415. IS: si | APUT: apus *vel* apud ‖ 416. HERI: hieri *vel* hi heri | portu *vel* portus: PORTO ‖ 418. HASCE: has *vel* aus ‖ 419. seu: SIUE | scire te (*sic A*) *vel* scirecte ‖ 420. multas (*sic A*) *vel* mulias ‖ 421. Nunc hunc (*sic A*) *vel* Nunc nunc | —LL—(*i. e.* ex ullis *vel* pro illis *ex spatio*)MULTIS: ex illis multis *vel* ex multis illis ‖ 422. ELEUTHERIA: eleutheriam ‖

⟨EP.⟩ Et iús et aequom póstulas: sumás, Stiche.
In húnc diem te níl moror. abi quó lubet.
Cadúm tibi ueteris uíni propeinó. ST. Papae,
Ducam hódie amicam. EP. Vél decem, dum dé tuo.
⟨ST.⟩ Quid? hóc etiam unum — EP. Quíd id autem unumst, éxpedi.
⟨ST.⟩ Ad cénam ibone? ⟨EP.⟩ * * atus, cénseo.
⟨ST.⟩ Sic hóc placet: roga * * * níl moror.
⟨EP.⟩ Vbi cénas hodie? ST. Síc hanc rationem ínstiti:
Amícam ego habeo Stéphanium hinc ex próxumo,
Tui frátris ancillam: eó †condici in sýmbolam
Ad cénam ad eius conséruom Sa[n]garinúm Syrum.
Eadémst amica ambóbus: riualés sumus.
⟨EP.⟩ Age ábduce hasce intro. húnc tibi dedó diem.
⟨ST.⟩ Meam cúlpam habeto, nísi probe excruciáuero.
Iam hercle égo per hortum ad amícam transibó meam,
Mi hanc óccupatum nóctem: eadem sýmbolam
Dabo ét iubebo ad Sá[n]garinum cenám coqui.
Aut égomet ibo atque ópsonabo opsónium.
Sa[n]gárinus scio iam hic áderit cum dominó suo
Seruós homo: qui ⟨ni⟩s⟨i té⟩m⟨p⟩er⟨i a⟩d cenám meat,
Aduórsitores pól cum uerberibús decet

---

423 sq. AEQU(OM): accum | *dist Spengelius* ‖ 426. AMICAM-UEL ‖ 427—429. *solus habet A* ‖ 427. QUODHOC: *corr Goe* ‖ ETIAM(UN)UM *et* UNUMST ‖ 428. IBONISIC**ATUS: *distribuimus* ‖ 429. ROGA(tunecn)ENIHIL ‖ 430. #SIC: si | INSTITE: instit (*corr Ri*) ‖ 431. STEPHANIUM: spephanium ‖ 432. ANCILLULAM | condici in simbolam: CONDUXIINSIMBOLAM ‖ 433. EIUS: elus | *del Ri* ‖ 434. EADEST | ambobus (*sic A*) *vel* ambabus | SUMUS: simus ‖ 435. ABDUCEHASCE: abduc eas ‖ 436. PROBE: pro *vel* per ‖ 437. HORTUMAD: ortum ‖ 438. Mihi (*sic A*) *vel* Mi ‖ 439. iubebo (*sic A*) *vel* ludebo | *del Ri* ‖ 441—445. *solus habet A lectione valde dubia* ‖ 441. SANGERINUS: *corr Ri* ‖ 442. *suppl Stu* ‖ 443. POL(*vix* SOL) | DECEM(*vix* ET) ‖

Dari, úti eum uerberábundum abducánt domum.
Paráta res faciam út sit. egomet mé moror. 445
Atque íd ne uos mirémini, hominis séruolos
Potáre, amare atque ád cenam condícere:
Licet haéc Athenis nóbis. sed quom cógito,
Potiús quam inuidiam inuéniam, est etiam hic óstium
Aliúd posticum nóstrarum harunc aédium: 450[a]
[Postícam partem mágis utuntur aédium.]
Ea ibo óbsonatum atque eádem referam opsónium: 451
Per hórtum utroque cómmeatus cóntinet.
Ite hác secundum uósmet: ego hunc laceró diem.

GELASIMVS. EPIGNOMVS
PARASITVS ADVLESCENS

GE. Librós inspexi: tám confido quám potis
Me meum óptenturum régem ridiculís logis. 455
Nunc ínteruiso, iámne a portu aduénerit,
Vt eum áduenientem meís dictis deléniam.
EP. Hicquidém Gelasimus ést parasitus quí uenit.
GE. Auspício | hodie | óptumo exiuí foras.
Mustéla murem | ábstulit praetér pedes. 460
Quom stréna | opscaeuáuit, spectatum hóc mihist.
Nam ut ílla uitam répperit hodié sibi,
Itém me spero fácturum: augurium hác facit.

---

446. SERVOLI ‖ 447. POTARE: Putare ‖ 449. INVIDIAM: indiuidiam | INVENIAM (A *ex* E) | hostium (*sic A*) *vel* ostium ‖ 450[a]. Aliud (*sic A*) *vel* Aliud autem | HARVNC: harũce *vel* harum ‖ 450[b]. *om A* ‖ 451 sq. ea ibo ob (*s. f. v. 450*[b]) Sonatum: IBOOBSONATVMATQ· | *dist Ri* | hortum (*sic A*) *vel* hurtum | commeatus (*sic A*) *vel* comeatus | CONVER(*vel* H)IT (conuenit *D*[1]) ‖ 453. ITE: Ita | VOSMET: uos me ‖ 454 sqq. *pers solus D habet nonnullas* (*item* 505—518. 541—547) ‖ 454. POTIS: potist ‖ 455. LOGIS: meis ‖ 457. deliniam: *corr Bo* (*fort. cum A*) ‖ 461. HOC: hic ‖ 463. hac: AC ‖

Epignómus hicquidemst qui ástat: ibo atque ádloquar.
Epígnome, ut ego núnc te conspició lubens: 465
Vt praé laetitia lácrimae prosiliúnt mihi.
Valuístin usque? EP. Sústentatumst sédulo.
GE. Propíno tibi salútem plenis faúcibus.
⟨EP.⟩ Bene átque amice dícis. di dent quaé uelis.
⟨GE.⟩ * * * * * * * * * * * * * 470
⟨EP.⟩ Cenem ílli apud te? ⟨GE.⟩ Quóniam saluos áduenis.
⟨EP.⟩ Locátast opera núnc quidem: tam grátiast.
⟨GE.⟩ Promítte. EP. Certumst. GE. Síc fac, inquam. EP. Cérta rest.
⟨G⟩E. Lubénte me hercle fácies. EP. Idem ego istúc scio:
Quando úsus ueniet, fíet. GE. Nunc ergo úsus est.
⟨EP.⟩ Non édepol possum. GE. Quíd grauare? cénseas: 476
Nescíoquid †uero habeo in mundo. ⟨EP.⟩ Í modo:
Aliúm conuiuam quaérito tibi in húnc diem.
GE. Quin tú promittis? EP. Nón grauer, si póssiem.
⟨GE.⟩ Vnúm quidem hercle cérto promittó tibi: 480
Lubéns accipiam cérto, si promíseris.
⟨EP.⟩ Valeás. GE. Certumnest? EP. Cértum: cenabó domi.
GE. Quandó quidem tu ad mé non uis promíttere,

---

465. NUNCTE: te nunc ‖ 466. PROSILIUNT: praesillunt ‖ 467. SUSTENTATUST | SEDULO: seduo (*corr* D^2) ‖ 468. 469. *hoc ordine A: inv reliqui* ‖ 469—471. *pers corr et add Ri duce Bo* | AMICAE | *lac sign Ri* | ILLIC *ex* ILLI ‖ 472. LOCATAST: Vocata est | NUNC: num | GRATIAST (*ex* GRATIA): gratiam est ‖ 473. #SICFACIES: sic fac | res est: RES ‖ 474. Lubente *vel* Iubente: LIBENTE (*add* R *s. v.*) | hercle me (*item A*): *trai Ca* | FACIEST ‖ 475. USUST ‖ 476. GRAUARI ‖ 477. HABEO(A *s.* O *scr.*) ‖ 478. QUAERITOTIBI(TA *s.* IT *scr.*): quaerito ‖ 480. CERTO: certum ‖ 481. *dist Bo* ‖ 482. CERTUMNEEST: Certum est | #CENABO ‖ 483. TUADME: tuam ‖

(Sed quóniam nil procéssi sat ego hac, íero
Apértiore mágis uia: ita plané loquar.) 485
Vin ád te ad cenam uéniam? EP. Si possím, uelim:
[EP.] Verum híc apud me cénant alienî nouem.
GE. Hau póstulo equidem mé⟨d⟩ in lecto accúmbere:
[EP.] Scis tú me⟨d⟩ esse | ími subsellí uirum.
⟨EP.⟩ At ei óratores súnt populi, summí uiri: 490
Ambrácia ueniunt húc legati públice.
GE. Ergo óratores pópuli summatés uiri
Summi áccubabunt, égo infimatis ínfimus.
EP. Haud aéquomst te inter óratores áccipi.
GE. Equidem hércle orator súm, sed procedít parum. 495
EP. Cras dé reliquiis nós uolo. multúm uale.
GE. Periei hércle uero pláne, nil obnóxie.
Vnó Gelasimo mínus est quam dudúm fuit.
Certúmst mustellae pósthac numquam crédere:
Nam incértiorem núllam noui béstiam. 500
Quaene eápse deciens ín die mutát locum,
Ea ego aúspicaui | ín re capitalí mea?
Certúmst amicos cónuocare, ut cónsulam
Qua lége nunc me⟨d⟩ — éssurire opórteat.

---

484 sq. *solus habet A* ‖ 484. PROCESSIT(*vix* S)AT: *corr Sey* ‖ 485. *dist Sey* ‖ 488 sq. HAU: Haud | *add Ca* (*bis*) | QUIDEM | uni (*item A*): *corr Pius* ‖ 490. EI: ii ‖ 491. AMBRACIA: Ambraccia | huc (*sic A*) *vel* # huc | publice (*sic A*) *vel* pullice ‖ 493. INCUBABUNT (*fort.* AC *s.* IN *scr.*): accumbent (accubent *Priscianus*) ‖ 494. EQUOMST | oratores (*sic A*) *vel* orationes ‖ 496. RELIQUIIS: reliquis | #MULTUM ‖ 497. PERIEI: Peri | Nunc ego hercle perii plane non obnoxie *Gellius* ‖ 498. *hunc v. post v. 502 habet B* (*et v.* 499 sq. *in ras*) ‖ 499. MUSTELLAE: mustelae *vel* multelae ‖ 500. nullam (*sic A*) *vel* nulla ‖ 501. QUAENEATESTDECIES: Quaenet ipsa deciens: *corr Ri* ‖ 502. Ea ego (*sic Nonius*) *vel* Eam ego: EGO | AUSPICABIIN: auspicaui in (*sic Nonius*) *vel* auspicauin | CAPITATI ‖ 504. *add Bo* | ESSURIRE: esurire ‖

ACTVS IV

ANTIPHO. SENEX **PAMPHILIPPVS.** ADVLESCENTES II **EPIGNOMVS**

AN. Íta me di bene amént meásque mihi béne seruassint fílias, 505
Vt mihi uolup est, Pámphilippe, quía uos in patriám domum
Rédiisse uideó bene gesta re ámbos, te et fratrém tuom.
PA. Sátis abs te accipiám, nisi uideam míhi te amicum esse, Ántipho:
Núnc, quia te amicúm mihi experior ésse, credetúr tibi.
AN. Vócem ego te ad me ad cénam, frater túos nisi dixissét mihi 510
Te ápud se cenatúrum esse hodie, quóm me ad se ad cenám uocat.
Ét magis par fuerát me uobis dáre cenam adueniéntibus
Quám me ad illum promíttere, nisi nóllem ei aduorsárier.
Núnc me gratiam ábs te inire uérbis nil desídero:
Crás apud me eritis ét tu et ille cúm uostris uxóribus.
PA. Át apud me peréndie: nam ille héri me iam uocáuerat 516
Ín hunc diem. sed sátin ego tecum pácificatus sum, Ántipho?
AN. Quándo ita rem gessístis, ut uos uélle amicosque áddecet,

---

505. *cf. ad 454 sqq.* | seruassint (*sic A*) *vel* serua sint ‖ 507. REDIISSE: Redisse ‖ 508. EP. *ex* PA. D^2 | uideam (*sic A*) *vel* iudeam ‖ 509. QUONIAMEXTEMIH(*vix* MIHIAM)ICUMEXPERIOR | creditur: *corr Bo* (*fort. cum A*) ‖ 510. UOCAREM *iuxta* UOCEM | NISI *ex* NI ‖ 511. SEAPUTSE | ADSE: ad esse (*vel* ee) ‖ 512. UOBISDARE: dare uobis ‖ 513. ILLUM: illud *vel* iliit ‖ 516. AT: Eat ‖ 517. SEDI(*vel* T) ‖ 518. UT: uti | UELLEAMICOSQ·: uellem amicos atque ‖

Páx commersquest uóbis mecum. nam hóc tu facito ut cógites:
Vt quoique homini rés paratast, périnde amicis útitur:
Sí res firma, item fírmi amici súnt: sin res laxé labat,
Ítidem amici cónlabascunt. rés amicos ínuenit.
⟨EP.⟩ Iám redeo. nimiást uoluptas, úbi diu afuerís domo,
Dómum ubi redierís, si [t]ibi nullast aégritudo animo óbuiam.
Nam íta me absente fámiliarem rem úxor curauít meam:
Ómnium me exilem átque inanem fécit aegritúdinum.
Séd eccum fratrem Pámphilippum: incédit cum soceró suo.
⟨PA.⟩ Quíd agitur, Epignóme? EP. Quid tu? quám dudum in portúm uenis?
⟨PA.⟩ †Húc longissumé postilla. EP. Iám istest tranquillús tibi?
⟨AN.⟩ Mágis quam mare quo ambo éstis uecti. EP. Fácis ut alias rés soles.
Hódiene exonerámus nauem, fráter? PA. Clementér uolo:
Nós potius onerémus nosmet uícissatim uoluptátibus.
Quám mox coctast céna? inpransus égo sum. EP. Abi intro ad me ét laua.

---

519. COMMERSQ·EST: commercique est | nam hoc: HOC | FACITOUT: facito || 520 sq. Vt proinde homini *Charisius* | *verba* perinde amicis utitur (*sic etiam Charisius*) Si res firmast *om libri praeter A* | FIRMA(item)FIR(mi) | SINRESLAXE: si res lasse (*vel* lassa) | labat (*sic A*) *vel* labant || 523. NIMIASTUOLUPTASU(bi): nimia est uoluptast (*vel* est uoluptas est) si | DOMO: a domo || 524. UBI: si | *del Ac* || 525. ABSENTE: absentem || 526. aegritudinum *vel* agritudinum: AEGRITUDINEM || 527. pamphilippum (*sic A*) *vel* pamphilippu | cum (*sic A*) *vel* quom || 528. dudum (*sic A*) *vel* dudu || 529. POSTILLA#: postilla || 530. MAREQUOD: mare qua *vel* mare | #FACIS: facis || 531. HODIEEXONER— | frater # (*sic A*) *vel* frater || 532. NOS: Nosmet | oneremus (*sic A*) *vel* onoremus || 533. COCTAST: coacta es | #ABI: abi | IABA (*et* LABA *s. scr.*) ||

⟨PA.⟩ Deós salutatum átque uxorem módo intro deuortór domum.
(Haéc si ita ut uoló conficio, cóntinuo ad te tránseo.) 535
⟨EP.⟩ Ápud nos eccillám festinat cúm sorore uxór tua.
⟨PA.⟩ Óptumest: iam istóc morai mínus erit. iam ego apúd te ero.
⟨AN.⟩ Príus quam abis, praesénte t⟨e⟩ huic ápologum agere unúm uolo.
⟨PA.⟩ Máxume. AN. Fuit ólim, quasi ego súm, senex. ei fíliae
Dúae erant, quasi nunc meaé sunt. eae erant duóbus nuptae frátribus, 540
Quási nunc meae sunt uóbis. EP. Miror quo éuasurust ápologus.
AN. Érant minori illi ádulescenti fídicina et tibícina:
Péregre aduexerát, quasi nunc tu. séd ille erat caeléps senex,
Quási ego nunc sum. EP. Pérge porro: praésens hicquidemst ápologus.
AN. Deínde senex ille ílli dixit, quoíus erat tibícina, 545
Quási ego nunc tibi díco — EP. Ausculto atque ánimum áduorto sédulo.
AN. 'Égo tibi meam fíliam bene quícum cubitarés dedi:
Núnc mihi reddi ego aéquom esse abs te quícum cubitem cénseo.'
⟨EP.⟩ Quís istuc dicit? án ille quasi tu? AN. Quási ego nunc dicó tibi.
"Ímmo duas dabo" ínquit ille aduléscens "una sí parumst: 550

---

535. *solus habet A* (ATTE) ‖ 536. APUTNOSSICCILLAM: Aput (*vel* Apud) nos hec (*vel* ex) illa: *corr Bent* ‖ 537. OPTUMEST: Optumum est | ISTOC (U *s.* O *scr.*): istoc *vel* istuc | morae (*item A*): *corr Lachm* ‖ 538. unum (*sic A, ut vid*) *vel* unu ‖ 539. *add Goe* (*cf. ad 454 sqq.*) ‖ 542. ERANT: Aere | illi: EI ‖ 543. CAELEPS: celeps *vel* celep ‖ 544. porro (*sic A*) *vel* obsecro ‖ 546 sq. EP. *bis* D^2: *quod deinceps Bergkius restituit, ubi* PA. *Itali* ‖ 548. esse aps te: ESSE ‖ 549 sq. quasi tu — ille *om B* | INQUID ‖

Ét si duarum paénitebit" ínquit "addentúr duae".
⟨EP.⟩ Quís istuc, quaeso? an ílle quasi ego? ⟨AN.⟩ Is ípse quasi tu. ⟨túm⟩ senex
Ille quasi ego 'sí uis' inquit 'quáttuor sané dato,
Dúm equidem hercle quód edant addas, meúm ne contru⟨n⟩cént cibum.'
⟨EP.⟩ Vídelicet parcum íllum fuisse †senem, qui díxerit: 555
Quóniam ille illi póllicetur, quí eum cibum popóscerit?
⟨AN.⟩ Vídelicet non fuísse illum nequam ádulescente[a]m, qui ílico,
Vbi ille poscit, dénegarit dáre se granum trítici?
Hércle qui aequom póstulabat ílle senex, quandó quidem
Fíliae illae déderat dotem, accípere pro tibícina. 560
⟨EP.⟩ Hércle illequidem cérto adulescens dócte uorsutús fuit,
Quí seni illi cóncubinam dáre dotatam nóluit.
⟨AN.⟩ Sénex quidem uoluít, si posset, índipisci dé cibo:
Quía nequit, qua lége licuit uélle dixit fíeri.
"Fíat" ille inquít adulescens. 'fácis benigne' inquít senex. 565
'Hábeon rem pactam?' ínquit. "faciam ita" ínquit "ut fierí uoles".
Séd ego ibo intro et grátulabor uóstrum aduentum fíliis.
Póste[a] ibo lau[a]tum ín py⟨e⟩lum: ibi fouébo senectutém meam:
Póst ubi lauero, ótiosus uós opperiar áccu[m]bans.
EP. Gráphicum mortalem Ántiphonem: ut apólogum fecit quám fabre. 570
Étiam nunc sceléstus ⟨s⟩e[s]se dúcit pro adulescéntulo.

---

552. tum *add Ac* ‖ 553. suus ‖ 554. equidem *vel* equem ‖ 555—558. *distinximus* ‖ 557. adulescentiam ‖ 558. denegauit: *corr Ac* ‖ 559. quia equum: *corr Fl* ‖ 562. Qui seni *vel* quis enim ‖ 564. nequit *vel* nequid ‖ 565. afacis *vel* # facis ‖ 566. rem factam (A factam D^2): *corr Ac* ‖ 568. *del Fl* | pilum: *corr Lamb* ‖ 569. *del Py* ‖ 570. EP. D^2 ‖ 571. It (*vel* Id) iam: *corr Bo* | scelestus esse: *corr Dousa* ‖

Dábitur homini amíca, noctu quaé in lecto occentét senem:
Námque edepol aliúd quidem illi quíd amica opus sit néscio.
⟨PA.⟩ Séd quid agit parasítus noster Gélasimus? etiám ualet?
⟨EP.⟩ Vídi edepol hominem haúd perdudum. PA. Quíd agit? EP. Quod famélicus. 575
⟨PA.⟩ Quín uocasti | hóminem ad cenam? EP. Néquid adueniens pérderem.
Átque eccum tibi lúpum in sermone: praésens esuriéns adest.
⟨PA.⟩ Lúdificemur hóminem. EP. Capti cónsili memorém mones.

GELASIMVS. PAMPHILIPPVS. EPIGNOMVS
PARASITVS ADVLESCENTES II

GE. Séd ita [qu]ut occepí narrare uóbis: quom hic non ádfui,
Cúm amicis delíberaui iám et cum cognatís meis. 580
Íta mi auctores fuére, ut egomet me hódie iugularém — fame.
Séd uideone ego Pámphilippum cúm fratre ⟨E⟩pignomo? átque is est.
Ádgrediar hominém. sperate Pámphilippe, o spés mea,
Ó mea uita, o méa uoluptas, sálue. saluom gaúdeo
Péregre te in patriám rediisse. PA. Crédo: salue, Gélasime. 585
⟨GE.⟩ Váluistin bene? PA. Sústentatumst sédulo. GE. Edepol gaúdeo.

---

572. acentet *vel* accendet: *corr Pistoris* ‖ 573. opos sit *vel* possit: *corr Ca* ‖ 574. *addidimus* ‖ 575 sq. haud perdudum — hominem *om B* | haud perdudum # *vel* ad cenam # (ne) [*cf. 576*] | perderem *vel* ṗdedere ‖ 579. ita quod: *corr Lamb* ‖ 585. REDIISSE#C̣ṚẸḌO: redisse saluum # ‖ 586. (be)NE(su)STENTATUMEST: bene # (*vel* bene) sustentaui | SEDULOEDEPOL ‖

Édepol ne ego nunc míhi medi[u]mnum meílle esse argentí uelim.
⟨EP.⟩ Quíd eo tibi opust? GE. Húnc hercle ad cenam út uocem, te nón uocem.
⟨EP.⟩ Áduorsum te fábulare. GE. Illúd quidem, ambos út uocem:
Ét equidem †simitu hau maligne uós inuitassém domum
Ád me: sed ⟨mi⟩hi ipsí do⟨mi me⟩ae níl est: atque hoc scítis uos. 591
⟨EP.⟩ Édepol te uocém lubenter, sí superfiát locus.
GE. Quín tu⟨m⟩ stans obstrúsero aliquid strénue. EP. Immo unum hóc potest —
⟨GE.⟩ Quíd? EP. ubi conuiuae ábierint, tum ut uénias — GE. Vae aetatí tuae.
⟨EP.⟩ Vása lautum, nón ad cenam díco. GE. Di te pérduint. 595
Quíd a[g]is Pamphilíppe? PA. Ad cenam hercle álio promisí foras.
⟨GE.⟩ Quíd, foras? PA. Foras hércle uero. GE. Quí malum tibi lassó lubet
Fóris cenare? PA. Vtrúm tu censes? GE. Iúben domi cenám coqui
Átque ad illum renúntiari? PA. Sólus cenabó domi?
⟨GE.⟩ Nón enim solus: mé uocato. PA. At ílle ne suscénseat, 600
Meá qui causa súmptum fecit. GE. Fácile excusarí potest.

---

587. EGONUNCMIHIM(ed)IUMNUMMEILLE: egomet mihi mediam (*vel* medediam) nunc mille: *corr Mue* | argenti uelim (*sic A*) *vel* uelim argenti ‖ 588. TIBIOPUST: tibi opus est *vel* opus est | #HUNCHERCLEADCENAM: hunc ad cenam hercle ‖ 589. #(ill)UD: illud ‖ 590 sq. *solus habet A* | SIMI(tu)HAUMALIGNE | SED(mi)HIIISIDO****AE: *suppl Stu* (ipsi *Sey*) ‖ 593. tu: TU: *corr Scal* ‖ 594. ABIERINT: abirent | UTTUM (*trai Ri*): tum | *distinximus* ‖ 595. UASA: Vna | PERDUINT: perdunt ‖ 596. *del Ac* | promisi (*sic A*) *vel* promissi ‖ 597. # foras (*sic A*) *vel* foras | qui malum tibi: QUIDMALUM ‖ 598. CENAR(eu)TRUM | iubendo mi: IUBESNEDOMI ‖ 599. CENAUI ‖ 601. sumptum (*sic A*) *vel* suptum ‖

Míhi modo auscultá: iube cenam dómi coqui. EP. Non mé quidem
Fáciet auctore, hódie ut illum décipiat. GE. Non tu hínc abis?
Nísi me non perspícere censes quíd agas. caue sis tú tibi:
Nam íllic homo tuam heréditatem inhiát quasi esuriéns lupus. 605
Nón tu scis quam | éfflictentur hómines noctu hic ín uia?
⟨PA.⟩ Tánto plureis quí defendant íre aduorsum iús-sero.
⟨EP.⟩ Nón it, non it: quía tanto opere suádes ne [e]bitát. ⟨GE.⟩ Iube
Dómi mihi tibique tuaéque uxori céleriter cenám coqui.
Si hércle faxis, nón opinor díces deceptúm fore. 610
⟨PA.⟩ Pér hanc tibi cenam íncenato, Gélasime, esse hodié licet.
⟨GE.⟩ Íbisne ad cenám foras? PA. Apud frátrem ceno in próxumo.
⟨GE.⟩ Cértumnest? PA. Certum. GE. Édepol te hodie lápide percussúm uelim.
⟨PA.⟩ Nón metuo: per hortúm transibo, nón prodibo in públicum.
⟨EP.⟩ Quíd ais, Gelasime? GE. Óratores tu áccipis: habeás tibi. 615
⟨EP.⟩ Tuá pol refert. GE. Énim siquidem meá refert, opera útere:
⟨EP.⟩ Pósse edepol tibi opínor etiam uní locum condi p * * um

---

602. IUBEDOMICENAM | Non (*sic A*) *vel* Num ‖ 604. AGES ‖ 605. TUAM: tum ‖ 606. efflictentur *etiam A* ‖ 607 sq. *add Py* ‖ 608. TANTOPERE | NENEBITAT: ne e bitat: *del et add Ca* ‖ 609. TIBIQ·: tibi ‖ 612. APUT ‖ 613. # certum # (*sic A*) *vel* certum ‖ 614. publicum (*sic A*) *vel* puplicum ‖ 615. agis (*sic A*) *vel* ais | GELASIMEORATORESTUAC(cipi)AS ‖ 616. # enim *vel* enim: #ENIMUERO ‖ 617. CONDIP——Ũ: conspicor ‖

Vbi accubes. PA. Sané faciundum cénseo. GE. O lux óppidi.
⟨EP.⟩ Si árte poteris áccubare. GE. Vél inter cuneos férreos:
Tántillum loculi úbi catellus cúbet, id mi †sater ést loci.
⟨EP.⟩ Éxorabo aliquó modo: ueni. GE. Húcine? EP. Immo in cárcerem. 621
Nam híc quidem geniúm meliorem tuóm non facies. eámus, tu.
PA. Deós salutabó modo: poste ad té continuo tránseo.
⟨GE.⟩ Quíd igitur? EP. Dixi équidem in carcerem íres. GE. Quin si iússeris,
Eó quoque ibo. EP. Di ímmortales, hícquidem pol summam ín crucem 625
Céna aut prandió perduci pótest. GE. Ita ingeniúm meumst:
Quícumuis depúgno multo fácilius quam cúm fame.
Nón ego isti apud te — EP. Sátis spectatast míhi iam tua felícitas.
Dúm parasitus míhi atque fratri fuísti, rem confrégimus. 629. 630
Núnc ego nolo ex Gélasimo mihi fíeri te Catagélasimum.
⟨GE.⟩ Iámne abierunt? Gelasimé, uide, núnc consilio cáro opust. 632. 633
Égone? tune. míhine? tibine. uíden ut annonást grauis? 634. 635

618. CENSEOOLUX ‖ 620. LOCULI: loci | MI(HI *s. scr.*)ṢAṬẸRISEST: mihi saterest ‖ 621. *add Ac* ‖ 622. GENIUMMELIOREM: meliorem genium ‖ 623. ·H· *praem A* | DOMO | POSTE: postea | CONTENUO ‖ 624. # dixi *vel* dixi: DIXTI *ex* DIXIS | QUINSI: # quin ‖ 625. EP. *pro* # *Ac* | DIEMMORTA**S | POLSUMMAM: ui summa *vel* iusum ma ‖ 626. UT | POTISEST ‖ 628. 629 sq. *ordine inv habet A* ‖ 628. isti apud te # (*vel* apute): ISTAAPUTTE#: *distinximus* | EP. *pro* # *Leo* ‖ 631. NOLOEX: nollo e | FIER(ITE): te ‖ 632 sq. ABIERUNT: abisti | NUNCCONSILIOCAROOPUST: quid es capturus consilii ‖ 634 sq. #TUNE#MIHINE#TIBINE# | uides (*item A*): *corr Fl* ‖

Víden benignitátes hominum ut périere et prothýmiae?
Víden ridiculos níli fieri atque ípsos parasitárier?
Númquam edepol me uíuom quisquam in crástinum inspiciét diem:
Nám mihi iam intus pótione iúncea onerabó gulam
Néque ego hoc committam út me esse omnes mórtuom dicánt fame. 640

ACTVS V

STICHVS

SERVOS

More hóc fit atque stúlte mea senténtia:
Siquem hóminem exspectant eúm solent prouísere:
Qui hercle ílla causa | ócius niló uenit.
Idem égo nunc facio, quí prouiso Sá[n]garinum:
Qui nílo citius uéniet tamen hac grátia. 645
Iam hercle égo decumbam sólus, si ille huc nón uenit.
Cadúm modo hinc a me húc cum uino tránsferam:
†Postea accumbam. quási nix tabescít dies.

---

636. U(ide)N: Vides | VTPERIERINTET: periere et: *corr Ac* ‖ 637. UIDEN: Vides ‖ 638. inspiciet (*sic A*) *vel* prospiciet ‖ 639. uincea *vel* iuncea (*sic A*) | ONERADO | GULAM: gilam ‖ 640. MEESSEOMNESMORTUUM: homines mortuum me ‖ 641. STULTE: stutte *vel* est uitę | *dist Weissenhornius* ‖ 643. ERCLE (H *s. scr.*) | OCIUSNIHILO: nihil otius ‖ 644. *del D* ‖ 645. NIHILOCITIUS: nihilocius (ti *s. scr.*) *vel* nihil otius | ueniet (*sic A*) *vel* uenet ‖ 647. cum uino (*sic A*) *vel* # uino ‖ 648 quasenex: *corr Bo* ‖

SAGARINVS. STICHVS
SERVI II

SA. Saluéte Athenae, quaé nutrices Graéciae:
†Terra erilis patria, te uideó lubens. 650
Sed amíca mea et consérua quid agat Stéphanium,
Curaést ut uideam. nám Sticho mandáueram
Salútem ut nuntiáret atque ei ut díceret
Me hodié uenturum, ut cénam coqueret témperi.
Sed Stíchus est hicquidem. ⟨ST.⟩ Fécisti, ere, facétias, 655
Quom hoc dónauisti dóno tuom seruóm Stichum.
Pro di ímmortales, quót ego uoluptatés fero,
Quot rísiones, quót iocos, quot sáuia,
Saltátiones, blánditias, prothýmias.
⟨SA.⟩ Stiche. ST. Hem. SA. Quíd fit? ST. Euge, Sá[n]garine, lepidíssume: 660
Feró conuiuam Díonysum mihique ét tibi.
Namque édepol cena cóctast: locus libér datust
Mihi ét tibi apud uos. nam ápud nos est conuíuium:
Ibi uóster cenat cum úxore adeo et Ántipho:
Ibidem érus est noster. hóc mihi donó datumst. 665
⟨SA.⟩ Quis sómniauit aúrum? ST. Quid id ad te áttinet? 666. 667
(Proin tú lauare própera. SA. Lautus sum. ST. Óptume:
Sequere érgo | hac me | íntro. SA. Ego ueró sequor.)
Volo éluamus hódie: peregrina ómnia 670
Relínque: Athenas núnc colamus: séquere me.

652. Cura est: *corr Stu* | ut ualeat: *corr Ri* ‖ 657. quod ‖ 658. Quorisionis quod locos quod suauia *B* ‖ 660. *del Ri* ‖ 662. dicta est: *corr Ri* ‖ 664. antipho *vel* antepho ‖ 666 sq. ad *vel* at ‖ 668 sq. *secl Goe* ‖

⟨SA.⟩ Sequor ét domum redeúndi principiúm placet:
Bona scaéua strenaque óbuiam occessít mihi.

STEPHANIVM
ANCILLA

Mirúm uideri némini uostrúm uolo, spectatóres,
Quid ego híne quae illic habito éxeam: faciám uos certióres. 675
Domo dúdum huc arcessíta sum. †quoniam nuntiátumst
Ipsárum uenturós uiros, ibi féstinamus ómnis:
Lectís sternendis stúduimus mundítiisque apparándis.
Intér illud tamen negótium meís curaui amícis
Sticho ét conseruo Ságarino meo céna cocta ut ésset. 680
Stichus óbsonatust: céterum †ego curándo id adlegáui.
Nunc íbo hinc et amicós meos curábo hic adueniénteis.

SA[N]GARINVS. STICHVS. TIBICEN
SERVI II

SA. Ágite ite foras: férte pompam. cádo te praefició, Stiche.
Ómnibus modis temptáre certumst nóstrum hodié conuíuium.
Íta me di ament, lépide accipi[a]mur, quo[nia]m hóc recipi[a]mur ín loco. 685

---

673. obulam: *corr Ca* ‖ 676. arcessita *vel* arcesita ‖ 677. Istarum: *corr Ewaldus* ‖ 678. studuimus *vel* fliduimus ‖ 680. sangarino *vel* sagarino ‖ 682. hinc et: ET ‖ 684. certum si ‖ 685. a *bis del Guy,* nia *Ca* (*fort. cum A*) ‖

Quísquis praetereat, cómissatum uólo uocari. ST. Cónuenit,
Dúm quidem hercle quísque ⟨ueniet⟩ uéniat cum uinó suo:
Nam hínc quidem hodie pólluctura praéter nos †iactura dabitur némini.
Nósmet inter nós ministremus †mónotrophe: hoc conuíuiumst
Pro ópibus nostris sátis commodule núcibus, fabulis, fículis,
Óleae †interiplio, lupillo cómminuto, crústulo.
†Sat est seruo homini modeste melius fácere sumptum quam ámpliter.
Suóm quemque decet: quíbus diuitiae dómi sunt, scaphio et cántharis,
Bátiochis bibunt: át nos nostro Sámiolo potério
†Támen bibimus nos, támen efficimus pro ópibus nostra moénia.
⟨SA.⟩ †Amica uter utrubi áccumbamus? ST. Ábi tu sane súperior.
Átque adeo ut tu scíre possis, pácto ego hoc tecum díuido:
Víde, utram tibi lubét etiam nunc cápere, cape prouínciam.
⟨SA.⟩ Quíd istuc est prouínciae? ST. Vtrúm Fontine an Líbero
Ímperium te inhibére mauis? SA. Nímio liquido Líbero.

---

686. CVMI——: cōmissatum ‖ 687. *suppl Goe* (*fort. cum A*) ‖ 688. pollectura: *corr Pius* | dabitur nemini *vel* nemini dabitur ‖ 691. interiplio: IN——LL* | *dist Ri* ‖ 692. Sat est *etiam Nonius et A* | serui *Nonius* | melius *om idem* (*vix A*) ‖ 693. SVVMQVIQ· | SCAPHIO: caphio ‖ 694. bibunt (*vel* bibum) ad: VIVNTAD ‖ 695. uiuimus (*item A*): *corr Ri* ‖ 696. Amica uter utrubi: M***CEMVTR—— | Abi (*sic A*) *vel* Abii ‖ 697. ut (*sic A*) *vel* ui | PACTO: facto | hoc tecum diuido (*sic A*) *vel* tecum hoc diuiclo ‖ 698. etiam *vel* et ian | capere cape: (ca)PE(re) ‖ 699. FONTINE: fontale ‖ 700. mauis (*sic A*) *vel* mauir ‖

Séd amica mea et túa dum cessat dúmque se exornat, nós uolo
[Tamen] Lúdere inter nós. strategum té facio huic conuíuio.
⟨ST.⟩ Nímium lepide in méntem uenit: pótius [quam] in subséllio
Cýnice hic accipimúr quam in lecti[ci]s? SA. Ímmo enim hic magis est dúlcius.
Séd interim, stratége noster, cúr hic cessat cántharus?
Víde quot cyathos bíbimus. ST. Tot quot dígiti tibi sunt ín manu. 706
Cántio Graecást: ἢ πέντ' ἢ τρία πῖν' ἢ μὴ τέτταρα.
⟨SA.⟩ Tíbi propino. décumum a fonte tíbi tute inde, sí sapis.
Béne uos: bene nos: béne te: bene me: béne nostram etiam Stéphanium.
Bíbe[s], si bibis. ST. Non móra erit apud me. SA. Édepol conuiuí sat est: 710
Módo nostra huc amíca accedat: íd abest, aliud níl abest.
⟨ST.⟩ Lépide hoc actumst. tíbi propino cántharum. ⟨SA.⟩ Vinúm tu habes:
Nímis uellem aliquid púlpamenti. ST. Si hórum quae adsunt paénitet,
Níl est. tene aquam. SA. Mélius dicis: níl moror cuppédia.
Bíbe, tibicen: áge siquid agis: bíbendum hercle hoc est: né nega. 715

---

701. dum cenat: *correximus* ‖ 702. *del Guy* | nos # | (hu)IC: huc ‖ 703. (inme)NTEM: in mente | *del Sarac* ‖ 704. CYNICEHIC: Cynice | *del Pius* | hic magis est: NIMIUMHIC ‖ 705. stratege *vel* stratage ‖ 706. QUOT: quod | UIU— | quot *vel* quod | tibi sunt (*sic A*) *vel* sunt tibi ‖ 707. GRAECAST: est graeca | cepente pine et trispine emet (*vel* einet) et tara (*lac A*): *corr Ri ducibus aliis* ‖ 708. *add Ac* | DECUMUMA: decumam a *vel* decuma | tibi tute: TIBITE ‖ 709. nos *vel* uos ‖ 710. *del Scu* ‖ 712. SA. *add Ri* ‖ 713. pulpulmenti | ST. *pro* # *Ac* ‖ 714. teni | SA. *pro* # *Ac* ‖ 715. agis *vel* agiss ‖

Quíd hic fastidis quód faciundum uídes esse tibi? quín bibis?
Áge, siquid agis. áccipe inquam: †non hoc inpendet públicum.
⟨H⟩aúd tuom istuc est té uereri. éripe ex ore tíbias.
⟨ST.⟩ Vbi illic biberit, uél seruato meúm modum uel †tu dabo.
Nól[l]o ego nos prosum †o bibere: núlli rei erimus póstea. 720
Námque edepol quam uí⟨s⟩ desubito uél cadus uortí potest.
⟨SA.⟩ Quíd igitur? quamquám grauatus fuísti, non nocuít tamen.
Áge tibicen, quándo bibisti, réfer ad labeas tíbias:
Súffla celeritér tibi buccas quási proserpens béstia.
Ágedum, Stiche: uter démutassit, p[r]óculo mu⟨l⟩tábitur. 725
⟨ST.⟩ Bónum ius dicis: ímpetrare opórtet qui aequom póstulat.
⟨SA.⟩ Áge ergo obserua: sí peccassis, múltam hic retinebo ílico.
⟨ST.⟩ Óptumum atque aequíssumum oras. ⟨SA.⟩ [H]Em tibi hoc primum ómnium.
⟨ST.⟩ Haéc facetiást amare intér se riualís duos,
Vno cantharó potare, únum scortum dúcere. 730
Hóc memorabilést: ego tu sum, tú's ego: unianimí sumus.
Vnam amicam amámus ambo: mécum ubist, tecúmst tamen:

717. inpendet *vel* inpendit ‖ 718. Aut: *corr Sarac* | uereri # *vel* uerereri # ‖ 720. prosumo *vel* pro summo | relerimus: *corr B* ‖ 722. *iteratur post v. 766* (*om* fuisti) | Quid agitur *vel* Qui dicitur: *corr Sarac* | non *vel* nun *vel* num | nocuit *vel* nocui ‖ 723. refer *Nonius*: refers ‖ 724. Suffla *vel* Sufla | proserrens: *corr ex Varrone* ‖ 725. proculo (*vel* procul) mutabitur: *corr Pius* ‖ 726. quiaecum *vel* quia equum ‖ 727. multam *vel* multa ‖ 728. *del Ri* ‖ 729. *add Ri* ‖

Técum ubi autemst, mécum ibi autemst: neúter †utri ínuidet.
⟨SA.⟩ Óhe, iam satis: nol[l]o óbtaedescat: álium ludum núnc uolo. 734. 735
⟨ST.⟩ Vín amicam huc éuocemus? éa saltabit. SA. Cénseo.
⟨ST.⟩ Méa suauis amabílis amoena Stéphan⟨i⟩um, ad amorés tuos
Fóras egredere: sátis mihi pulcra's. SA. Át enim ⟨mihi⟩ pulcérruma.
⟨ST.⟩ Fác nos hilaros hílariores ópera atque aduentú tuo.
⟨SA.⟩ Péregre aduenientés te expetimus, Stéphaniscidium, mél meum, 740
Sí amabilitas tíbi nostra placet, sí tibi ambo acceptí sumus.

STEPHANIVM. STICHVS. SAGARINVS.
ANCILLA SERVI II
TIBICEN

STE. †Morem uobis geram, meaé deliciae: nam íta me Venus amoéna amet,
Vt ego huc iam dudúm simitu exíssem uobiscúm foras,
Nísi me uobis éxornarem. nam ítast ingenium múliebre:
Béne quom lauta [est], térsa, ornata, fíctast, infectást tamen: 745
Nímioque sibi múlier meretrix répperit odium ócius
Sua ínmunditia quám in perpetuom ut pláceat munditiá sua.

733. ubi autem est *et* ibi autem est *vel* autem ubi est *et* autem ibi est ‖ 734 sq. obtaedes (*vel* obcedes) catali ut (*item membr. Turn.*): *corr Ri* ‖ 736. *add Ri* ‖ 738. *suppl Ac* ‖ 739 sq. *add Ri* ‖ 740. stephaniscidium *vel* stephanisciduum ‖ 743. hic: *corr Scal* | simitu exissem *vel* sim id (*vel* ad) uexissem ‖ 744. muliebre *vel* muliebrem ‖ 745. *del Scal* ‖

⟨STI.⟩ Nímium lepide fábulatast. SA. Véneris merast orátio.
⟨STI.⟩ Sá[n]garine. SA. Quid est? STI. Tótus doleo. SA. Pótus? tanto míserior.
STE. Vtr[um]ubi accumbo? SA. Vtr[um]ubí tu uis? STE. Cum ambóbus uolo: nam ambós amo.
⟨STI.⟩ Vápulat pecúlium: actumst: fúgit hoc libertás caput. 751
STE. Dáte mihi locum ubi accúmbam, amabo, síquidem placeo. ⟨ST.⟩ Tún? mihi.
⟨STE.⟩ Cúpio cum utroque. ⟨STI.⟩ Eí mihi, bene dispéreo. quid ais? SA. Quíd ego? *
⟨STI.⟩ Íta me di ament, númquam enim fiet hódie haec quin[on] salté[n]t tamen.
Áge, mulsa mea suáuitudo, sálta: saltabo égo simul. 755
⟨SA.⟩ Númquam edepol me⟨d⟩ ístoc uinces, quín ego ibidem prúriam.
STE. Síquidem mihi saltándumst, tum uos dáte bibat tibícini.
⟨STI.⟩ Ét quidem nobis. SA. Téne, tibicen, prímum: postideá loci,
Si hóc eduxerís, proinde ut consuétu's antehac, céleriter
Lépidam et suauem cántionem aliquam óccupito cinaédicam, 760
Vbi perpruriscámus usque ex únguiculis. inde húc aquam.
Tene tu hóc: educe. dúdum ⟨haud⟩ placuit pótio:
Nunc mínus grauate iam áccipit. tene tu. ínterim,

749. *del Ri* ‖ 750. *del Ca* | ubi *vel* tibi | SA. *pro* # *Ca* | ambobus *vel* ambabus | amo *vel* omo ‖ 751. # fugit ‖ 752 sq. *add et dist Sey* | dispereo *vel* dispereo # | SA. *pro* # *Ri pers deinceps permutans* | *lac signavimus* ‖ 754. flet | *del Ca* ‖ 755. *dist Ac* ‖ 756. d *add Guy* | pruriam *vel* pluriam ‖ 759. eduxerit: *corr Ca* | consuetus: *corr Ri* | antidhac *gloss. Plaut.* ‖ 760. cantionem *et* occupito *Nonius*: cantationem *et* occipio | cynedicam ‖ 762. *scaenam sign CD, ut vid* (*item v. 769*) | *suppl Pistoris* ‖

Meus óculus, da mihi suáuium, dum illíc bibit.
⟨STI.⟩ Prostíbiles⟨t⟩ tandem? stántem stanti sáuium 765
Dare amícum amicae? euge, eúge: sic furí datur.
⟨SA.⟩ Age, iam ínfla buccas: núnciam aliquid suáuiter.
Redde cántionem uéteri pro ui⟨nó⟩ nouam.
Qui Iónicus aut cinaédicus⟨t⟩, qui hoc tále facere póssiet?
⟨STI.⟩ Si istóc me uorsu uíceris, alió me prouocáto. 770
⟨SA.⟩ Fac tu hóc modo. STI. At tu hóc modo. SA. Babaé. STI. Tatae. SA. Papaé. STI. Pax.
⟨SA.⟩ Nunc páriter ambo. omnís uoco/cinaédos contra.
Satis ésse nobis nón magis/potis [est] quám fungo imber.
⟨STI.⟩ Intro hínc abeamus núnciam: saltátum satis pro uínost.
Vos, spéctatores, plaúdite atque ite ád uos comissátum. 775

---

765 sq. *add et dist Leo* | stantis autum (*vel* autem): *corr Sarac* | # Euge | *cf. ad v. 722* (*del Guy*) || 767. *add Bo* | buccas *vel* bucas || 768. *add Sarac* || 769. *cf. ad 762* | cenydicus *vel* cęnedicus: *add Ri* || 770 sq. *add Ri* || 772. cinaedus *vel* cynedus: *corr Angelius* || 773. Satis *vel* statis | *del Leo* || 774. *add Ac* || 775. ad nos: *corr Palm* | commissatum *vel* omnis satum ||

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

EX RECENSIONE

GEORGII GOETZ ET FRIDERICI SCHOELL

FASCICVLVS VII

TRINVMMVM TRVCVLENTVM FRAGMENTA COMPLECTENS
ACCEDIT CONSPECTVS METRORVM

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCXCVI

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

PRAEFATIO

Notae quibus utimur in hac editione hae sunt:

| ad denotandos hiatus non legitimos.

† ad corruptelam sive verborum sive metri indicandam.

* ad lacunas signandas (nisi moras deficientes per ⏑ et – apposuimus).

[ ] ad delendas litteras syllabas voces personas[1]) perperam traditas maioresve interpolationes.

( ) ad secludendos versus ex dittographia vel retractatione scaenica ortos.

⟨ ⟩ ad insigniendas litteras syllabas voces personas contra libros suppletas.

ad adumbrandum (personae) spatium in librorum scriptura.

A codicis rescripti Ambrosiani scripturas litteris capitalibus exhibemus (adpunctis infra vel seiunctis incertioribus): alteram recensionem (*P*) litteris antiquis adiungimus scripturas discrepantes per *vel* indicantes rariusque singulos codices (Palatino-Vaticanum *B*, Palatinum Decurtatum *C*, Vaticanum Vrsinianum *D*) commemorantes.

Scripturis a contextu discrepantibus vel signis in contextu ad mutationem indicandam adhibitis ubi nihil

1) De personis respicias quae ad Trinummum Truculentumque adnotavimus ubi incipiunt dialogi.

additum est, ad Italos redire emendationem sciendum est. Ceteroqui librorum scripturis per colon (:) discretis in adnotatione vel per signa supra posita conspicuis per voces[1]) *corr(exit)*, *trai(ecit)*, *add(idit)*, *suppl(evit)*, *del(evit)*, *secl(usit)*, *lac(unam)* *sign(avit)*, *dist(inxit)*, *discr(ipsit)* adiunximus nomina correctorum. Ex quibus haec per compendia exhibuimus: *Ac(idalius)*, *Ald(us)*, *Bent(leius)*, *Bo(thius)*, *Ca(merarius)*, *Fl)eckeisenus)*, *Goe(tzius)*, *Gru(terus)*, *Gul(ielmius)*, *Herm(annus)*, *Lamb(inus)*, (*C. F. W.*) *Mue(llerus)*, *Palm(erius)*, *Py(lades)*, *Ri(tschelius)*, *Salm(asius)*, *Sarac(enus)*, *Scal(iger)*, *Schoe(llius)*, *Sey(ffertus)*, *Stu(demundus)*, *Turn(ebus)*, *Vss(ingius)*.

De aliis rebus ad priores praefationes relegantes potiora ex adnotationum penu interim subnatarum delibamus.

TRINVMMVS. 1. munus ut fungas tuom *L. Muellerus ad Nonium duce Schoellio.* — 7. Hinc quae abiit *Bachius in Studem. Stud. t. II p. 200.* — 15. *Versum pessime percussum admisimus etsi non dubitamus de emendatione* quicum ⟨una⟩ a. e. — 17. *Cf. Ausonius p. 471 ed. Peip.* — 20. uos hoc *defendit Haulerus 'Zschr. f. ö. Gymn.' a. 1883 p. 2.* — 48. salue *pro* atque *male Klotzius 'Altr. Metr.' p. 177 neque probabilius* O salue, ⟨mi⟩ amice a. a. *Vahlenus apud Niemeyerum.* — 126. *Hunc v. post proximum trai. Langenus Stud. Pl. p. 225: vix recte, praesertim cum sic v.* 127 (factum) *nimis a v. 129* (facto) *divellatur.* — 158. ⟨eí⟩ habeó dotem *Niemeyerus* (*Ritschelio hoc tribuens, qui post Pareum* hábeo ⟨ei⟩ dotem *dederat paulo rectius*) *itemque Klotzius p. 173,* habeo, dotis *Schoellius coll. v. 1158, Aul. 238, Merc. 703, Cist. 562, Pers. 394.* — 186. Has mihi *Vssingius et* maledicas (*de quo cf. etiam Naekius*

---

1) Accedunt compendia consueta *om(isit)*, *praem(isit)*, *vid(etur)*, *compr(ehendit)*, *ras(ura)*, *rubr(icator)*, *pers(ona)*, *fort(asse)*, *s(upra)* *v(ersum)* similiaque.

Valer. Cat. p. 45). *At ipsa 'fama' quamvis recte 'maledica' dicatur, 'famam ferre maledicam' dici vix potuit.* — 207. *Cf. praef. Capt. p. XXII adn.* — 233. *Cf. Seyffertus in Burs. Annal. t. XLVII p. 61.* — 245. *Cf. Georgius de Sabler in Kuhni Actis t. XXXI* (*a. 1890*) *p. 274 sq.* (*de* cuculus = *p*(*e*)*cu-culus 'Viehsteiss', si dis placet*). — 249. *Fortasse praestat* ní etiam ampliús (*A*). — 252 sqq. *Cf. Klotzius p. 412 sq. et 502.* — 262. *Cf. Niemoellerus de* IDEM *et* IPSUS *pron. p. 12.* — 312. *Improbabiliter hunc v. Lysiteli tribuit Niemeyerus, quasi* istaec ego *ad hunc v. solum spectare possit. Antea* té ita | ésse *tolerari saltem potest, quamvis vix vera sit mensura. Ceterum cf. Langenus Stud. Pl. p. 374.* — 326 (*et* 359). *Adde Bachium l. s. s. p. 188.* — 358. *Cf. Ausonius grat. act. XVII 77* ('*aliorum egestatem tolerare*'). — 361. *Cf. Baierus de A et P p. 176.* — 368. *Cf. Langenus p. 375 sq.: qui quod aliquid tribuit diverso qui in libris huic v. est loco, neglexit necessariam necessarii qui insequitur v. traiectionem, quae aperte cum huius v. traiectione cohaeret.* — 375. ⟨Quid?⟩ sine dote *Niemeyerus, perperam. Cf. Klotzius p. 111.* — 378. Egone te indotatam *Kaempfius de pron. p. 46.* — 386. *Cf. Skutschius 'Forsch.' I p. 150 sq.* — 394. *Cf. Seyffertus 'Berl. philol. Wschr.' a. 1885 p. 41.* — 413. *De* deminui *vel* detraxi *cogitavit Schoellius coll. Truc. 561 sq.: certe de* Qui(d) quod ége *mensura cogitari vix potest.* — 414 sq. *Offensionem horum versuum auxit Niemeyerus traiciens post v. 419* (*cui paralleli visi sunt aliis*). — 425. Trapezítae mille dráchum⟨ul⟩arum *Seyffertus. Certe versus ut traditus est tolerari nequit.* — 458. Philto, aliud me uis *vel* aliud uis, Philto *Redslobius 'N. philol. Rdsch.' a. 1885 p. 782.* — 466. *Cf. Kaempfius de pron. p. 26.* — 515. *Cf. Seyffertus l. s. s. p. 42* (*Kaempfius p. 43, Schraderus de* -NE *partic. p. 15* [*269*]). — 527 sq. *Quod hos v. post v. 532 collocavit Schoellius* (*vel si pro parallelis habeantur, quod denuo defendit Langenus p. 376*) *et Niemeyerus tacite recepit et Seyffertus Burs.*

Annal. t. LXIII p. 90 confidenter amplexus est. — 539. alternae ⟨illi⟩ *Niemeyerus*, ⟨isti⟩ sunt *Klotzius p. 78.* — 540. ⟨m⟩acerrumae *Onionsius: ubi* angina sues *male trai. Klotzius p. 178; 208.* — 545. *Cf. Caesar de Pl. mem. ap. Non. p. 95.* — 574. Numquám edepol *Klotzius p. 169* (*qui poterat eodem 'iure'* quóiquam). — 576. PH. ⟨ET LE.⟩ Ita uolo *Seyffertus.* — 578. BIbitur *pro* K (= ST.) Ibitur *B.* — 588. *De* Aequom ⟨haud⟩ uidetur *cogitat Seyffertus: quamquam negatio necessaria praecedere potuit non modo ex Ritschelii exemplo* ⟨LE. Nullo modo⟩ ‖ [LE.] Aequom uidetur, *sed etiam sic:* ⟨LE. Non — ST. I modo.⟩ LE. Aequom uidetur. — 598. Abibit aliquo *Abraham Stud. Pl. p. 236. Cf. Bachius in Studem. Stud. II p. 286, qui demonstrat interpretationem* istac *adverbii bis nuper recoctam nihili esse, etsi omnem ne exhausit quidem offensionem.* — 606. *Cf. Seyffertus Burs. Annal. t. XLVII p. 63 sq. et LXIII p. 89.* — 644. *De* uendax *pro* uindex *fuit qui cogitaret.* — 652. *Cf. Kaempfius de pron. p. 23.* — 672. *Cf. Langenus p. 376 et Skutschius p. 11 et 111. Auxit offensionem Niemeyerus v. 670 post hunc traiciens* (*idem v.* 671 Quoius inopiast *praeter rem et v.* 675 [*de quo cf. Langenus p. 82*] istac *pro* istuc). — 693. Te co(ho)nestet, me conlutulet, si *L. Muellerus ad Nonium.* — 694. Tíbi [s]id emōluméntum *Redslobius. Cf. Lucr. V 166.* — 708. te iuris multabo mina *Grayus 'Proc. of the Cambr. philol. soc.' a. 1888 p. 7* (ted auri *Niemeyerus.*). — 717. *Cf. cum Abraham Stud. Pl. p. 237 et 'Wschr. f. kl. Philol.' t. II p. 274 tum Bachius l. s. s. p. 306.* — 743. *Cf. Bachius p. 313 sq. et p. 371 ad v.* 763. — 762. *Hunc v. secl. Vssingius.* — 765. *Cf. Seyffertus Burs. Annal. t. LXIII p. 88.* — 768. facies (*pro quo* facie *omnes*) *reliquimus in loco aperte lacunoso, quem ad hoc exemplum refingit Schoellius:* Ignota facies, quae non uisitata sit ⟨Hic apud nos, facile faciet nemo ut sentiat Hominem esse, ut esse debet, sycophanticum,⟩ Falsidicum, confidentem. — 802. *Cf. Haulerus*

'*Terentiana*' (*ed. Vindob. a. 1882*) *p. 22.* — 804. clanculũm (*sic*) *B.* — 816. *Cf. Langenus p. 376.* — 820. Saltipotenti et multipotenti *Buechelerus Mus. Rhen. t. XLIV p. 160 et in eandem sententiam* Salsipotenti et mulsipotenti *Klotzius p. 445 sq.; 567* (*prorsus incredibilia commentus de v. 822 sq.*). — 827. *Cf. Seyffertus Burs. Annal. t. LXIII p. 89.* — 850. *Cf. Bachius p. 373.* — 858. choraga *ex* choroga *fort.* B^1 (*non* B^2) *et v.* 865 operei (*non* operea) *B teste Studemundo.* — 864. *Cf. Seyffertus Burs. Annal. t. LXXXIV p. 59 sq.* — 872. *Cf. Langenus p. 377 sq.* — 874. *Cf. Abraham p. 212.* — 909. concluso *etiam* D^1: *corr.* D^2 *teste Studemundo.* — 913. *Cf. Seyffertus Burs. Annal. t. LXIII p. 88.* — 922. *Inter* exemplumst *et* an Chares *Seyffertus duo hemistichia intercidisse suspicatur, dein corrigens:* ⟨CH.⟩ an Chares? an Charmides? SY. Ain Charmides? [SY.] Em istic erit, *ubi* Cha — Chares — Charinades [*cf. Arist. Vesp. 233*] — CH. Num Charmides? SY. Em istic erit *temptat Schoellius.* — 928. *Cf. Fleckeisenus Annal. philol. t. CXXXIII p. 203.* — 931. (adisti)x *scripturam ex X* (= SY.) *male repetito repetit Seyffertus.* — 933. aduecti a⟨d⟩ terram Arabiam *Fleckeisenus Annal. philol. t. CXLIII p. 674.* — 939. *Cf. Blasius de temp. mod. permut. p. 46* [*102*]. — 952. *Cf. Schraderus de* -NE *partic. p. 27* [*281*] *adn.* — 969. te a me *cum Reizio aliisque etiam Mahlerus de pron. p. 28.* — 971. tuisses *BC.* — 974. ⟨tu⟩ obre⟨p⟩sisti *vel* obre⟨pta⟩uisti *Niemeyerus* (*v.* 980 *post hunc traiciens*). — 976. nonceras *B* (*sed* c *incerta*) *testatus erat Ritschelius, ubi* nonieras *legit Studemundus: unde simul apparet* se *suprascriptum spectare ad* non is eras *corrigendum* (is non eras *Hermannus*): *cf. v. 980.* — 982. Charmidem dedisse fassu's *trai. Redslobius* '*Philol. Rsch.*' *t. V p. 786.* — 983. próperas ábĭre actutum *dubitanter admisimus* (*ut* númmus ábĕsse *similiaque*). — 987. *Post* ipsus nes *teste Studemundo* # Ip B^1, *ubi rubricator* Θ (= CH.) *supra* es *scripsit et* Aio *in spatio addidit* (r *vel* n *supra* o *verbi* Aio)

non deleto Ip. — 990. *Cf. Seyffertus Burs. Annal. t. LXIII p. 89.* — 1005. mutum tacet *cum FZ Seyffertus* (*coll.* '*tacitus taceo*' *sim.*). — 1009. ulcus *pro* metus *Redslobius*, aestus *Schoellius* (*cf. Accius v. 565 Ribb.*). — 1013. Ecce te hominem *trai. Bachius p. 396 adn.* — 1019 sqq. *Cf. Seyffertus Burs. Annal. t. LXIII p. 29* (*v.* 1020 *de* ⟨S⟩truthus *et* Crecobolus *cogitabat Schoellius*). — 1023. Quorum eorum *defendit Meunierius* '*Mém. de la soc. de ling. de Paris*' *I* (*a. 1868*) *p. 50 et Bachius de attr. p. 21, vix recte. Cf. Seyffertus l. s. s. p. 90* (Furum eorum *Redslobius*). — 1031. hunc (*non* huno) *etiam B teste Studemundo.* — 1068. *Cf. Seyffertus l. s. s. p. 88.* — 1080. non nostrae sunt haec aedis. CH. Quid *Bachius in Studem. Stud. II p. 237 sq., ubi servatis* non sunt nostrae aedis *quae minime offendunt* CH. St⟨asim⟩e, quid *corr. Schoellius.* — 1090. *Cf. Seyffertus l. s. s. p. 9.* — 1097. saluae (*non* saluet) et (*ut C*) *etiam B teste Studemundo.* — 1098. si ita ⟨res⟩ est *Seyffertus.* — 1102. *Cf. Richterus in Studem. Stud. I p. 503; 544 adn.* — 1108. *De* morae. i, i, ambula *cogitare non potest nisi sermonis Plautini ignarus.* — 1119. Ita (*non* ita) *B teste Studemundo.* — 1131. datum ŭtendumst, id *similiaque increduli admisimus* (datumst utendum, id *Niemeyerus, melius* datur utendum, id *cum Bothio Vssingius Redslobiusque, cum non tantum metrica offensio sit*). — 1146. eum [a] me *cum Muellero Abraham p. 188.* — 1153. dignus salutid *L. Muellerus ad Nonium. Cf. Caesar l. s. s. p. 146.* — 1155. ⟨Lysiteles,⟩ deos *iam Bentleius* (*ut Schoellius*).

TRVCVLENTVS. *Arg.* 8. propense *Opitzius in Stud. Lips. t. IV p. 243.* — *v.* 10. Athenis tractu⟨s est⟩ ita ut hoc proscaeniumst *Schoellius.* — 29. supercilia amanda *Barthius Advers. XXXII 11 p. 1482.* supercilia alta (*!*) *Pollius Annal. philol. t. CXXXIII p. 499, qui paulo melius poterat* supercilia auidae. — 30. *De lacuna cogitat Schoellius coll. Ter. Heaut. 234, velut* Quid perieran⟨t⟩, dum est etiam ⟨quod sibi aufe-

rant: Nam nil amicae cordist⟩ praeter munera. — 46. fórt(e)st amátorí *vix recte defendas: possis inter alia* forte amatorist. — 50 a. *Cf. Ellisius 'Journ. of Philol.' t. XII p. 255 (adde Haulerum in Woelfflini Arch. t. V p. 578).* — 50 b. Ita ⟨nihil omnino⟩ in aedibus linq⟨uet⟩ s⟨u⟩is *Vssingius neque probabilibus supplementis usus et prorsus inanibus. In* lenosis *latere* lienosis *suspicatur Schoellius coll. Cas. 414 et* [*Aurel. Vict.*] *epit. 42 ac temptandum esse velut* Ita [et] in aedibus l⟨i⟩enosis ⟨crescit auiditas:⟩. — 54. aut aliquod lectum la⟨m⟩ptile[s] (*coll. 'fictile'*) *lusit Schoellius.* — 57. nos clam ⟨da⟩mina *Hasperus Annal. philol. t. CXXXI p. 384.* — 59 sqq. *Cf. Langenus Stud. Pl. p. 378 sq.* — 61. tempestiuo *defendit Keilius ad Cat. de agri c. p. 96.* — 67. qui sedent (*non* qui assident) *recepimus propter* circum (*non* apud) *praepositionem adhibitam.* — 74. ut *pro* id *Baehrensius.* — 82. *Nihil egit Abraham Stud. Pl. p. 237* me mouit loco *post Kochium redintegrans (item Vssingius) neglecto conexu vel in corruptelis apertissimo (obiter iudicat etiam Skutschius 'Forsch.' I p. 91 adn.).* — 89. Mihi uerba retur dare se? *dist. Seyffertus, mox ante* Nam (*v. 91*) *lacunam statuens, qua unde rerum notitiam habeat Diniarchus explicetur.* — 94. Eam erga *pro* Cum ergo *idem.* — 96. Nequís ăduentor *reposuimus suasore Seyfferto, cum saepius* quis *etiam iuxta* qui *ponatur. Licuit etiam* Nĕquis áduentor. — 99. *Ad similitudinem v. 100 sq. et 102 possis* Grauidás foras expórtet: nóui ego hominum móres. — 100. *De* seni c⟨o⟩adueniunt *cogitat Schoellius, de* senei ⟨una⟩ adueniunt ⟨simul⟩ *Seyffertus.* — 103. *Praeter* ⟨i⟩oculum *de* ⟨p⟩oc[u]lum *cogitat Schoellius et v.* 105 sqq. *de* obluctant qui c. oblectent *et* [saepe] ⟨c⟩aedunt, quod sectores faciunt. *Ceterum v.* 105 Sin, S *rubr. C habet et* in *cum spat. init. D: unde apparet olim librarium lacunae signum pro scaenae significatione perperam habuisse.* — 112. *Ad* agerimus *cf. Pers. 469* (agerite uos). — 122. Diniarchus illic est? ‖ Atque is est. ⟦Salua

sis. ⁋Et tu *discr. Seyffertus: ubi* illic est? atque is est, is ⟨est⟩ *duce P et coll. Trin. 1072* (*P : A*) *etiamnunc praefert Schoellius.* — 150 b. *Cf. Bachius l. s. s. p. 307.* — 160. nos nequam abs te⟨d⟩ habe[a]mus *cum plerisque denuo defendit Abraham l. s. s. p. 238, sententia per se plana, sed ab hoc loco aliena. Immo* nos nequam abs te habeamus *uni Schoellio probatum significare 'facile patiamur nobis nequam a te dari' et conexus docet et Poen. 162 confirmat.* — 166. referre *coll. Curc. 254 defendit Seyffertus.* — 168. columis *post Schoellium Gimmius de adiect. Pl. p. 17.* — 172. habitu *pro* omini *Seyffertus coll. Stich. 59; Poen. 238: at cf. Schoellius praef. p. XXXII* (*neglectus etiam a Ribbeckio Mus. Rhen. t. XXXVII p. 417,* enim *commendante quod linguae usus minus commendat*). — 180. *Cf. Langenus Stud. Pl. p. 379* (*aliter olim Annal. philol. t. CXXV p. 683*). — 216. *Cf. Fronto p. 150 ed. Nab.* — 218. Isti[n]c [id] habet *Bachius p. 262* (*cf. Skutschius p. 144 sq.*). — 227. *Cf. Anthol. lat. epigr. I p. 20 n. 34 Buech.* (senem seuerum semper esse condecet). *Possis* sentis ⟨con⟩-similem esse condecet *vel* sentis ⟨usque ad⟩similem esse addecet *vel* ⟨semper⟩ sentis similem esse addecet. — 232. *Improbabiliter L. Muellerus apud Nonium ex* abeam quod amet *pro* habeat dum (*vel* tum) amet *tradito novum fragmentum effinxit* abeam quo⟨n⟩dam et coepiam. — 234 sq. *Hos v.* (*non* 236 *et* 241—243) *tutatur Langenus p. 86.* — 239. *Palatinorum scriptura* suae quisquam amicae amator *in A coaluisse videtur cum altera* amicae quis⟨quam⟩ qui amat. — 248 sq. *Cf. Abraham p. 238* (transiluit *neglectis Fleckeiseni argumentis neglegenter reiciens*). — 259. sat mihist [tuae] salutis *saltem vehementer desiderat Schoellius.* — 263. ⟨mihi⟩ per ridiculum ut *Bentleius.* — 266. truncum lentum *multi sibi eripi noluerunt: quem Plautum voluisse etiam Vssingius contendit 'apparere' — scilicet ex turbato in A metro et discrepante in P lectione! Buecheleri explicatio eo probabilior est, quod versus in*

A proximus est post TRŪCU *inscriptionem.* — 270 sqq. *Vt hoc loco, sic Most. 334* an *primum locum non tenet: quod neglexit Vssingius pravam Spengelii distinctionem redintegrans et v. 272 delens.* — 275. *Cf. Brugmannus de* NI *partic. p. 8.* — 284. ⟨hic⟩ mihi narras, ubi nusquam ulla *Langius Annal. philol. t. CXLV p. 512 et CXLIX p. 281: qua nusquam ulla coniectura peior facta est.* — 285. Rus inquam abierunt *cum P Brixius apud Niemeyerum Stud. Pl. p. 15.* — 287. *Cf. Firmicus Maternus VIII 7 p. 218:* 'et appositis alienis crinibus fictam et compositam pulchritudinem mentiantur': *unde corruit elegans Buecheleri coniectura.* — 306. *Cf. Morrisius 'on the sentence question in Pl. and Ter.' (ex 'Americ. Journ. of Philol.' t. X) p. 6.* — 307. *Ad* duarum rerum *cf. Ellisius l. s. s. p. 259.* — 314. *Cf. Buechelerus in Woelfflini Arch. t. I p. 113.* — 320. *Cf. Bachius l. s. s. p. 411.* — 324. *Cf. Brixius Annal. philol. t. CXXIII p. 58 et Bachius de attr. p. 7.* — 332. *De* Qui⟨d⟩? te reuocaui? *cogitat Schoellius.* — 338. quo die *etsi toleravimus, tamen inter* illum — illum *requiri putamus non temporis, sed ipsius esus notionem.* — 342. rem ⟨in⟩seruire *Seyffertus.* — 358. *Cf. ad Mostell.*[2] *513.* — 381. alter prae altero *Vssingius.* — 406. *Cf. Langenus 'Beitr.' p. 156.* — 407. ut ⟨in⟩ opere *Seyffertus.* — 409. mercis malae *coll. Most. 912 recte defendit Vssingius.* — 433. reuisas. i, ualeas *Seyffertus, lenius quam probabilius.* — 435. *Ad* sociae *cf. Stich. 101: sed* amantis *et* unanimantis, *non* mulieris *et* sociae, *aperte recteque inter se opponuntur: unde remoto simul hiatu traiciendum videtur cum Goellero et distinguendum:* Sed unanimantis, sociae fidentis fuit. — 442. *Cf. Langenus Stud. Pl. p. 87.* — 449 sq. cruciantque ⟨animum⟩ *Schoellius: vix enim recte* cruciant = *se cruciant defendas.* — 457. *De* uitae *dubitat Seyffertus, velut* quaestu *exspectans: sed vide quae ad Mostell. v. 731 adnotavimus.* — 461. N⟨umquam⟩ ullam rem *Langius l. s. s. p. 282.* Nullam rem ⟨te⟩ *Bentleius.* — 465 sqq.

Cf. Langenus p. 380 sq. (*ad v.* 466 *Lachmannus ad Propert. II 3, 43 p. 114*). — 468. defessae facere male quae occeperunt *trai. Seyffertus.* — 480. mihi ⟨in⟩tus *idem.* — 481. ecastor me inueniat *Schoellius.* — 487. qui audit quam ⟨ille⟩ qui *Goetzius.* qui audit⟨at⟩ quam qui *Schoellius.* — 503. *Cf. Bachius p. 408.* — 504. Bene te saluom — *Seyffertus.* — 508. iam ualet ad legionem *Schoellius coll. Amph. 1103.* — 509. ⟨G⟩er-⟨r⟩ae (*vel* Ἔρρε) *Palmerus 'Journ. of. Philol.' t. XVI p. 40.* — 525. péte hinc. ah, ⟨ah,⟩ n. c. *Schoellius.* — 531 *et* 533. ⟨H⟩is te dono *Bachius p. 181.* — 535. *Cf. Luchsius comm. prosod. II p. 9 et Kaempfius de pron. p. 10.* — 541. Accipe hoc, ⟨Astaphium,⟩ abduce hasce *Bachius p. 242 duce Schoellio.* — 546. *Cf. Seyffertus Burs. Annal. t. LXXXIV p. 60 adn.* — 549. inducit *tutatur idem coll. Amph. 243.* — 551. fura⟨ci⟩s gerronis *Schoellius.* — 556. iubet ⟨ec⟩ferri *Seyffertus Burs. Annal. XLVII p. 132 Vssingiusque.* — 558. Purás sibi esse ⟨su⟩as uolt ⟨ae⟩dis *Schoellius* (*ubi* neititur *vix recte defendas ita ut rei erili animus ipsius eri prodigiosi tribuatur*). — 560. Neque meăquidem opera umquam níli ⟨h⟩om⟨o⟩ minus properé quam potest per[i]bít⟨et⟩ *Schoellius.* — 561. *Versum ut traditus est etsi toleravimus, tamen cum de prosodia tum de lingua valde dubitamus.* — 564. *De* ⟨aequ⟩e *Spengelii plerisque probato suo iure dubitat Seyffertus neque* omnis ⟨si⟩c aqua *prorsus satisfacit.* — 566. susfurror *etiam D.* — 569. deuorat, ⟨at dat⟩is ⟨n⟩umquam *Langenus Annal. philol. t. CXXV p. 675.* — 580. Dono *pro* Dona *Seyffertus: quo servato sic corr. Schoellius:* ad te ferre me haec iussit: tibi Dona quae uides ill⟨e⟩ offert ét has q. a. m.; *nam* quae uides illos fer⟨r⟩e *ferri non posse demonstrat Bachius p. 325.* — 586. *Personas recte digessit Bothius in ed. alt.* (*in ed. tert. male* AST. *pro* PHR. *inferens*). — 589. quae ad me ⟨modo⟩ *cum Bergkio Abraham p. 239.* — 590. Illum amare ergo me plurumum hominum omnium *Schmerlius thes. III*

(*'quibus Athen. diebus f. fab. in sc. comm. sint' ed. Vratisl. a. 1879*): *post quem similia temptavit Spengelius 'Ref.' p. 45.* — 593. *Cf. Skutschius p. 114.* — 595. dignúst mecastor néqu⟨am⟩ ut est *Schoellius.* — 606. Istúcine mihi respónsi ⟨da⟩s *Bachius p. 221 adn.: ubi* responsis *formam per se bonam locoque aptam obscurare noluimus, etsi dubitari potest dubitaturque a plerisque. Item v.* 571 dātori (donanti *Spengelius, pessime delens acumen locutionis de sphaeromachia desumptae*) *et v.* 615 cūlina (coquilina *Spengelius non hercle probabilius*) *dubitanter reliquimus neque confidentius de* in⟨du⟩culina *cogitaremus. V. autem* 617 tuaque íngratá quaĕ abs te áccepi *tolerari posse videtur.* — 620 *et* 624. *Cf. Brugmannus de* NI *partic. p. 6 et 7.* — 630. Sed cesso ego me hinc *trai. Brixius Annal. philol. t. CXXXI p. 196 adn.: ubi aut* Sed ego cesso *aut* Sed cesso *aut* Cesso ego *respondere usui monuit Seyffertus.* — 634. iamne abis[ti]? *vel* iamne abiit? *Seyffertus Burs. Annal. t. LXXX p. 344 sq.* — 638. his diffringam *Goetzius.* — 639. Num quíppiam aura mutat *post Buechelerum Schoelliumque Vssingius neglegens quae praef. p. XLVI addita erant. Melius conexui satisfaceret* Numquid partura mutat. — 647. *Minus offenderet* Post ílloc ueni⟨t⟩ quam adueni: *sed ne hoc quidem sufficiat.* — 649. *Cf. Skutschius p. 20.* — 667 sq. *Cf. Grayus 'Class. rev.' a. 1894 p. 440.* — 672. me inclamau⟨er⟩it *Seyffertus.* — si conspexerit *Schoellius.* — 674. truncus lentus *quod hoc loco magis etiam quam supra v. 266 sanae rationi adversatur post Muellerum 'Nachtr.' p. 147 placuit Vssingio.* — 675 sq. AST. Quid uis? STR. Diu te iam expecto, mi ocule. nunciam Dic impera mihi *e. q. s. Schmerlius l. s. s. thes. V: ubi* Dicin clare mihi *Vssingius!* — quid tibi ⟨lub⟩et quouis modo *Seyffertus Burs. Annal. t. LXIII p. 20 adn. Cf. Cas. 301* (*Prehnius de pron. indef. p. 28*). — 680. Pars si tumet, fortasse dicere *Schoellius.* — 687. *Cf. Bachius p. 181.* — 688. ut mecum ⟨una⟩ h. n. s. *Schoellius cum Seyfferto*

Burs. Annal. t. XLVII p. 133 (*cf. Kaempfius p. 38*). — 704. tum hoc ⟨est⟩ nimiu⟨m⟩ magnae mellinae *Vssingius.* tum ⟨il⟩luc nimiu⟨m⟩ magnae mellinae⟨st⟩ *Bachius p. 276* (mellinae⟨st⟩ *iam Meursius ad Cas. I 47*). — 719. Qui⟨s⟩ istest *trai. Bachius p. 228, recte ut vid.* — 728 sq. Perit hercle: ego idem ⟨expertus scio: Bona perdidi mala repperi, factus sum uobis extumus⟩ *suppl. Schoellius.* — 733. olim es *pro* enim se *repositum a Muellero commendat Ter. And. 545.* — 736. *Cf. Brugmannus de* NI *partic. p. 10.* — 746. *Cum aliis hunc v. ante v. 743 traiciens Vssingius dedit* Stultumst inuidia perire*: quod 'sequentia requirere' dicit, quasi* quia pol mauelim *sic quadret: quod omnino minus recte cum sententia generali coniungitur. Item v.* 747 *minus bene ad sententiam generalem sese adplicat: quare in utriusque versus corruptela transpositio multis* (*etiam Seyfferto*) *probata vix verisimilis est.* — 750. aceptū *pro* acceptū (*B*) *et* Ferte *pro* Ferre (*CD*) *errore expressum est in edit. mai.* — 755. Sed (*vel* St,) uocat me quae *Goetzius.* — 764 sq. *Hos v. post v. 768 trai. Langenus p. 383 sq.* (*cf. ibid. de v.* 761). — 768. caedas *Studemundus apud Prehnium de pron. indef. p. 5 adn.* — 775. *De nomine ancillae* (*velut* Acte *vel* Acta = *'Ακτή*) *sub* adte *latente cogitat Schoellius.* — 797 sq. *Cf. Langenus p. 386 sq.* — 801. *De* istae *dativo vel* isti *cogitat Seyffertus. Cf. Men. 222.* — 810. *Cf. Brixius Annal. philol. t. CXXIII p. 54 adn.* — 822. *Aut hunc v. post v. 825 traiciendum aut lacunam statuendam esse ante v. 826 suspicatur Seyffertus.* — 829. in mutum culpam ⟨qui *vel* quom⟩ confer⟨t quom (*vel* qui)⟩ quit loqui *Redslobius Annal. philol. t. CXLI p. 640: ubi* ⟨qui⟩ in mutum culpam confer⟨t⟩ qui ⟨non⟩ quit loqui *Fleckeisenus.* — 830. *Cf. Blasius l. s. s. p. 31* [*87*]. — 832. si obbam [si] bibit *Schoellius.* — 836. in⟨sig⟩nem ⟨ne⟩ *cum Gepperto Goetzius,* ⟨in⟩m⟨a⟩nem ⟨ne⟩ *Schoellius.* — 844. ego hoc *trai. Kaempfius p. 25.* — 850. istanc *pro* ab hac *Abraham p. 194, vix recte: etsi* ab *ad v. 848*

corrigendum (adeo) *referre possis.* — 863. Me uid⟨uam⟩ esse uis, te amitti p., p. p. *Schoellius.* — 866. *Cf. Ter. Hec. 294: unde* alibi . . . animum tuom *certe vindicatur. Sed cum* esse *aegre ab* Et tibi uxorem ducendam *divellas neque proxima habeant quo referantur, de lacuna cogitat Schoellius ad hoc exemplum explenda:* Et tibi uxorem ducendam iam esse, alibi iam animum tuom ⟨Deditum te habere amori, ut me habeas despicatui⟩ Et quasi pro derelicta sis habiturus. — 870. si unum (*scil. cubile*) odium obsideat, or⟨bato⟩ aliud perfugium ⟨og⟩gerit *Schoellius.* — 880. manubriarius (*quasi 'manubrium excusso malleo'*) *temptat Seyffertus.* — 881. iam tu m⟨e non tuom⟩ oculum uocas *Goetzius,* iam tu m⟨e⟩ oculum ⟨tuom non⟩ uocas *Schoellius.* — 883. Hoc: ualeas *pro* Facultas *Seyffertus coll. Bacch. 757.* Facultas ⟨si forte oblatast tibi, Vt tum ad me reuisas⟩ *Schoellius.* — 898. Egon? *quod cum Camerario omnes reposuerunt sic non respondere usui monuit Seyffertus* ⟨Po⟩l ego[n] atque [ne] isti *temptans. De* Ego ne *affirmativo cogitat Schoellius.* — 900. arc *vel* ad *quod cum Vssingio seclusimus fortasse non tam pro dittographia insequentis vocis* hanc *habendum est quam pro correctura verbi* rides, *siquidem* si mihi arrides (*vel* adrides): ⟨res⟩pice *optime quadrat* (*cf. Asin. 207, al.*). — 906. opust, ⟨opust⟩ farina, iur⟨e op⟩ust *Palmerus Hermath. t. VIII p. 259 fere cum Buechelero et v.* 908 ut auiu⟨m⟩ *fere cum Schoellio.* — 909. exefficias opus *post* opus *toties repetitum obscurare noluimus, utpote quod comice hoc maxime loco fingi potuerit.* — 913. *Cf. Caesar l. s. s. p. 31. Quamquam genetivus coniungendus esse videtur cum* pausillisper perdidi *coll. 'largiter' c. genet.* (*adde* aquae paulatim *apud Catonem de agri c. 74, ubi nil neque intercidit neque mutandum est*). — 917. ipsam *quod post* uideo *inserunt et Richterus p. 571 adn. et Bachius p. 409 adn. minime quadrat, ubi quam quaerit videt.* — 922. *Cf. Langenus p. 387.* — 923. Nam quamquam ⟨tu⟩ es bella, malo tuo's, nisi [tu] ego a. g. *Schoellius.* —

926. hercle medi[o] *Ribbeckius l. s. s. p. 420 coll. Titin. 111.* — 937. magno opere *aut cum* serua *coniungendum esse (ut ante Spengelium omnes itemque Vssingius, vix apte) aut verbum aliquod supplendum videri monet Seyffertus: unde* Malam rem is et [magna] magno opere ⟨peccas⟩: serua *temptat Goetzius,* Malam rem is magna⟨m⟩ et magno opere ⟨erras⟩: serua *Schoellius.* — 945. *De* uir strenuos *dubitat Seyffertus.* — 948. certarẽ (*B*) *vix recte adhibeas ad* Melius te minis certarest *corrigendum.* — 958. *De* post tu eris (*praeter* cras tu eris) *ipse Studemundus cogitavit apud Beckerum p. 315* (tum tu eris *Ribbeckius l. s. s. p. 421*). — 966. facia⟨t⟩ m⟨e⟩ ut sciam *Seyffertus.*

VIDVLARIA. *Cf. imprimis quae Palmerus Hermath. t. XX p. 59 sqq., Leo (Gottingae a. 1894), Seyffertus Bursiani Annal. t. LXXXIV p. 55 sq. exposuerunt. Palmeri et Leonis supplementa pauca adscribimus, cum pleraque nimis incerta sint.* 25. in mercede⟨m⟩ *Seyffertus.* — 26. Inópia seruom ⟨mi ímperat eg⟩o mé loc⟨em⟩ *Palmerus Hermath. t. XX p. 60.* Inópia seruom ⟨mé⟩ f⟨acit: ultr⟩o mé loc⟨em⟩ *Schoellius.* — Gorgines *veram nominativi formam esse docuit Leo l. s. s. p. 9.* — 64. ubi [u]ici *vel* ubei eici *in A fuisse conicit Seyffertus l. s. s. p. 56.* — 65. inter mu⟨rtus⟩ latitans mi insidias *Palmerus l. s. s. p. 63.* inter mu⟨rtos⟩ latuit, insidias *Leo l. s. s. p. 12.* inter mu⟨rtos⟩ locust, inde insidias *Skutschius 'Berl. philol. Wschr.' a. 1895 p. 268.* — 101. *Cf. Wessnerus Annal. philol. t. CLI p. 425.* — 109. in altum *quamquam interpolatori tribui non potest, tamen recensiones confundere non ausi sumus.* — 118. sermone⟨m⟩ eius *vulgo receptum improbat Schoellius — neque enim monologum exspectare potuit — de* sermonatum *substantivo cogitans dubitanter.*

FRAGMENTA ex parte aliter constituimus ac nuper in editione maiore, consentientes Paulo Lejay, qui 'Rev. crit.' a. 1895 p. 81 Nauckii exemplum sequendum fuisse monuit. Cui in eo obsecuti sumus quod iam

'glossas' ex litterarum ordine dispositas seiunximus a fragmentis paullo uberioribus: at in his ipsis non erat quod ex testium nominibus potius quam temporibus locos ordinaremus. Praeterea consentaneum fuit ut in hac editione de frustulorum metris cautius iudicaremus. Velut inc. v. 52 ictus omisimus: nam pro *Corpús tuom uirgis úlmeis inscríbam* * * Redslobius l. s. s. aequo iure proposuit *corpús tuom* ‖ *Vírgis u. i.* Quis talia decernat? — *Fragm. fab. cert. v.* 13 *collato Catonis de agri c. cap. 189* ('*subscudes adindito*') *hoc conicit Goetzius:* ⌐terebratus múltum sit et súbscudes ad⟨ín⟩dite. — *De v.* 17 *sqq. quas ex editionum dispositione exhibuimus cf. Skutschius l. s. s. p. 269.* — 43. *Sic discripsit Schoellius post* serra *velut* Eho *claudere potuisse priorem septenarii partem monens.* — 100. Scrupedae *defendit Skutschius l. s. s. p. 269.* — 116 sq. *Pro* uxorculauit, *quod fortasse defendi posse coll.* '*fraterculare*' *monuit Seyffertus* (*praemisso* Mulier es⟨t⟩:), uxor curauit *Redslobius l. s. s. p. 1219.* — 120. *De* in[quit] *dubitat Seyffertus, quod nesciatur qualis plenus versus fuerit. Quamquam* '*medium praemordere*' *vix apte coniungas.* — *Fragm. fab. inc.* 42 *sq.* (nondum) uēnit *probabilius videtur quam* uĕnit: *unde remoto simul hiatu septenarios non senarios subesse sumpsimus, quamquam de aliis quoque rationibus cogitari potest.* — *Dub. et susp.* XII (*Inc. XLII*) *Probum Poenuli v. 997 ante oculos habuisse monet Leo in Woelfflini Arch. t. IX p. 161 adn.: quod veri eo similius quia ille pronuntiationem definiens* '*solius Ennii versum*' *apponebat.* — XVI (VII). dolentem *pro* dicentem *coniecit Seyffertus: ubi* dicentem *tutatur Schoellius verba ad Amph. 640 referens.*

Indicem metricum qualem adiecimus utilem fore credimus, quamvis multa dubia contineat etiam praeter ea quae in editione ipsa significata — vel potius non significata — sub finem congessimus quaeve in versibus enumerandis signo interrogationis distinximus. Levius est quod cum in versibus iambicis anapaesticisque

utrum octonarios an dimetros exhibeas saepe certis rationibus definire nequeas tum in aliis generibus de versiculorum discriptione sive ex librorum memoria sive ex arte metrica instituenda dubius haereas. Sed etiam ipsa genera metri haud raro diversa statui possunt neque pauca admisimus in hac editione quae cum ab aliis tum a nobis valde addubitata sint. Quamquam interdum ipso quem damus conspectu dubitationem aut minui aut tolli sentimus, aliis locis fundamentum saltem sic praeberi confidimus ad novas quaestiones instituendas. In designandis metris interdum receptos terminos adhibuimus, etsi rationi metricae non prorsus respondeant.

Iam laboriosum opus, quod diu nos tenuit, non possumus melius finire quam actione gratiarum quas imprimis ei debemus cui hanc editionem dedicavimus: OSCARO SEYFFERT. Qui a prima usque ad ultimam plagulam oculos mentemque intendens errores correxit, dubitationes modo movit modo removit, observationes emendationesque impertiit benevolentissime.

Ienae et Heidelbergae m. Oct. a. MDCCCXCV.

G. G. F. S.

T. MACCI PLAVTI

TRINVMMVS

GRAECA THENSAVRVS PHILEMONIS

PERSONAE

LVXVRIA CVM INOPIA PROLOGVS
MEGARONIDES SENEX
CALLICLES SENEX
LYSITELES ADVLESCENS
PHILTO SENEX
LESBONICVS ADVLESCENS
STASIMVS SERVOS
CHARMIDES SENEX
SYCOPHANTA
CANTOR

ARGVMENTVM

Thensaúrum abstrusum | ábiens peregre Chármides
Remque ómnem amico Cállicli mandát suo.
Istóc absente mále rem perdit fílius.
Nam et aédis uendit: hás mercatur Cállicles.
Virgo índotata sóror istius póscitur. 5
Minus quó cum inuidia eí det dotem Cállicles,
Mandát qui dicat aúrum ferre se[se] á patre.
Vt uénit ad aedis, húnc deludit Chármides
Senéx, ut rediit: quóius nubunt líberi.

1. Thensaurum *vel* Tensaurum | abe ens *vel* abiens || 4. mercatur callicles *vel* mercator callides || 6. quocum *vel* cocum | dotem *vel* dotim *vel* dotum || 7. *del Ca* || 9. nubuntur eri: *corr Valla* ||

PROLOGVS

LVXVRIA. INOPIA

LV. Sequere hác me, gnata, ut múnus fungarís tuom.
⟨IN.⟩ Sequór: sed finem fóre quem dicam néscio.
⟨LV.⟩ Adést: em illae sunt aédes: i intro núnciam.
Nunc néquis erret uóstrum, paucis ín uiam
Dedúcam, si quidem óperam dare promíttitis. 5
Nunc ígitur primum quaé ego sim et quae illaéc siet
Huc quae ábiit intro dícam, si animum aduórtitis.
Primúm mihi Plautus nómen Luxuriae índidit:
Tum | hánc mihi gnatam ésse uoluit Ínopiam.
Sed ea húc quid introíerit inpulsú meo, 10
Accípite et date uocíuas auris dum éloquor.
Aduléscens quidamst quí in hisce habitat aédibus:
Is rém paternam me ádiutrice pérdidit.
Quoniam eí qui me aleret níl uideo esse rélicui,
Dedi eí meam gnatám quicum aetatem éxigat. 15

---

1. HACME (ac me *Nonius*): me mea | fungas *Nonius* ‖ 2. finem fore (*sic A*) *vel* fidem forem ‖ 3. EM: Hem | IINTRO: lintro ‖ 6. igitur primum (*sic A*) *vel* primum igitur | ILLAECSIET: illa haec sciet ‖ 7. ADUORTITIS: auertitis | *cf. ad v. 10* ‖ 8 sq. mihi — Tum hanc *om A* | mihi *vel* mi | hanc mihi ganatam *vel* mihi hanc gnatam gnatam: (PRIMUM)MIHIGNATAM ‖ 10. *post v. 7 extat in A* | ea huc (*sic A*) *vel* huc ‖ 11. UOCIUAS: uaciuas | URES (*et* A *s. v.*) ‖ 14. ei qui me (*sic A*) *vel* me | ALIERET | esse reliqui: SESSERELLIQUI ‖ 15. DEDIEI: Dedi e *vel* Dedi ‖

Sed de árgumento ne éxspectetis fábulae:
Senés qui huc uenient í rem uobis áperient.
Huic Graéce nomen ést Thensauro fábulae:
Philémo scripsit: Plaútus uortit bárbare,
Nomén Trinummo fécit. nunc hoc uós rogat 20
Vt líceat possidére hanc nomen fábulam.
Tantúmst. ualete: adéste cum siléntio.

ACTVS I

MEGARONIDES
SENEX

Amícum castigáre ob meritam nóxiam
Inmoénest facinus, uérum in aetate útile
Et cónducibile. nám ego amicum hodié meum 25
Concástigabo pró commerita nóxia,
Inuítus, ni id me inuítet ut faciám fides.
Nam hic nímium morbus móres inuasít bonos:
Ita plérique omnis iám sunt intermórtui.
Sed dum ílli aegrotant, ínterim morés mali 30
Quasi hérba inrigua súccreuere ubérrume:
Eorúm licet iam métere messem máxumam

---

17. I: ii *vel* hi | UOUOBIS ‖ 18. GRAECENOMEN: nomen grece ‖ 20. UOSHOC ‖ 22. ADESSE ‖ 23 sq. AMICUM *et* NOXIAM *et* INMUNEEST (*item Cicero et auctor ad Herenn.*): Me amicum *et* non mala noxiam (*vel* noxia) *et* Inmene est (inmoene *Placidus.* immune est *Festus.* inmane est *libri deteriores ad Herenn.*) ‖ 25. HODIEAMICUMMEUM: amicum meum hodie *auctor ad Herenn.* (amicum hodie meum *etiam Cicero*) ‖ 26. commerita *vel* commit(t)a *vel* commissa *libri ad Herenn.* | NOXIAM(*vel* //E///) ‖ 27. IDME: me id | FACIAT ‖ 29. PRERIQ·: plerumque | HOMINES ‖ 30. AEGROTANTI ‖ 31. SUCCREUERE: succreuerunt | uberrime (*sic A*) *vel* uberreme ‖ 32. *post v.* 33 *extat: trai Buechelerus* | metere messe *vel* messem metere: METEREMES— ‖

Neque quícquam hic nunc est uíle nisi morés mali.
Nimióque hic pluris paúciorum grátiam
Faciúnt pars hominum quam íd quod prosint plúribus. 35
Ita uíncunt illud cónducibile grátiae,
Quae in rébus multis ópstant odiossaéque sunt
Remorámque faciunt reí priuatae et públicae.

CALLICLES. MEGARONIDES
SENES II

CA. Larém corona nóstrum decorarí uolo:
Vxór, uenerare ut nóbis haec habitátio 40
Bona faústa felix fórtunataque éuen[i]at —
Teque út quam primum póssim uideam emórtuam.
⟨ME.⟩ Hic illést senecta aetáte qui factúst puer,
Qui admísit in se cúlpam castigábilem.
Adgrédiar hominem. CA. Quóia hic uox prope mé sonat? 45
⟨ME.⟩ Tui béneuolentis, sí ita's ut ego té uolo:
Sin áliter es, inimíci atque iratí tibi.
⟨CA.⟩ O amíce, salue | átque aequalis. út uales,
Megarónides? ME. Et tu édepol salue, Cállicles.
Valén? ualuistin? CA. Váleo et ualui réctius. 50
ME. Quid agít tua uxor? út ualet? CA. Plus quam égo uolo.
ME. Bene hérclest illam tíbi ualere et uíuere.

---

33. *cf. ad v. 32* | NUNCESTUILE: uile nunc est ‖ 36. CONDUCIBILE: conductibile ‖ 37. ODIOSSAEQ·: odioseque ‖ 39. decorari (*sic A*) *vel* decorali ‖ 40. UOBIS | habitatio (*sic A*) *vel* habetatio ‖ 41. *del Pareus* ‖ 43 sqq. *pers* (*non* #) *om B* 42—198 *et* 334—391, *nullas habet C, paucas* (49—79 *et* 1069—1183) *D* ‖ 45. #QUIAHIC: # cuia ‖ 46. si ita es: ITAES | EGOTE: ego ‖ 47. es *vel* res: EST ‖ 49. callicles (*sic A*) *vel* callides ‖ 50. *post* 51 *habet A* | Valen *vel* Valent: UALESNET(*vel* NE#) ‖ 51. TUAAGIT ‖ 52. UALERE: bene ualere (*vel* ualeret) ‖

CA. Credo hércle te gaudére, siquid míhi malist.
ME. Omníbus amicis quód mihist cupio ésse idem.
CA. Eho tú, tua uxor quíd agit? ME. Immortális est: 55
Viuít uicturaquést. CA. Bene hercle núntias,
Deosque óro ut uitae tuaé superstes súppetat.
⟨ME.⟩ Dumquidem hércle tecum núpta sit, [ME.] sané uelim.
CA. Vin cómmutemus? túam ego ducam et tú meam?
Faxo haúd tantillum déderis uerborúm mihi. 60
⟨ME.⟩ Namque énim tu, credo, me ínprudentem obrépseris.
⟨CA.⟩ Ne tu hércle faxo haud néscias quam rem égeris.
ME. Habeás ut nanctu's: nóta mala res óptumast.
Nam ego núnc si ignotam cápiam, quid agam nésciam.
CA. †Edepól proinde ut bene uíuitur, diu uíuitur. 65
⟨ME.⟩ Sed hoc ánimum aduorte atque aúfer ridiculária.
Nam ego dédita opera huc ád te uenio. CA. Quíd uenis?
ME. Malís te ut uerbis múltis multum obiúrigem.
CA. Mén? ME. Númquis est hic álius praeter me átque te?
CA. Nemóst. ME. Quid tu igitur rógitas tene obiúrigem? 70
Nisi tú me mihimet cénses dicturúm male.
Nam si ín te aegrotant ártes antiquaé tuae 72ª

---

53. Credo (*sic A*) *vel* Crede | mihi: ME ‖ 54. FIDEM ‖ 55. TUTUA: tua ‖ 58. *add et del Ca* (ME. *D*) ‖ 60. HAUT ‖ 61. *add Ac* | TE | MEINPRUDENTEM: mihi inprudenti ‖ 62. *add Ac* | HAUTNESCIAS: haud scias ‖ 63. NANCTUS: nactus *vel* mactus: *corr Herm* ‖ 65. PROME ‖ 66. *add Herm* ‖ 67. UENIO: aduenio | ME. *D, pers usque ad v. 79 permutans* ‖ 68. obiurgem: OBIURGITEM: *corr Ri* ‖ 69. MENE ‖ 70. *pers corr Ac* | QUIDTU: quid | OBIURIGEM: obiurgentem *vel* obiurgitem ‖ 71. MEMIHIMET: te mihi me ‖ 72ª. ANTIQUAE: aniique ‖

[Sin ímmutare uís ingenium móribus] 72[b]
(Aut sí demutant móres ingeniúm tuom
Neque eós antiquos séruas, ast captás nouos,)
Omníbus amicis mórbum tu incutiés grauem, 75
Vt té uidere audíreque aegrotí sient.
CA. Qui in méntem uenit tíbi istaec dicta dícere?
ME. Quia omnís bonos bonásque adcurare áddecet,
Suspícionem et cúlpam ut ab se ségregent.
⟨CA.⟩ Non pótest utrumque fíeri. ME. Quaproptér?
CA. Rogas? 80
Ne admíttam culpam, ego meó sum promus péctori:
Suspíciost in péctore alienó sita.
Nam núnc ego si te súrrupuisse súspicer
Iouí coronam dé capite ex Capitólio
Qui[d] in cólumine astat súmmo: si id non féceris 85
Atque íd tamen mihi lúbeat suspicárier,
Qui tu íd prohibere mé potes ne súspicer?
Sed istúc negoti cúpio scire quíd siet.
⟨ME.⟩ Habén tu amicum aut fámiliarem quém-
piam,
Quoi péctus sapiat? CA. Édepol haud dicám dolo. 90
Sunt quós scio esse amícos, sunt quos súspicor,
Sunt quórum ingenia atque ánimos ⟨ne⟩queo nóscere,
Ad amíci partem an ád inimici péruenant:
Sed tú ex amicis cértis mihi's certíssumus.
Siquíd sceis me fecísse inscite aut ínprobe, 95
Si id nón me accusas, túte ipse obiurgándus es.
⟨ME.⟩ Scio et si ália huc causa ad te ádueni, ae-
quom póstulas.

72[b]. *om A* ‖ 73 sq. *secl Ri* | SERVOS ‖ 75. INCVLTIES ‖ 80. ‡ rogas: ROGAS ‖ 84. EX: e ‖ 85. Quod (*item A*): *corr Scal* | COLVMINE: culmine | feceris (*sic A*) *vel* feceres ‖ 87. QVIDTV ‖ 88. CVPIOSCIREQVIDSIET: scire cupio quicquid est ‖ 89. AMICVMVT ‖ 91. AMICOSESSE ‖ 92. Q·O: non possum: *corr Ac* ‖ 93. PERVENIANT: peruenat *vel* perueniat: *corr Pareus* ‖ 94. AMICISMIHIESCERTIS ‖ 95. SIQVIT ‖ 96 sq. me non: *trai Reizius* | *add Ac* | scio *s. f. v. 96: discr Hertzius* | huc alia: *trai Ca* ‖

⟨CA.⟩ Expécto siquid dícas. ME. Primumdum ómnium
Male díctitatur tíbi uolgo in sermónibus.
Turpílucricupidum té uocant ciués tui: 100
Tu⟨m⟩ autém sunt alii quí te uolturiúm uocant:
Hostísne an ciuis cómedis parui péndere.
Haec quom aúdio in te díci, ⟨i⟩s excruciór miser.
⟨CA.⟩ Est átque non est míhi in manu, Megarónides:
Quin dícant, non est: mérito ut ne dicánt, id est. 105
⟨ME.⟩ Fuitne híc tibi amicus Chármides? ⟨CA.⟩ Est ét fuit.
Id ita ésse ut credas, rém tibi auctorém dabo.
Nam póstquam hic eius rém confregit fílius
Videtque ípse ad paupertátem prostra[c]tum ésse se
Suámque filiam ésse adultam uírginem, 110
Simul éius matrem suámque uxorem mórtuam:
Quoniam hínc ituru[m]st ípsu⟨s⟩ in Seleúciam,
Mihi cómmendauit uírginem gnatám suam
Et rém suam omnem et illúm corruptum fílium.
Haec, sí mi inimicus ésset, credo haud créderet. 115
⟨ME.⟩ Quid tu ádulescentem quém esse corruptúm uides,
Qui tuaé mandatus ést fide et fidúciae,
Quin eúm restituis? quín ad frugem cónrigis?
Ei rei óperam dare te fúerat aliquanto aéquius,
Siquí probiorem fácere posses, nón uti 120
In eándem tute accéderes infámiam
Malúmque ut eius cúm tuo miscerés malo.
⟨CA.⟩ Quid féci? ME. Quod homo néquam. CA. Non istúc meumst.

---

102. comedis *vel* comedes ‖ 103. dicis: *corr Vahlenus* ‖ 109. prostractum *vel* protractum: *corr Bergkius* ‖ 112. ipse: *corr Herm* | seleutiam *vel* seleuticam ‖ 114. corruptum *vel* corrumtum ‖ 115. Haec si mihi *vel* Hic si | haud *vel* hauc ‖ 116. tu *vel* tua | corruitum ‖ 117. fide *vel* fidei ‖ 120. possis: *corr Reizius* ‖

⟨ME.⟩ Emístin de adulescénte has aedes — quíd taces? —
Vbi núnc tute habitas? CA. Émi atque argentúm dedi, 125
Minás quadraginta, ádulescenti ipsi ín manum.
⟨ME.⟩ Dedistín argentum? CA. Fáctum, neque factí piget.
⟨ME.⟩ Edepól fide[i] adulescéntem mandatúm malae:
Dedistíne hoc facto ei gládium qui se occíderet?
Quid séc[ut]us est aut quid ínterest dare te ín manus 130
Argéntum amanti homini ádulescenti, animi ímpoti,
Qui exaédificaret suam íncohatam ignáuiam?
⟨CA.⟩ Non égo illi argentum rédderem? ME. Non rédderes
Neque de íllo quicquam néque emeres neque uénderes
Nec quí deterior ésset faceres cópiam. 135
Incónciliastin eúm qui mandatúst tibi,
Ille quí mandauit éum exturbasti ex aédibus?
Edepól mandatum púlcre et curatúm probe.
Crede huíc tutelam: suám melius rem gésserit.
⟨CA.⟩ Subigís maledictis mé tuis, Megarónides, 140
Nouó modo adeo ut quó⟨d⟩ meae concréditumst[m]
Tacitúrnitati clám, fide[i] et fidúciae,
Ne enúntiarem quoíquam neu facerém palam,
Vt míhi necesse sít iam id tibi concrédere.
⟨ME.⟩ Mihi quód credideris, súmes ubi posíueris. 145
⟨CA.⟩ Circúmspicedum te, néquis adsit árbiter
Nobís, et quaeso idéntidem circúmspice.

---

124. Emistin *vel* Hemistin | *dist Spengelius* ‖ 126. quadraginta *vel* quaraginta ‖ 128. *del Schneiderus* ‖ 131. adulescenti *vel* adulescentia | ampoti ł impoti *vel* iampoti ‖ 132. inchoatam ignauium ‖ 133. redderem *vel* reddere ‖ 137. Ille *vel* Illi ‖ 138. pulchre *vel* pulchere ‖ 139. tute iam: *corr Scal* ‖ 141. quomeae *vel* cumaee | concreditum sim: *corr Ca* ‖ 145. posiueris *vel* posueris ‖ 147. identiclem *vel* itidentidem ‖

⟨ME.⟩ Auscúlto siquid dícas. CA. Si taceás, loquar.
Quoniam hínc est profectú⟨ru⟩s peregre Chármides,
Thensaúrum demonstráuit mihi in hisce aédibus, 150
Hic ín conclaui quódam — sed circúmspice —
⟨ME.⟩ Nemóst. CA. nummorum Phílippeum ad tria mília.
Id sólus solum pér amicitiam et pér fidem
Flens me óbsecrauit suó ne gnato créderem
Neue quoíquam, unde ad eum id pósset permanáscere. 155
Nunc si ílle huc saluos réuenit, reddam suóm sibi:
Siquíd eo fuerit, cérte illius fíliae
Quae míhi mandatast hábeo dotem | únde dem,
Vt eam ín se dignam cóndicionem cónlocem.
⟨ME.⟩ Pro di ínmortales, uerbis paucis quám cito 160
Aliúm fecisti me: álius a⟨d⟩ te uéneram.
Sed ut óccepisti, pérge porro próloqui.
⟨CA.⟩ Quid tíbi ego dicam, qui íllius sapiéntiam
Et meám fidelitátem et celata ómnia
Paene ílle ignauos fúnditus pessúm dedit? 165
⟨ME.⟩ Quidúm? CA. Quia, ruri dúm sum ego unos séx dies,
Me apsénte atque insciénte, inconsultú meo,
Aedís uenalis hásce inscribit lítteris.
⟨ME.⟩ Adésuriuit [magis] ét inhiauit ácrius
Lupus: óbseruauit dúm dormitaré[n]t canes: 170
Gregem úniuorsum uóluit totum auórtere.
⟨CA.⟩ Fecísset edepol, ni haéc praesensissét canes.
Sed núnc rogare egó uicissim té uolo:

---

149. *add Scal* ‖ 150. demonstrauit mihi *vel* mihi demonstrauit ‖ 151 sq. *distinximus* | circumspice *vel* circum ispice | ad *vel* at | milia *vel* millia ‖ 155. permanescere ‖ 157. certo: *corr Bo* ‖ 158. mandata si: *corr Ca* ‖ 162. occepisti *vel* occipisti ‖ 165. pessum *vel* spessum ‖ 166. ruri *Nonius*: rure | sum ego (*sic Nonius*) *vel* ego | unos *vel* uno ‖ 167 sq. inconsulto me *et* inscribsit *Nonius* ‖ 169. *add Ca* | *del Ri* | inhiauit *vel* inebriauit ‖ 170. *del Lamb* ‖ 172. *add Ca* ‖

Quid fúit officium meúm me facere? fác sciam:
Vtrum índicare me eí thensaurum aequóm fuit 175
Aduórsum quam eius me ópsecrauissét pater?
An ego álium dominum páterer fieri hisce aédibus?
Qui emísset, eius éssetne ea pecúnia?
Emi égomet potius aédis: argentúm dedi
Thensaúri causa, ut sáluom amico tráderem. 180
Neque ádeo hasce emi míhi nec ussuraé meae:
Illí redemi rússum, a me argentúm dedi.
Haec súnt: si recte seú peruorse fácta sunt,
Ego mé fecisse cónfiteor, Megarónides.
Em méa malefacta |, ém meam auaritiám tibi. 185
Hascé mihi propter rés malas famás ferunt.
⟨ME.⟩ *Παῦσαι*: uicisti cástigatorém tuom.
Occlústi linguam: níl est quod respóndeam.
⟨CA.⟩ Nunc égo te quaeso ut me ópera et consilió iuues
Commúnicesque hanc mécum meam prouínciam. 190
⟨ME.⟩ Pollíceor operam. CA. Ergo úbi eris paulo póst? ME. Domi:
Numquíd uis? CA. Cures tuám fidem. ME. Fit sédulo.
Sed quíd ais? CA. Quid uis? ME. Vbi nunc adulescéns habet?
⟨CA.⟩ Postículum hoc recépit, quom aedis uéndidit.
⟨ME.⟩ Istúc uolebam scíre: i sane núnciam. 195

---

174. FAC: face ‖ 185. Vtrum (*sic A*) *vel* Virum ‖ 176. OBSECRAUISSE (*et* T *s. v.*) ‖ 177. hisc *vel* hisce: HIS(*vel* ꝯ) ‖ 181. HASCEMI | USSURAE: usurae ‖ 182. RURSUM ‖ 183. *dist Bergkius* | SIRECTE: seu recte | PERUORSÀE ‖ 184. EGOME: Egomet ‖ 185. Em (*sic A*) *vel* Hem (*bis*) | MEAMAUARIMEAMTIBI ‖ 186. HASCEMIHI: Hascine me | MALAS: maledictas ‖ 187. ΠΑΥCΑΙ: Pausa ‖ 188. QUOD: qui ‖ 191. #ERGO *et* #DOMI: ergo *et* domi (*corr Ca*) ‖ 192. CURES: cur est | FIET ‖ 194. RECIPIT (*item Gellius ex eoque Nonius qui* recepit *alt. loco*) | cum (*sic A, Gelliusque et Nonius*) *vel* quam | UENDEDIT: uenderet *Nonius alt. loco* (*alt.* uendidit *ex Gellio*) ‖ 195. uolebat *vel* uolebam (*sic A*) ‖

Sed quíd ais, quid nunc uírgo? nempe apud tést?
CA. Itast
Iuxtáque eam curo cúm mea. ME. Recté facis.
⟨CA.⟩ Numquíd prius quam abeo mé rogaturú's?
ME. Vale.
Nil ést profecto stúltius neque stólidius
Neque méndaciloquiús neque argutúm magis 200
Neque cónfidentilóquius neque peiiúrius
Quam urbáni adsidui cíues quos scurrás uocant.
Atque égomet me adeo cúm illis una ibidém traho:
Qui illórum uerbis fálsis acceptór fui,
Qui omnía se simulant scíre neque quicquám sciunt. 205
Quod quísque in animo habét aut habiturúst sciunt:
Sciunt †íd quod in aurem réx reginae díxerit:
Sciúnt quod Iuno fábulatast cúm Ioue:
Quae néque futura néque sunt, tamen illí sciunt.
Falsón an uero laúdent, culpent quém uelint, 210
Non flócci faciunt, dúm illud quod lubeát sciant.
Omnís mortalis húnc aiebant Cálliclem
Indígnum ciuitáte [h]ac sese[t] uíuere,
Bonís qui hunc adulescéntem euortissét suis.
Ego de eórum uerbis fámigeratorum ínsciens 215
Prosílui amicum cástigatum innóxium.
Quod si éxquiratur úsque ab stirpe auctóritas,
Vnde quídquid auditum dícant: nisi id appáreat,
Famígeratori rés sit cum damno ét malo:
Hoc íta si fiat, público fiát bono. 220

---

196. APUT | ITAST: ita es ‖ 198. NUMQUIT: Num | rogaturus: *corr Lamb* ‖ 199. stultius (*sic A*) *vel* stulticius | STOLIDUS ‖ 200. ADEOARGUTUM ‖ 201. PEIIURIUS: periurius ‖ 202. QUOSCURRAS ‖ 205. NEQ·: nec *vel* ne ‖ 206. HABITURUST: habiturusi *vel* habitaturi ‖ 208. ITEMSCIUNT | EST: si ‖ 209. SUNT: facta sunt ‖ 210. falson an (*sic A*) *vel* falso nam ‖ 211. FLACCI | I(*vel* E, *non* L)UBEANT ‖ 213. hac esset: HAECESCIET: *corr Gul* ‖ 214. EUORTISSETOMNIBUS ‖ 215. De eorum uerbis *vel* de uerbis eorum: DEORUMUERBIS | INSCIENS: inscius ‖ 217. EXEQUIRATUR ‖ 219. RES: re ‖

Paucí sint faxim quí sciant quod nésciunt,
Occlúsioremque hábeant stultiloquéntiam.

ACTVS II

LYSITELES
ADVLESCENS

Multás res simítu in meó corde uórso,
Multum ín cogitándo dolórem indipíscor.
Egomét me coquo ét macero ét defetígo: 225
Magíster mihi éxercitór animus núnc est.
Sed hóc non liquét neque satís cogitátumst,
Vtrám potius hárum mihi ártem expetéssam,
Vtram aétati agúndae arbitrér firmiórem:
Amórin me⟨d⟩ án rei opsequí potius pár sit. 230
Vtra ín parte plús sit uolúptatis uítae
Ad aétatem agúndam,
De hac ré mihi satis haú liquet: nisi hóc sic faciam, opínor,
Vt utrámque rem simul éxputem, iudéx sim reusque ad eám rem.
Ita fáciam: ita placet. omníum primum 235
Amóris arteis éloquar, quem ad módum | expediant.
Numquam ámor quemquam nisi cúpidum hominem 237ᵃ

---

221. SINT: sini ‖ 223. Multas (*sic A*) *vel* Multa | simitu (*sic A*) *vel* similes | CORDEMEO ‖ 224. MULTA | INDISPICOR ‖ 225. COQUO: coquo quo | DEFETIGO: defecigo *vel* defectigo ‖ 226. NUNC: hunc ‖ 227. neque *etiam A* | EST: si ‖ 229. Vtram (*sic A*) *vel* Vtra in | AGENDAE | arbitrer (*sic A*) *vel* arbitres ‖ 230—232. *duo v. sunt in A* (— parte) *et B* (— par siet) ‖ 230. *add Sey* | SIT: siet ‖ 231. SITUOLUPTATIS: uoluptati sit ‖ 232. aetatem agundam (*sic A*) *vel* aetate agunda | *dist Vss* ‖ 233. hau (*sic A*) *vel* haud | SIC: si ‖ 234. UTUTRAMQ·: Vtramq' ‖ 236. SE-EXPEDIANT ‖ 237ᵃ. *sic A: duo v. in B* (— quemquam) ‖

Postúlat se in plagas conícere: 237[b]
Eós cupit, eos cónsectatur, súbdole [blanditur] ab re cónsulit:
Blandiloquentulus, harpago, mendax, 239[a]
Cuppes, auarus, elegans, despoliator, 239[b]
Latebricolarum hominum corrumptor,
†Blandus inops, celatum indagator.
Nam quí amat quod amat quom éxtemplo 242[a]
Sauíis sagittatis pérculsust, 242[b]
Ílico rés foras lábitur, líquitur.
'Dá mihi hoc, mél meum, sí me amas, si aúdes'.
Ibi ille cuculus: 'ocelle mi, fiat: 245
Ét istuc et si ámplius uís dari dábitur'.
Íbi illa pendentém ferit: iam ámplius órat:
Nón satis id ést mali, ni ámplius étiam, 248. 249
Quód ecbibit, quód comest, quód facit súmpti.
Nóx datur: dúcitur fámilia tóta,
Véstiplica, unctor, aúri custos, flábelliferae, sándaligerulae,
Cántrices, cistéllatrices, núntii, renúntii,
Raptóres panis ét peni.
Fit ípse, dum illis cómis est, 255[a]
Inóps amator. 255[b]

---

238. *sic A: duo v. in B* (— consectatur) | EOSPETITEOSSECTATUR | *del Ri* | ab (*sic A*) *vel* ob ‖ 239—251. *sic B: binos compr A* ‖ 239 sqq. *ictus omisimus ubi metra incertiora* ‖ 239. elegans (*sic A*) *vel* eligans | DESPOLATOR ‖ 240. CORRUMPTOR: corruptor ‖ 242. QUIAMATQUODAMATQUAM: quam ad quod damat (*vel* clamat) quam: *corr Bo* | SAUIIS: sauis | sagittatis percussust: PERCULSUSEST ‖ 243. Ilico (*sic A*) *vel* Illico ‖ 244. SIMEAUDESSIAMAS ‖ 245. *cf. ad v. 239 sqq.* | ABI | OCELLE: occelle ‖ 247. ILLAM ‖ 249. SATIS: sat | ETIAMAMPLIUS ‖ 250. QUODEBIBIT: *aut sic aut* quod et bibit *Nonius* (*corr Mercerus*): quo debebit | SUMPTUI ‖ 252—260[b]. *septem v. sunt in A* (— sandaligerulae — peni — ego — eget — places — bibere), *novem in B* (— flabelliferae — cistellatrices — peni — amator — et rectilo — parui — utor — bibere) ‖ 252. UESTISPICA: uestispici *Nonius*: uestiplice: *corr Ri cum glossis* | SANDALIGERULAE ‖

Haec égo quom cum animo meó reputo,
Vbi quí eget, quam preti sít parui,
Apagé te, amor, non places, níl te utor.
Quamquam íllud est dulce, esse ét bibere,
  Amór amara dát tamen 260[a]
  †Satis quod aegre sit. 260[b]
Fugit fórum, fugat suos cognátos,
Fugat ípsus se ab suo cóntutu,
Neque eúm sibi amicum uólunt dici.
Millé modis amor ignórandust, 264[a]
Procul †adhibendust atque ábstandus: 264[b]
Nam qui ín amorem praecípitauit, 265[a]
Peiús perit qua[m]si saxó saliat. 265[b]
  Apagé te amor: tuas res tíbi habeto.
    Amor, míhi amicus ne fúas umquam:
    Sunt támen quos miseros máleque habeas,
    Quos tíbi obnoxios fecísti.
    Certast res ad frugem adplicare animum: 270
    Quámquam ibi animó labos grándis capitur.
    Bóni sibi haec éxpetunt, rém, fidem, honorem,
    Glóriam et grátiam: hóc probis pretiumst.
    Eo míhi magis lubet cum próbis potius
    Quam cum ínprobis uiuere uánidicis. 275

---

256. QUUMCUMANIMOMEOREPUTO: cum ago cum meo animo et reculo (*vel* rectilo) ‖ 258. PLACES: palages *vel* pagales (*corr* D^2) ‖ 259. *dist Ri* ‖ 260. TAMEN: tibi ‖ 261—272. *sic B: binos compr A* ‖ 261. FUGITSUOS: fugat uos ‖ 262. IPSUSSEMAB: ipse se a ‖ 263. eum (*sic A*) *vel* enim eum ‖ 264[a]. ignorandust (*sic A*) *vel* ignorandum est ‖ 264[b]. ADHIBENDUSATQ· | ABSTANDUST: ab(*vel* ap)tinendus ‖ 265. AMOREM: amore | *del Lindemannus* ‖ 266. ΑΠΑΓΕΤΕ: Apace sis (apage sis D^2 *cum Donato, ut vid*) | HABETO: habe ‖ 267 sq. AMICUSMIHINEFUASSUNTTAMEN ‖ 270. *cf. ad v. 239 sqq.* | CERTAESTRES: Certunst | applicare (*sic A*) *vel* adplicarẽ ‖ 271. IBILABOS ‖ 272. BONI: Bonis ‖ 273—275. *sic B: duo v. sunt in A* (— lubet) ‖ 274. MÀHI (*et* I *s. v.*) ‖

PHILTO. LYSITELES
SENEX ADVLESCENS

PH. Quó illic homo forás sé penetrauit éx aédibus?
LY. Patér,
Adsum: ímpera quiduis:
Neque tíbi ero in mora neque látebrose 278[a]
Me aps tuó conspectu occúltabo. 278[b]
PH. Féceris pár tuis céteris fáctis,
Patrém tuom si pércoles pér pietatem. 280
Nólo ego cum ínprobis té uiris, gnáte mi,
Neque ín uia neque ín foro necúllum sermonem éxsequi.
Nóui ego hoc saéculum móribus quíbus sit:
Malús bonum malum ésse uolt, ut sít sui similis:
Turbánt, miscent morés mali, rapáx, auarus, ínuidus: 285
Sacrúm profanum, públicum priuátum habent, hiúlca gens.
Haec égo doleo, haec sunt quaé me excruciant, 287[a]
Haec diés noctis cantó tibi ut caueas. 287[b]
Quod mánu non queunt tangére, tantum fas hábent quo manus apstíneant:
Cetéra rape, trahe, fuge, láte: lacrumas haec míhi, quom uideo, elíciunt, 289. 290
Quia ego ád hoc genus hominum dúraui. quin príus me ad pluris pénetraui? 290. 291
Nam hi móres maiorúm laudant, eosdém lutitant quos cónlaudant.

276—280. *sic B* (*sed v. 276* — aedibus): *binos compr A* ‖ 276. fortasse penetrauit aedibus *Nonius* | PAENETRAUIT | PH. *B* ‖ 277. QUIDUIS: quod uis ‖ 278. CONSPECTU: conspectus ‖ 279. par tuis (*sic A*) *vel* partius ‖ 282. NEQ·ULLUM: ullum: *corr Bergkius* ‖ 283. SAECLUM | QUIBUSET ‖ 286. HIUTCA ‖ 287[ab]. *sic B*: *compr A* | QUAEME: quem | NOCTES: noctesque | canto tibi (*sic A*) *vel* tibi canto ‖ 288. QUAEUNT | abstineant (*sic A*) *vel* aptineant ‖ 289—291. *sic A: quatuor v. sunt in B* (— lacrumas — eliciunt — prius) ‖ 289. QUOM: quon *vel* cum ‖ 292. latitant quos conlaudant (*sic A*) *vel* latitant: *corr Ri* ‖

Hísce ego de ártibus grátiam fácio,
Ne[u] cólas neue inbuas íngenium.
Meó modo et móribus uíuito antíquis: 295
Quae egó tibi praecipio, éa facito.
Níl ego istós moror faéceos móres,
Turbídos, quibus boni dedécorant se.
Haec tíbi si mea imperiá capesses, multá bona in pectore cónsident. 299. 300
LY. Sémper ego usque ad hánc aetatem ab íneunte adulescéntia
Tuís seruiui séruitutem impériis [et] praeceptís, pater.
Pro íngenio ego me líberum esse rátus sum, pro imperió tuo
Méum animum tibi séruitutem séruire aequom cénsui.
⟨PH.⟩ Quí homo cum animo inde áb ineunte aetáte depugnát suo, 305
Vtrum itane esse máuelit ut eum ánimus aequom cénseat,
Án ita potius út parentis éum esse et cognatí uelint:
Si ánimus hominem pépulit, actumst, ánimo seruit, nón sibi:
Si ípse animum pepulít, dum uiuit, uíctor uictorúm cluet.
Tú si animum uicísti potius quam ánimus te, est quod gaúdeas. 310
Nímio satiust út opust te ita ésse quam ut animó lubet.
(Qui ánimum uincunt quám quos animus sémper probiorés cluent.)

---

293 sq. *compr AB* | Hisce ego te: HISEGOTE: *corr Bo* | *del Herm* | NEUE: neuc *vel* neu ‖ 295 sq. *sic B: compr A* | PRAECIPIOEA: praecipito et ‖ 297 sq. *compr AB* | FAECEOS: fac eos | TURBIDOS: et turbidos | BONIS ‖ 299 sq. bona (*sic A*) *vel* bo ‖ 302. TUIS: Tui | *del Bo* ‖ 305. ineunte (*sic A*) *vel* ineunti ‖ 306. ITANE: id itane ‖ 308. hominum *vel* hominem (*sic A*) | PEPULITACTUMEST: perpulit actumsi | SERUIT: seruauit ‖ 309. UICTORUIRTUTUM ‖ 311. UT: ui | iubet (*item A*) ‖ 312. *secl Ri* | QUAMQUIANIMOS | CIUENT: cluentis ‖

LY. Ístaec ego mihi sémper habui aetáti integumentúm meae,
Né penetrarem me úsquam, ubi esset dámni conciliábolum, 314
Né noctu irem obámbulatum neú suom adimerem álteri.
Né[u] tibi aegritúdinem, pater, párerem, parsi sédulo:
Sárta tecta túa praecepta usque hábui mea modéstia.
⟨PH.⟩ Quíd exprobras bene quód fecisti? tíbi fecisti, nón mihi:
Míhi quidem aetas áctast ferme, túa istuc refert máxume.
[PH.] Ís probust, quem paénitet quam próbus sit et frugí bonae: 320
Qui ípsus sibi satís placet, nec próbus est nec frugí bonae:
Qui ípsus se contémnit, in eost índoles indústriae:
Bénefacta benefáctis aliis pértegito, ne pérpluant.
LY. Ób eam rem haec, pater, aútumaui, quía res quaedamst quám uolo
Égo me aps te exoráre. PH. Quid id est? dáre iam ueniam géstio. 325
LY. Ádulescenti huic génere summo, amíco atque aequalí meo,
Mínus qui caute et cógitate suám rem tractauít, pater,
Béne uolo ego illi fácere, si tu nón neuis. PH. Nempe dé tuo?
LY. Dé meo: nam quód tuomst meumst, ómne meumst autém tuom.

---

313. Istaec (*sic A*) *vel* Istae | INTEGUMENTUM: tegumentum ‖ 314. esset (*sic A*) *vel* eẽ | CONCILIITABULŨ ‖ 315. NEU: Ne *vel* Nei ‖ 316. *del Bo* | parerem (*sic A*) *vel* parere ‖ 318. *dist Ri* ‖ 319. ACTAESTFERME: acta si fert me (acta ferme est *Cicero*) ‖ 320. PAENITET: non penitet ‖ 321. *soli habent AB* | IPSUS: ipsius ‖ 324. QUAEDAMEST: quae dant ‖ 325. ATE | DAREIAMUENIAM: ueniam dare iam (*vel* iam dare) ‖ 326. ADULESCENTE | aequali (*sic A*) *vel* aquali ‖ 328. UOLOILLI | NISITUNONUIS (neuis *etiam gloss. Pl.*) | NEMPE: nepe ‖ 329. TUUMESTMEUMEST: tuum sim meum si (*vel* sim) | OMNEMEUMEST: omne meusĩ *vel* omnẽ meũ si ‖

PH. Quíd is? egetne? LY. Egét. PH. Habuitne rem?
LY. Hábuit. PH. Qui eam pérdidit? 330
Públicisne adfínis fuit an máritumis negótiis?
Mércaturan án uenalis hábuit, ubi rem pérdidit?
LY. Níl istorum. PH. Quíd igitur? LY. Per cómitatem edepól, pater:
Praéterea áliquantum ánimi causa in déliciis dispérdidit.
⟨PH.⟩ Édepol hominem praémandatum férme familiáriter: 335
Quíquidem nusquam pér uirtutem rém confregit átque eget.
Níl moror eum tíbi esse amicum cum eíus modi uirtútibus.
⟨LY.⟩ Quía sine omni málitiast, toleráre ei[us] egestatém uolo.
⟨PH.⟩ Dé mendico mále meretur qui eí dat quod edit aút bibat:
Nam ét illud quod dat pérdit et illi pródit uitam ad míseriam. 340
Nón eo haec dico, quín quae tu uis égo uelim et faciám lubens:
Séd ego hoc uerbum quóm illi quoidam díco, praemonstró tibi,
Vt ita te aliorúm miserescat, né tis alios mísereat.
⟨LY.⟩ Déserere illum et déiuuare in rébus aduorsís pudet.

---

330. PH. habuit LY. *B* ‖ 332. MERCATURANAN: Mercaturamne an (mercaturam eam *Nonius*) ‖ 333. istorum (*sic A*) *vel* storum ‖ 335. PRAEMANDATUM: praedicatum | FERMEET ‖ 336. QUIQUIDEM: Quid quidẽ ‖ 338. OMNE | MALITIAES: malitia si | egestatem eius *vel* eius egestatem (*sic A*): *del Ri* ‖ 339. edat *Lactantius* | AUT: aut quod ‖ 340. et illud *etiam Lactantius*: illud *Servius* | perit *Lactantius* | PRODIT (*item Servius*): producit (*item Lactantius*) ‖ 341. haec *et* quin (*sic A*) *vel* hoc *et* quam ‖ 342. praemonstro (*sic A*) *vel* praemostro ‖ 343. MISERESCATNETISALIOS: miseres cane (*vel* caue) tui alius ‖

⟨PH.⟩ Pól pudere quám pigere praéstat totidem lítteris.
⟨LY.⟩ Edepol deum uirtúte dicam, páter, et maiorum ét tua 346
Múlta bona bene párta habemus: béne si amico féceris,
Né pigeat fecísse: ut potius púdeat, si non féceris.
⟨PH.⟩ Dé magnis diuítiis siquid démas, plus fit án minus?
⟨LY.⟩ Mínus, pater: sed cíui inmuni scín quid cantarí solet? 350
'Quód habes ne habeás et illuc quod nón habes habeás, malum,
Quándoquidem nec tíbi bene esse póte pati neque álteri.'
⟨PH.⟩ Scío equidem istuc íta solere fíeri: uerum, gnáte mi,
Ís est immunis quoí nil est qui múnus fungatúr suom.
⟨LY.⟩ Deúm uirtute habémus et qui nósmet utamúr, pater, 355
Ét aliis qui cómitati símus beneuoléntibus.
⟨PH.⟩ Nón edepol tibi pérnegare póssum quicquam quód uelis:
Quói[us] egestatém tolerare uís? loquere audactér patri.
⟨LY.⟩ Lésbonico huic ádulescenti, Chármid⟨a⟩i fílio,
Qui íllic habitat. PH. Quín comedit quód fuit, quod nón fuit? 360
⟨LY.⟩ Ne ópprobra, pater: múlta eueniunt hómini quae uolt, quaé neuolt.

---

345. Pol (*sic A et Nonius*) *vel* Pob ‖ 346. UIRTUTE: uirtutem ‖ 347. PARTAHABEMUS: paria habeamus ‖ 349. QUIT | AN: ani ‖ 350. IMMUNISCIN: inmuni inmunificos scis | QUIT ‖ 351. ILLUCQUODNON: illud quod nunc non | HABEASUELIMMALUM ‖ 352. QUANDOEQUIDEM | POTE: potes | NEQ·: nec ‖ 354. MUNUS: minus ‖ 357. QUIDQUAMUELIS ‖ 358. Cuius (*item A*): *corr Ri duce Mureto* | ELOQUEREPATRIAUDACTER ‖ 359. CHARMIDI: charamide: *corr Scal* ‖ 360. QUIAILLIC | QUIN: qui | FUIT: fui ‖ 361. EXPROBRAPATERMALA | MULTAEUENIUNT: multe ueniunt | QUAE (*bis*): qui *et* que *vel* qui | NONUOLT (neuult *etiam gloss. Pl.*) | *post hunc v. A habet v.* 369, *reliqui v.* 369. 368: *trai Ac* ‖

⟨PH.⟩ Méntire edepol, gnáte, atque id nunc fácis haud consuetúdine.
Nám sapiens quidém pol ipsus fíngit fortunám sibi:
Eó non multa quaé neuolt euéniunt, nisi fictór malust.
⟨LY.⟩ Múlta illi opera opúst ficturae quí se fictorém probum 365
Vítae agundae esse éxpetit: sed hic ádmodum adulescéntulust.
⟨PH.⟩ Nón aetate, uérum ingenio apíscitur sapiéntia.
Sápienti aetas cóndimentum, †sápiens aetatí cibust.
Ágedum eloquere, quíd dare illi núnc uis? LY. Nil quicquám, pater:
Tú modo ne me próhibeas accípere, siquid dét mihi. 370
⟨PH.⟩ Án eo egestatem e⟨í⟩ tolerabis, síquid ab illo accéperis?
⟨LY.⟩ Eó, pater. PH. Pol ego ístam uolo me rátionem edoceás. LY. Licet.
Scín tu illum quo génere natus sít? PH. Scio, adprimé probo.
⟨LY.⟩ Sóror illist adúlta uirgo grándis: eam cupió, pater,
Dúcere uxorém sine dote. PH. Síne dote uxorém? LY. Ita, 375
Tuá re salua: hoc pácto ab illo súmmam inibis grátiam.
Néque commodius úllo pacto ei póteris auxiliárier.

---

362. IT | AUT ‖ 363. IPSUS: ipse ‖ 364. EONON: eo ne | SISI (*et* N *s. v.*) | MALUST: malus siet ‖ 365. MULTAIIIII: Multas | opus: MULTUST: *corr Stu* ‖ 366. AGUNDAEESSE: agendae esse *vel* esse agendae | EXPETIT: expetis | ADULESCENTULUST: adulescentulus *vel* aduluscentulus ‖ 367. AETATE: aetatem | APISCITUR: adipiscitur ‖ 368. *hoc loco habet A: post v.* 361 *reliqui* (*ubi vide*) | SAPIENTI: Sapientia | CONDIMENTUM: condimentum si | CIBUST: cibumst ‖ 369. Agedum (*sic A*) *vel* Agidum | QUOD | nunc uis (*sic A*) *vel* nuntius | NIHILQUICQUAM: nihili quiquam ‖ 370. QUIT ‖ 371. E: et: *corr Bo duce Ca* | tolerabilis (*sic A*) *vel* tolerabis | QUIT ‖ 373. APRIMEOPROBO ‖ 374. ADUITA ‖ 375. #SINE *et* #ITA: sine *et* ita ‖ 376. SUMMAMINIBIS: inibis summam ‖ 377. AUXILIARER ‖

⟨PH.⟩ Egone indotatám te uxorem ut pátiar? LY. Patiundúmst, pater:
Ét eo pacto addíderis nostrae lépidam famam fámiliae.
⟨PH.⟩ Múlta ego possum dócta dicta [et] quámuis facundé loqui:
Hístoriam ueterem átque antiquam haec méa senectus sústinet.
Vérum ego quando te ét amicitiam et grátiam in nostrám domum
Vídeo adlicere, etsi áduorsatus tíbi fui, istac iúdico:
Tíbi permitto, pósce, duce. LY. Dí te seruassínt mihi:
Séd adde ad istam grátiam unum. PH. Quíd id est autem unum? LY. Éloquar:
Túte ad eum adeas, túte concilies, túte poscas. PH. Éccere.
⟨LY.⟩ Nímio citius tránsiges: firmum ómne erit quod tu égeris.
Gráuius tuom erit únum uerbum ad eám rem quam centúm mea.
⟨PH.⟩ Écce autem in benígnitate [hoc] répperi negótium:
Dábitur opera. LY. Lépidus uiuis. haéc sunt aedes, híc habet:
Lésbonicost nómen. age rem cúra: ego te opperiár domi.

PHILTO

SENEX

Non óptuma haec sunt néque ut ego aecum cénseo:
Verúm meliora súnt quam quae detérruma.

---

378. EGONE: Ego | INDOTATAMUXOREM | PATIUNDUMST: patiundum si ‖ 379. NOSTRAE: nostra ‖ 380. DOCTE | *del Fritzschius* ‖ 383. TIBI: si tibi | iudico (*sic A*) *vel* iudicio ‖ 385. QUIDEST ‖ 387. OMNE: omnem ‖ 388. TUUMERIT: erit tuum ‖ 389. *del Scal* ‖ 391. agerem (*sic A*) *vel* agere | CURAM | OPPERIAM: operiar ‖ 392. ut ego (*sic A*) *vel* ego ut ‖

Sed hoc únum consolátur me atque animúm meum,
Quia quí nil aliud nísi quod sibi solí placet 395
Consúlit aduorsum fílium, nugás agit:
Miser éx animo fit, fáctius niló facit.
Suaé senectuti is ácriorem hiemém parat,
Quom illam ínportunam témpestatem cónciet.
Sed áperiuntur aédes quo ibam: cómmodum 400
Ipse éxit Lesbonícus cum seruó foras.

LESBONICVS. ADVLESCENS **STASIMVS.** SERVOS **PHILTO** SENEX

LE. Minus quíndecim diés sunt, quom pro hisce aédibus
Minás quadraginta áccepisti a Cállicle:
Estne hóc quod dico, Stásime? ST. Quom consídero,
Meminísse uideor fíeri. LE. Quid factúmst eo? 405
ST. Coméssum, expotum, exú⟨nc⟩tum, elotum in bálineis:
Piscátor, pistor ápstulit, lanií, coqui,
Holitóres, myropolae, aúcupes: confít cito:
Non hércle minus diuórse distrahitúr cito,
Quam sí tu obicias fórmicis papáuerem. 410
LE. Minus hércle in istis rébus sumptumst séx minis.
ST. Quid, quód dedisti scórtis? LE. Ibidem uná traho.

---

394. unum consolaturum (*vel* consulaturu) me: MEUNUMCONSOLATUR ‖ 395. ALIUT ‖ 397. factius (*sic A*) *vel* faetius ‖ 398. is acriorem (*vel* aeriorem): ACRIOREM ‖ 400. COMMODUM: commode ‖ 402. cum *vel* q̃m̃: QUAM | HISCEAEDIBUS: isce bibus *vel* his aedibus ‖ 403. callicle (*sic A*) *vel* callide ‖ 404. #QUM: # cum *vel* quom ‖ 405. MEMINISSE: meminesse ‖ 406. exesum *glossae* | exutum: EXUSSUM: *corr Gul* | ELUTUM ‖ 409. *accessit ex A* ‖ 410. an si formicis obicias *Nonius* (quam si tu obicias formicis *etiam Charisius*) ‖ 411. SUMPTUMEST: sumptun si | minis (*sic A*) *vel* imns *vel* imiis ‖ 412. UNAM ‖

ST. Quid, quód ego †defrudaui? LE. Em, istaec ratio máxumast.
ST. Non tíbi illud apparére, si sumás, potest,
Nisi tu ínmortale rére esse argentúm tibi. 415
PH. Sero átque stulte, príus quod cautum opórtuit,
Postquám comedit rém, post rationém putat.
LE. Nequáquam argenti rátio conparét tamen.
ST. Ratió quidem hercle appáret: argentum *οἴχεται.*
Minás quadraginta áccepisti a Cállicle 420
Et ille aédis mancipio áps te accepit? LE. Ádmodum.
PH. Pol opíno[r] adfinis nóster aedis uéndidit.
Patér quom peregre uéniet, in portást locus:
Nisi fórte in uentrem fílio conrépserit.
ST. Trapézitae millé drachumarum Olýmpico[m], 425
Quas dé ratione déhibuisti, rédditae.
LE. Nempe quás spopondi. ST. Immó 'quas dependi' ínquito 427ᵃ
[Qua spónsione prónuper tu exáctus es.] 427ᵇ
Pro illo ádulescente quém tu esse ai[ie]bas díuitem.
⟨LE.⟩ Factum. ST. Vt quidem illud périerit. LE. Factum íd quoquest:
Nam núnc eum uidi míserum et me eiius míseritumst. 430
ST. Miserét te aliorum, tuí nec miseret néc pudet.
PH. Tempúst adeundi. LE. Éstne hic Philto qui áduenit?

---

413. defrudaui *vel* defraudaui (*sic A*) | EMISTAEC: em (*vel* hem) ista ‖ 419. APPARETERCLE | OIXETAI (*item Cicero*): oechetae ‖ 420. ACCEPISTINE ‖ 421. MANCIPIOABSTE: aps te mancipio ‖ 422. *del Ac* ‖ 423. QUUM | PORTAEST: porta si ‖ 424. inuenirem: *corr Ca* (*fort. cum A*) | filio (*sic A*) *vel* filium | con-(*vel* cum)repserit: CORREPSERIT ‖ 425. TRAPAIZITE | drachumarum *vel* drahcumarum: DRACHMARUM | olympicum (*item A*): *corr Valla* ‖ 426. dehibuisti (*sic A*) *vel* debuisti ‖ 427ᵃ. QUAS: qua | spopondi (*sic A*) *vel* spopndi | DEPENDIINQUITO: dependit inquit ‖ 427ᵇ. *ante v. 427ᵃ habet A: secl Ri* | TUTE ‖ 428. ESSEAIIEBAS: aiebas esse: *corr Guy* ‖ 429. *add Ca* | #UT: ut | perierit ST. *B* ‖ 430. MISERUM: miserium | EIIUSMISERITUMST: eius miserum unsi ‖ 431. TUI: cui te ‖ 432. TEMPUSEST: Tempusi *vel* Tempus | ST. *B* (*in ras*) | FILTO ‖

Is hérclest ipsus. ST. Édepol ne ego istúm uelim
Meum fíeri seruom cúm suo pecúlio.
⟨PH.⟩ Erum átque seruom plúrumum Philtó iubet 435
Saluére, Lesbonícum et Stasimum. LE. Dí duint
Tibi, Phílto, quaequomque óptes. quid agit fílius?
PH. Bene uólt tibi. LE. Edepol mútuom mecúm facit.
⟨ST.⟩ Nequam íllud uerbumst 'béne uolt', nisi qui béne facit.
[ST.] Ego quóque uolo esse líber: nequiquám uolo. 440
Hic póstulet frugi ésse: nugas póstulet.
PH. Meus gnátus me ad te mísit, inter te átque nos
Adfínitatem ut cónciliarem et grátiam.
Tuam uólt sororem dúcere uxorem: ét mihi
Senténtia eademst ét uolo. LE. Hau noscó tuom: 445
Bonís tuis rebus meás res inridés malas.
PH. Homo égo sum, homo tu's: íta me amabit Iúppiter,
Neque té derisum aduénio neque dignúm puto.
Verum hóc quod dixi méus me orauit fílius,
Vt tuám sororem póscerem uxorém sibi. 450
LE. Mearúm me rerum nóuisse aequomst órdinem.
Cum uóstra nostra nón est aequa fáctio:
Adfínitatem uóbis aliam quaérite.
ST. Satín tu's sanus méntis aut animí tui,
Qui cóndicionem hanc répudies? nam illúm tibi 455
Ferentárium esse amícum inuentum intéllego.

---

433. PH. (*in ras*) edepol *B*: EDEPOL | NE: ni ‖ 436. duint (*sic A*) *vel* dunt ‖ 437. quaequomque *vel* quae quoniamque: QUAECUMQUE ‖ 438. tibi # *etiam B* | mutuum mecum (*vel* meum): MECUMMUTUUM ‖ 439. NECQUAM | UERBUMEST: uerbum si ‖ 440. ESSEUOLO | NEQUIQUAM: nequidquam | uolo (*sic A*) *vel* uolõ ‖ 441. nugas postulet (*sic A*) *vel* nugas postulat ‖ 442. TEATQ·: se atque ‖ 444. uolt *vel* uol: UULT ‖ 445. eadem si (*vel* sim): EADEST | HAU: haud ‖ 446. INREBUSMEAS ‖ 447. ESTU | iupiter *vel* iuppiter (*sic A*) ‖ 448. ADUENIO: ueni ‖ 449. QUOD: ut | DIXIT ‖ 450. poscerem (*sic A*) *vel* poscere ‖ 451. MERERUM: rerum me | nouisse (*sic A*) *vel* mouisse | EST: si ‖ 452. UESTRA: uestris ‖ 454. TUSANUS: tus sanus (*corr Ri*) ‖ 456. FERENTARIUM (*item Varro*): ferentaneum | AMICUMESSE ‖

LE. Abin hínc dierecte? ST. Si hércle ire occipiám, uotes.
LE. Nisi quíd me aliud uis, Phílto, respondí tibi.
PH. Benígniorem, Lésbonice, té mihi
Quam núnc experior ésse confidó fore: 460
Nam et stúlte facere et stúlte fabulárier,
Vtrúmque, Lesboníce, in aetate haú bonumst.
ST. Verum hércle hic dicit. LE. Óculum ego ecfodiám tibi,
Si uérbum addideris. ST. Hércle qui[n] dicám tamen:
Nam sí sic non licébit, luscus díxero. 465
⟨PH.⟩ Ita tú nunc dicis nón esse aequiperábiles
Vostrás cum nostris fáctiones átque opes?
LE. Dicó. PH. Quid nunc? si in aédem ad cenam uéneris
Atque íbi opulentus tíbi par forte obuénerit:
Adpósita cena sít popularem quám uocant: 470
Si illí congestae sínt epulae a cluéntibus,
Siquíd tibi placeat quód illi congestúm siet,
Edísne an incenátus cum opulento áccubes?
LE. Edím, nisi si ille uótet. ST. At pol ego, etsí uotet,
Edim átque ambabus mális expletís uorem 475
Et quód illi placeat, praéripiam potíssumum:
Neque illí concedam quícquam de uitá mea.
Verécundari néminem apud mensám decet:
Nam ibi dé diuinis átque humanis cérnitur.
PH. Rem fábulare. ST. Nón tibi dicám dolo: 480
Decédam ego illi dé uia, de sémita,

---

457. DIERECTE: derecte | UOTES: uotis ‖ 458. respondi tibi (*sic A*) *vel* tibi respondit ‖ 462. HAU: haud | BONUST ‖ 463. DICO | ECFODIAMTIBI: effodiam tibi *vel* tibi effodiam ‖ 464. QUIN: quid (*corr Fl*) ‖ 466. NUNCTU | ESSEE ‖ 467. cum nosti *Nonius* | OPUS ‖ 469. OBUENERIT: utuenerit ‖ 470. CENASIT: sit cena (*vel* cenã) ‖ 472. TIBI: illi ‖ 473. accubes (*sic A*) *vel* accumbes ‖ 474. EDIM: Edit | uetet: UOLET | PH. *B* | ETSIUOTET: etiamsi uetet ‖ 475. MAGIS ‖ 476. PRAERIPIAM: prae eripiam ‖ 480. LE. *praem B* (*et* PH. non) | FABULARISNON ‖

De honóre populi: uérum quod ad uentrem áttinet,
Non hércle hoc longe, nísi me pugnis uícerit.
Cena hác annonast síne sacris heréditas.
⟨PH.⟩ Sempér tu hoc facito, Lésbonice, cógites, 485
Id óptumum esse túte uti sis óptumus:
Si id néqueas, saltem ut óptumis sis próxumus.
Nunc cóndicionem hanc, quam égo fero et quam aps té peto,
Dare átque accipere, Lésbonice, té uolo.
Dei díuites sunt, deós decent opuléntiae 490
Et fáctiones: uérum nos homúnculi
†Satillum animae qui quom extemplo emísimus,
Aequó mendicus átque ille opulentíssumus
Censétur censu ad Ácheruntem mórtuos.
⟨ST.⟩ [An] Mirúm quin tu illo técum diuitiás feras: 495
Vbi mórtuos sis, íta sis ut nomén cluet.
⟨PH.⟩ Nunc út scias hic fáctiones átque opes
Non ésse neque nos tuám neglegere grátiam:
Sine dóte posco tuám sororem fílio.
Quae rés bene uortat. hábeon pactam? quíd taces? 500
ST. Pro di ínmortales, cóndicionem quoíus modi.
PH. Quin fábulare 'dí bene uorta⟨n⟩t: spóndeo'?
ST. Eheú, ubi usus níl erat dicto 'spóndeo'
Dicébat: nunc hic, quom ópus est, non quit dícere.
LE. Quom adfínitate uóstra me arbitrámini 505
Dignum, hábeo uobis, Phílto, magnam grátiam.

---

485. TUFACITOLESBONICEHOC ‖ 486. UTI: ut ‖ 487. NEQUEASSALTEM: neque adsalutem | optumis (*sic A*) *vel* optumus ‖ 488. ABSTE: apte ‖ 489. ASPICERE ‖ 490. DECENT: decet | opulentiae (*sic A*) *vel* opulentia ‖ 492. SATILLUM: Salillum | QUUM | EMISIMUS: amisimus ‖ 493. AEQUO: Aeque ‖ 494. censu (*sic A*) *vel* censui | ACHERUNTEM: acheronte *vel* acharunte ‖ 495. QUINTUILLO: initu (*vel* inito) illum ‖ 497. factiones (*sic A*) *vel* fractiones ‖ 498. neglegere (*sic A*) *vel* neglelere ‖ 500. Quae res (*sic A*) *vel* Querens ‖ 502. LE. *B* | UINBENE ‖ 503. PH. *B* ‖ 504. DICEBANT | quom *vel* quoniam: CUM | quit *vel* quid (*sic A*) ‖ 505. adfinitate (*sic A*) *vel* adfinitatẽ | ME: mea ‖ 506. OBISPHILTO: uobis filio | *cf. ad v. 510* ‖

Sed si haéc res grauiter cécidit stultitiá mea,
Philto, ést ager sub úrbe hic nobis: eúm dabo
Dotém sorori: nam ís de diuitiís meis
Solús superfit praéter uitam rélicuos. 510
PH. Profécto dotem níl moror. LE. Certúmst dare.
ST. Nostrámne, ere, uis nutrícem, quae nos éducat,
Abálienare a nóbis? caue sis féceris:
Quid edémus nosmet póstea? LE. Etiam tú taces?
Tibi egó rationem réddam? ST. Plane péri⟨i⟩mus, 515
Nisi quíd ego conminíscor. Philto, té uolo.
PH. Siquíd uis, Stasime. ST. Huc cóncede aliquantúm. PH. Licet.
⟨ST.⟩ Arcáno tibi ego hoc díco, ne ille ex té sciat
Neue álius quisquam. PH. Créde audacter quídlubet.
⟨ST.⟩ Per deós atque homines díco, ne tu illúnc agrum
Tuom síris umquam fíeri neque gnatí tui: 521
Ei rei árgumenta dícam. PH. Audire edepól lubet.
ST. Primum ómnium olim térra quom proscínditur,
In quíncto quoque súlco moriuntúr boues.
PH. Apage. ST. Ácheruntis óstium in nostróst agro. 525
Tum uínum prius quam cóctumst pendet pútidum.
⟨LE.⟩ Consuádet homini, crédo. etsi sceléstus est,
At míhi infidelis nón est. ST. Audi cétera.
Postíd, frumenti quom álibi messis máxumast,
Tribus tántis illi mínus re[d]dit quam obséueris. 530

---

507. SIHAECRES: et si hercles ‖ 508. URBENOBIS ‖ 509. DESTULTITIISMEIS: de stultitia mea: *corr Bergkius* ‖ 510. *hic habet A: post v. 506 BCD* ‖ 511. CERTUMEST: certum si ‖ 512. EREUISEDUCATNUTRICEMQUEM: eleuis nutrice ere quae (*corr Lindemannus*) ‖ 515. TIBINEGON | *add Ca* ‖ 516. PHILTO: philio ‖ 519. QUISQUISQUAM | iubet *vel* lubet (*sic A*) ‖ 520. illunc (*sic A*) *vel* illum ‖ 521. SIRIS: sciris | UMFIERINEQ·GNATITUIQUAM ‖ 522. ARGUMENTI (*et* A *s. v.*): argumentum | iubet *vel* lubet (*sic A*) ‖ 523. terra cum: TERRA ‖ 524. QUINCTO: quinto ‖ 525. acheruntis (*sic A*) *vel* accheruntis | HOSTIUM | EST: st *vel* si ‖ 526. COCTUMEST (*item Porphyrio*): coactum est *vel* coactusi ‖ 529. CUM: quo | messis (*sic A*) *vel* mesis | EST: sim ‖ 530. ILLIS | *del Lamb* ‖

PH. Em istíc oportet ópseri morés malos,
Si in ópserendo póssint interfíeri.
⟨ST.⟩ Neque úmquam quisquamst quóius ille agér fuit,
Quin péssume ei res uórterit. quoiúm fuit
Alii éxulatum abiérunt, alii emórtui, 535
Alií se suspendére. em nunc hic quóius est
Vt ad íncitas redáctust. PH. Apage a me ístum agrum.
ST. Magis 'ápage' dicas, si ómnia †a me audíueris.
Nam fúlguritae súnt alternae | árbores:
Sués moriuntur ángina | acérrume: 540
Oués scabrae sunt, tám glabrae, em, quam haec ést manus,
Tum autém Syrorum, génus quod patientíssumumst
Hominúm, nemo exstat qui íbi sex menses uíxerit:
Ita cúncti solstitiáli morbo décidunt.
PH. Credo égo istuc, Stasime, ita ésse: sed Campáns genus 545
Multó Syrorum iam ántidit patiéntia.
Sed istést ager profécto, ut te audiuí loqui,
Malós in quem omnes públice mittí decet.
Sicút fortunatórum memorant ínsulas,
Quo cúncti qui aetatem égerint casté suam 550
Conuéniant: contra istóc detrudi máleficos
Aequóm uidetur, quí quidem istius sít modi.

---

531. Em (*sic A*) *vel* Hem ‖ 533. quisquam si: QUISQUAM (*corr Ca*) | quoius *vel* quouis: CUIUS ‖ 534. UERTERIT: uorterit *vel* uorterat | CUIUM: quoium *vel* cuiũs *vel* ciuium ‖ 535. EXOLATUMABIERE: exsolati abierunt *Nonius* ‖ 536 sq. em (*sic A*) *vel* hem (*sic Nonius*) | a (cuius tuta) incitas redactus est *Nonius*: ADINCITASTREDACTUS: ad incitas redactus | ISTUM: istunc ‖ 538. AME: me *vel* mea ‖ 539. fulguritae (*sic A*) *vel* fulgur ita ‖ 541. glabre em *vel* galabre hem: GLABRAEHAEC- (HAEC *fort. exp.*) | haec est *vel* haec: HAECST ‖ 542. PATIENTISSIMUMEST: pacientis sum muncsī (*vel* mun) ‖ 545. istasime sed *Nonius* | campans *Nonius*: CAMPANIS: campas ‖ 546. surorum *Nonius et Diomedes* | anteit *Diomedes* (iam antidit *etiam Nonius*) | PATIENTIA (*item Nonius et Diomedes*): patlentia ‖ 550. EGERINT: egerunt | SUAM: sum ‖ 551. ISTUC | detrudi (*sic A*) *vel* destrudi ‖ 552. SIT: sint ‖

ST. Hospítiumst calamitátis: quid uerbís opust?
Quamuís malam rem quaéras, illic réperias.
PH. At tu hércle et illi et álibi. ST. Caue sis díxeris
Me tíbi dixisse hoc. PH. Díxisti arcanó satis. 556
ST. Quin hícquidem cupit illum áb se abalienárier,
Siquém reperire póssit, quoi os súblinat.
PH. Meusquidem hércle numquam fíet. ST. Si sapiés quidem.
Lepide hércle de agro ego húnc senem detérrui: 560
Nam quí uiuamus níl est, si illum amíserit.
⟨PH.⟩ Redeo ád te, Lesboníce. LE. Dic sodés mihi,
Quid hic ést locutus técum? PH. Quid censés? homost:
Volt fíeri liber, uérum quod det nón habet.
LE. Et égo esse locuples, uérum nequiquám uolo. 565
ST. Licitúmst, si uelles: núnc, quom nil est, nón licet.
LE. Quid técum, Stasime? ST. De ístoc quod dixtí modo:
Si anté[a] uoluisses, ésses: nunc seró cupis.
PH. De dóte mecum cónuenire níl potes⟨t⟩:
Quid tíbi lubet, tute ágito cum nató meo. 570
Nunc tuám sororem fílio poscó meo:
Quae rés bene uortat. quíd nunc? etiam cónsu⟨l⟩is?
LE. Quid istíc? quando ita uis, dí bene uortant: spóndeo.
⟨PH.⟩ Numquam édepol quoiquam ⟨tam⟩ éxpectatus fílius
Natús quam illuc est 'spóndeo' natúm mihi. 575

---

553. opust (*sic A*) *vel* opusi ‖ 554. quaeras (*sic A*) *vel* querens ‖ 555. et illi *vel* illi: ETILLIC ‖ 556. DIXTIARCANOSSATES ‖ 557. SE: sese ‖ 558. QUEMREPPERIREPOSSITCUIOS: quidem reperire posset cuius ‖ 559. NUSQUAM ‖ 560. hercle (*vel* herche) de: HERCLE | HOCHUNC ‖ 561. QUIUAMUS ‖ 563. HICEST: hic | CENSESHOMOEST: census homo st (*vel* si) ‖ 564. quod det non habet (*sic A*) *vel* nequicquam uolo (*e v. 565*) ‖ 565. ST. *B* | NEQUIQUAM: nequicquam ‖ 566. LICITUMESTSI: Licitusi | quom *vel* quoniam: CUM ‖ 567. ISTO | DIXTI: dixisti ‖ 568. *del Guy* ‖ 569. dote *vel* dotem | *add Ac* ‖ 572. Quae res *vel* Querens | *dist Ac* | consuis *vel* cumsuis: *corr Ca* ‖ 573. uortant *vel* uortat ‖ 574. PH. *add Ca* ‖ 575. illud: *corr Geppertus* ‖

ST. Di fórtunabunt uóstra consilia. PH. Íta uolo.
LE. Sed, Stásime, abi huc ad meám sororem ad Cálliclem:
Dic hóc negoti quó modo actumst. ST. Íbitur.
LE. Et grátulator meaé sorori. ST. Scílicet.
PH. I hac, Lésbonice, mécum, ut coram núptiis 580
Dies cónstituatur: eádem haec confirmábimus.
⟨LE.⟩ †Tu istuc cura quod iussi: ego iam hic ero.
Dic Cállicli me ut cónueniat. ST. Quin tu í modo.
LE. De dóte ut uideat quíd ⟨o⟩pus sit facto. ST. Í modo.
⟨LE.⟩ Nam cértumst sine dote ha⟨ú⟩d dare. ST. Quin tu í modo. 585
LE. Neque enim ílli damno umquam ésse patiar — ST. Ábi modo.
⟨LE.⟩ Meam néglegentiam. ST. Í modo †o pater
LE. Aequóm uidetur quín quod peccarim — ST. Í modo.
LE. Potíssumum mihi id ópsit. ST. I modo. LE. Ó pater,
Enúmquam aspiciam te? ST. Í modo, i modo, í modo.
Tandem ímpetraui abíret. di, uostrám fidem, 591
Edepól re gesta péssume gestám probe,
Si quídem ager nobis sáluos est: etsi ádmodum
In ámbiguost etiám nunc quid [d]ea ré fuat.
Sed [id] si álienatur, áctumst de colló meo: 595
Gestándust peregre clúpeus, galea, sárcina.
Effúgiet ex urbe, úbi erunt factae núptiae:
Ibít †istac aliquo in máxumam malám crucem
Latrócinatum, aut ín Asiam aut in Cíliciam.
Ibo húc quo mihi imperátumst, etsi odi hánc domum, 600
Postquam éxturbauit híc nos [ex] nostris aédibus.

---

576. de *Nonius* ‖ 577. abi *vel* habi ‖ 578. actumst *vel* actum si ‖ 580. LE. *B* | nuptiis *vel* noptiis ‖ 584. possit: *corr Ca* ‖ 585. certum si | had dare *vel* addere: *corr Pius* ‖ 588. peccarem *vel* peccarum *vel* peccarim ‖ 594. dea *vel* de hac: *corr Scioppius* ‖ 595. *del Ca* | actum si ‖ 596. Gestandu si *vel* Gestandu(m) ‖ 601. *del Guy* ‖

ACTVS III

CALLICLES. STASIMVS
SENEX SERVOS

CA. Quó modo tu istuc, Stásime, dix[is]ti? ST. Nóstrum erilem fílium
Lésbonicum suám sororem déspondiss⟨e:⟩ em hóc modo.
CA. Quoí homini despóndit? ST. Lysitelí, Philtonis fílio,
Síne dote. CA. Sine dóte ille illam in tántas diuitiás dabit? 605
Nón credibile díces. ST. At tu[a] édepol nullus créd⟨u⟩as:
Si hóc non credis, égo credidero — CA. Quíd? ST. Me nil⟨i⟩ péndere.
CA. Quám dudum istuc aút ubi actumst? ST. Ílico, hic ante óstium:
Tám modo, inquit Praénestinus. CA. Tánton in re pérdita
Quam ín re salua Lésbonicus fáctus est frugálior? 610
ST. Átque quidem ipsus últro uenit Phílto oratum fílio.
CA. Flágitium quidem hércle fiet, nísi dos dabitur uírgini.
Póstremo edepol égo istam rem ad me áttinere intéllego:
Íbo ad meum castígatorem atque áb eo consiliúm petam.
ST. Própemodum quid illíc festinet séntio et subolét mihi: 615
Vt agro euortat Lésbonicum, quándo euortit aédibus.
Ó ere Charmidé⟨s⟩, quom apsenti [te] hic túa res distrahitúr tibi,

602. *del Dousa* ‖ 603. *add Ri* ‖ 606. *add Ca* (credas *etiam Donatus*) ‖ 607. *add Ca* ‖ 608. Quam *vel* Quan | ubi actumst *vel* tubi actunst | ostium *vel* hostium ‖ 617. *add Ri* | quom *vel* quoniam | apsente te: *corr Herm* ‖

Ýtinam te redísse saluom uídeam, ut inimicós tuos
Ýlciscar⟨e⟩ et míhi, ut erga te fúi et sum, referas grátiam.
Nímium difficilést reperiri [in]amícum ita ut nomén cluet,
Quoí tuam quom rém cre⟨di⟩deris, síne omni cura dórmias.
Séd generum nostrum íre ec⟨c⟩illum uídeo cum adfiní suo.
Néscioquid non sátis inter eos cónuenit: celerí gradu[s]
Eúnt uterque: illé reprehendit húnc priorem pállio:
†Haut in eusc⟨h⟩eme[a] ástiterunt. húc aliquantum aps⟨c⟩éssero:
Est lubido orátionem audíre duorum adfínium.

LYSITELES. LESBONICVS. STASIMVS
ADVLESCENTES II SERVOS

LY. Sta ílico: noli áuorsari néque te occultassís mihi.
LE. Pótin ut me ire quó[d] profectus súm sinas? LY. Si in rém tuam,
Lésbonice, essé uideatur glóriae aut famaé, sinam.
LE. Quód est facillumúm facis. LY. Quid id ést? LE. Amico iniúriam.
LY. Néque meu⟨m⟩st neque fácere didici. ⟨LE.⟩ Indóctus quam docté facis.
Quíd faceres, siquís docuisset te út sic odio essés mihi?
[Qui] Béne quom simulas fácere mihi te, mále facis, male cónsulis.
LY. Égone? LE. Tune. LY. Quíd male facio? LE. Quód ego nolo id quóm facis.

618. saluam *vel* saluum *vel* salum ‖ 619. *add Ca* | ut mihi: *corr Ri* ‖ 620. reperiri (*vel* repperiri) inimicum ‖ 625. Haut *vel* Haud | *add et del Ca* ‖ 631. quam *vel* quan *vel* qua ‖ 633. *del Herm* ‖

LY. Tuaé rei bene consúlere cupio. LE. †Tu mihi's melior quam egomet mihi? 635
Sát sapio, satis ín rem quae sint méam ego conspició mihi.
LY. Án id est sapere, ut quí beneficium a béneuolente répudies?
LE. Núllum beneficium ésse duco id quód quoi facias nón placet.
[LY.] Scío ego et sentio ípse quid agam néque mens offició migrat
Néc tuis depéllar dictis quín rumori séruiam. 640
LY. Quíd ais? [LY.] nam retinéri nequeo quín dicam ea quae prómeres:
Ítan[e] tandem hanc maiióres famam trádiderunt tíbi tui,
Vt uirtute eorum ánteparta pér flagitium pérderes
Átque honori pósterorum tuórum ut uindex fíeres?
Tíbi paterque auósque facilem fécit et planám uiam 645
Ád quaerundum honórem: tu fecísti ut difficilís foret,
Cúlpa maxume ét desidia tuísque stultis móribus.
Praeóptauisti amórem tuom uti uírtuti praepóneres:
Núnc te hoc facto crédis posse optégere errata? aha, nón itast.
[LY.] Cápe sis uirtutem ánimo et corde expélle desidiám tuo. 650
Ín foro operam amícis da, ne in lécto amicae, ut sólitus es.

---

637. IDDEST | ABENEUOLENTII: beneuolente ‖ 638. CUMCUI ‖ 639. MENSOFFICIO: mense officium ‖ 640. DEPELLAR: depellor ‖ 641. LE. Quid ais LY.: *corr Ac* | retinere *Nonius* ‖ 642. *del Ri* | HANCMAIIORES: maiores ‖ 643. ANTEUERTA ‖ 645. PATERAUUSQ· | FECIT: facit ‖ 646. difficilis (*sic A*) *vel* difficilius ‖ 647. Culpa (*sic A*) *vel* culpam ‖ 648. PRAEOPTASUISTI ‖ 649. FACTO: pacto | AHA: ah *vel* # ah ‖ 650. *del Ac* | desidiam (*sic A*) *vel* deisidiam | TUÃ ‖ 651. AMICISOPERAM | DANEINLECTO: ha da aut intellecto (*vel* intellectu) ‖

Átque ego istum agrum tíbi relinqui ób eam rem enixe éxpeto,
Vt tibi sit qui té corrigere póssis: ne omnino ínopiam
Cíues obiectáre possint tíbi quos tu inimicós habes.
LE. Ómnia ego istaec quaé tu dixti scío, uel exsignáuero: 655
Vt rem patriam et glóriam maiórum foedarím meum.
Scíbam ut esse mé deceret, fácere non quibám miser:
Íta ui Veneris uínctus, otio áptus in fraudem íncidi:
Ét tibi nunc proinde út merere súmmas habeo grátias.
LY. Át operam períre meam sic ét †te haec dicta corde spérnere 660
Pérpeti nequeó: simul me píget parum pudére te.
Ét postremo, nísi mi auscultas átque hoc ut dicó facis,
Túte pone té latebis fácile, ne inueniát te honor:
Ín occulto iacébis, quom te máxume clarúm uoles.
Pérnoui equidem, Lésbonice, ingénium tuom ingenuom ádmodum: 665
Scío te sponte nón tuapte errásse, sed amorém tibi
Péctus opscurásse: atque ipse amóris teneo omnís uias.
Ítast amor ballísta ut iacitur: níl sic celerest néque uolat:
Átque is mores hóminum moros ét morosos éfficit.
Mínus placet magis quód suadetur: quód dissuadetúr placet. 670
Quom ínopiast, cupiás: quando eius cópiast, tum nón uelis.
(Ílle qui aspellit, ís compellit: ílle qui consuadét, uetat.)

---

652. ISTUMEGO | enixe (*sic A*) *vel* menixe (denixe: enixe *Placidus*) || 655. ISTAEC: istic *vel* ista | DIXTI: dixisti | uel: UT || 656. foedarim (*sic A et Priscianus*) *vel* foedar in || 657. SCIBAM: Sciebam || 658. OTIOAPTUS: otio captus || 659. UT: ac | summas (*sic A*) *vel* sumas || 660. haec dicta: DICTA || 662. me auscultas (*sic A*) *vel* me ausultas: *corr Freundius* || 665. LESBONICEINGENIUM: lesbonicem imperium | INGENUUM: ingenium || 666. TUAPSTE || 667. AMORIS: amores | TENE || 668. BALLISTA: balista | CELERESICEST || 669. IS: his | MΩPΩC *A* || 670. QUODSUADETURMAGIS || 672. *secl Bergkius* | qui (*vel* quia) non suadet: *corr Ca* ||

Ínsanum [et] malúmst [in] hospitio[m] déuorti ad Cupídinem.
Séd te moneo hoc étiam atque etiam ut réputes quid facere éxpetas.
†Si istuc ut conare facis indícium, tuom incendés genus: 675
Tum ígitur tibi aqu⟨ae⟩ erít cupido, génus qui restinguás tuom.
Átque si eris náctus, proinde ut córde amantes súnt cati,
Né scintillam quídem relinques, génus qui congliscát tuom.
LE. Fácilest inuentú: datur ignis, tam[en] étsi ab inimicó[s] petas.
Séd tu obiurgans me á peccatis rápi[di]s deteriorem ín uiam. 680
Meám [uis] sororem tíbi dem suades síne dote. ⟨a⟩ha, non cónuenit
Mé qui abusus súm tantam rem pátriam porro in dí[ui]tiis
Ésse agrumque habére, egere illam aútem, ut me merito óderit.
[LY.] Númquam erit aliénis grauis qui suís se concinnát leuem.
Sícut dixi[t] fáciam: nolo té iactari diútius. 685
⟨LY.⟩ Tánto meliust té sororis caúsa egestatem éxsequi
Átque eum agrum me habére quam te, túa qui toleres moénia?
LE. Nólo ego mihi te tám prospicere quí meam egestatém leues,

---

673. et malumst in *vel* stet malum in: *corr Brixius* | hospitium: *corr Mue* || 676. aquerit *vel* querit: *corr Dousa duce Ca* || 677. erit si: *corr Scal, trai Reizius* || 678. scintillam *vel* sciunt illam | concliscat *vel* conclusit: *corr Ca* || 679. s *del Ri* || 681. *del Guy* | ha a *vel* hac: *corr Hauptius* || 682. *del Guy* || 686—691. *iterantur post v. 705* || 686. sororis *vel* soris || 687. toleres *vel* tolleres | moenia *vel* munia ||

Séd ut inops infámis ne sim: né mihi hanc famam dífferant
Mé germanam meám sororem in cóncubinatúm tibi, 690
Sí sine dote ⟨dém⟩, dedisse mágis quam in matrimónium.
Quís me inprobior pérhibeatur ésse? haec famigerátio
Té honestet, me cónlutulentet. sí sine dote dúxeris,
Tíbi sit emoluméntum honoris: míhi quod obiecténtsiet.
LY. Quíd? te dictatórem censes fóre[s], si aps te agrum accéperim? 695
⟨LE.⟩ Néque uolo neque póstulo neque cénseo: uerúm tamen
Ís est honos hominí pudico méminisse officiúm suom.
⟨LY.⟩ Scío equidem te animátus ut sis: uídeo, subolet, séntio.
Íd agis ut, ubi adfínitatem intér nos nostram adstrínxeris
Átque eum agrum dederís ne⟨c⟩ quicquam hic tíbi sit qui uitám colas, 700
Éffugias ex úrbe inanis, prófug[ie]us patriam déseras,
Cógnatos, adfínitatem, amícos factis núptiis.
Méa opera hinc protérritum te meáque auaritia aútument:
Íd me commissúrum ut patiar fíeri ne animum indúxeris.
⟨ST.⟩ Nón enim possum quín exclamem: euge, eúge, Lysitelés, πάλιν. 705

---

691. *add Klotzius* ‖ 692—694. *iterantur post v. 704: del Ca* ‖ 692. famigeratio (*sic Nonius*) *vel* famiferatio ‖ 693. me (*vel* me autem) conlutulent et si: me collutulet et si *Nonius* (*corr Bergkius*) | *dist Vss* ‖ 694. emolumentum *vel* ermolumenium | mihi *vel* mihi autem ‖ 695. Quid *vel* Cui ‖ 696. *add Ca* | neque censeo *vel* censeo ‖ 698. *add Ca* | sis uideo subolet *vel* sistudio sobolet ‖ 699. Id *vel* It ‖ 700. eum *s. v. B* ‖ 701. profugiens: *corr Ca* (*cum glossis*) | deseres: *corr Ca* ‖ 704 sq. *cf. ad v. 686 et 692* ‖ 705. Non enim *etiam Cicero* | quin *Cicero*: qui | lysitelis *vel* lystelis | palin: *corr Gru* ‖

Fácile palmam habés: hic uictus⟨t⟩: uícit tua comoédia.
Híc agit magis ex árgumento et uérsus meliorís facit.
Etiam ob stultitiám tuam te †turis multa[a]bó mina.
LE. Quíd tibi interpellátio aut in cónsilium huc accéssiost?
ST. Eódem pacto quo húc accessi apscéssero. LE. I hac mecúm domum, 710
Lýsiteles: ibi de ístis rebus plúra fabulábimur.
LY. Níl ego in occulto ágere soleo: méus ut animust éloquar:
Sí mihi tua sorór, ut ego aequom cénseo, ita nuptúm datur
Síne dote neque tu hínc [h]abituru's, quód meum erit id erít tuom:
Sín aliter animátus es, — bene quód agas eueniát tibi: 715
Égo amicus numquám tibi ero alio pácto: si⟨c⟩ senténtiast.
ST. Ábiit [hercle] illequidem. écquid audis, Lýsiteles? ego té uolo.
Híc quoque hinc abiit. Stásime, restas sólus: quid ego núnc agam
Nísi uti sarcinám constringam et clípeum ad dorsum accómmodem,
Fúlmentas iubeám suppingi sóccis? non sistí potest. 720
Vídeo caculam mílitarem mé futurum ⟨h⟩aud lóngius.
†At aliquem ad regem ín saginam [m]erus sése coniecít meus,
Crédo ad summos béllatores ácrem — fugitorém fore,

---

706. *add Ri* ‖ 708. turis *vel* curis | multa ab (*vel* ob) omina: *corr Scal* ‖ 709. consilium *Donatus*: concilium ‖ 710. apscessero *vel* abcessero ‖ 711. lysitelis *vel* lystelis ‖ 712. animus est eloquar (*vel* ee̅ loquar) ‖ 714. dote *vel* dotẽ | habiturus: *corr Lamb* ‖ 715. eueniet ‖ 717. *del Fl* | lysitelis *vel* lystelis ‖ 718. quid *vel* qui ‖ 720. subponi *Nonius* | socios (fico *vel* foco *Nonius*): *corr Ca* ‖ 721. caculam *Paulus*: cacula *vel* caula | aut: *corr Dousa* ‖ 722. At *vel* Aut | merus sese *vel* meruisse se ‖

Et capturum spólia ibi — illum quí [meo] ero adu-
uorsus uénerit.
Egomet autem quom[e] éxtemplo arcum [mihi] et
pháretram et sagittas súmpsero, 725
Cássidem in capút, — dormibo plácide | in tabernáculo.
Ád forum ibo: núdius sextus quoí talentum mútuom
Dédi reposcam, ut hábeam mecum quód feram uiáticum.

MEGARONIDES. CALLICLES
SENES II

ME. Vt míhi rem narras, Cállicles, nulló modo
Potest fíeri prosus quín dos detur uírgini. 730
CA. Namque hércle honeste fíeri ferme nón potest
Vt eám perpetiar íre in matrimónium
Sine dóte, quom eius rém penes me habeám domi.
* * * * * * * * * * * *
ME. * * * * * * * * * * * *
Paráta dos domíst: nisi expectáre uis,
Vt eám sine dote fráter nuptum cónlocet: 735
Post ádeas tute Phíltonem et dotém dare
Te ei dícas: facere id eíus ob amicitiám patris.
Verum hóc ego uereor ne ístaec pollicitátio
Te in crímen populo pónat atque infámiam.
Non témere dicant té benignum uírgini: 740
Datám tibi dotem ei quám dares eius á patre:
Ex eá largiri te ílli, neque ita ut sít data
Columém te sistere ílli, et detraxe aútument.

---

724. *del Bo* ‖ 725. quo me extemplo (*vel* exemplo) | mihi *del Mue* ‖ 727. nudius *gloss. Pl.*: nundius ‖ 729. callicles *vel* callides ‖ 730. prosus *vel* prorsus ‖ 733. cum *vel* quin ‖ 733 sq. *lac sign Ri* ‖ 739. cremen | populo *vel* populo populo ‖ 741. ei: ET | DARES: deres (*corr D*) ‖ 742. LARGIRITE: largitate ‖ 743. Columente: INCOLUMEM | DETRAXE: detraxi ‖

Nunc si ópperiri uís aduentum Chármidi,
Perlóngumst: huic ducéndi interea abscésserit 745
Lubído: atque ea condício huic uel primáriast.
CA. Nam hercle ómnia istaec uéniunt in mentém mihi.
Vide si hóc utibile mágis atque in rem députas:
Ipsum †adeam Lesbonicum edoceam ut rés se habet.
†Sed ut ego nunc adulescénti thensaurum índicem 750
Indómito, pleno amóris ac lascíuiae?
[LY.] Minumé, minume hercle uéro: nam certó scio,
Locúm quoque illum omnem úbi situst coméderit.
Quem fódere metuo, sónitum ne ille exaúdiat,
Neu rem ípsam indaget, dótem dare si díxerim. 755
ME. Quo pácto ergo igitur clám dos depromí potest?
CA. Dum occásio ei ⟨rei⟩ réperiatur, ínterim
Ab amíco alicunde mútuom argentúm rogem.
ME. Potin ést ab amico alicúnde exorarí? CA. Potest.
⟨ME.⟩ Gerraé: ne tu illud uérbum actutum inuéneris: 760
[ME.] 'Mihí quidem hercle nón est quod dem mútuom.'
CA. Malim hércle ut uerum dícas quam ut des mútuom.
ME. Sed uíde consilium sí placet. CA. Quid cónsilist?
ME. Scitum, út ego opinor, cónsilium inuení. CA. Quid est?
ME. Homo cónducatur áliquis iam quantúm potest. 765
[Quasi sít peregrinus. CA. Quíd is scit facere póstea?]
Is homo éxornetur gráphice in peregrinúm modum:

---

744. Nunc (*sic A*) *vel* Nuc | OPPERI | ADUENTUMCARMIDI: aduentum (*vel* adicentum) charmidis ‖ 745. abscesserit (*sic A*) *vel* abcesserit ‖ 746. *solus habet A* ‖ 747. Nam hercle: EADEM ‖ 749. IPSUM: Vt ‖ 750. SEDNUNCEGO ‖ 752. uero nam (*vel* na): NAM | certo (*sic A*) *vel* certe ‖ 753. SITUMST | comederit (*sic A*) *vel* commederit ‖ 755. rem ipsam (*sic A*) *vel* ipsam rem | INDAGET: indacet ‖ 756. CA. *B* | PACTOIGITUR | clam (*sic A*) *vel* # clam ‖ 757. ME. *B* | *add Ca* | REPPERIATUR ‖ 758. MUTUUMARGENTUMROGES: argentum roges ‖ 759. CA. *et* # *B* ‖ 761. QUOT ‖ 762. UTDESMUTUUM: uides mutuum (*vel* mutaui) ‖ 763. *post v. 764 habet A* | QUIT ‖ 765. conducatur (*sic A*) *vel* cunducatur | IAMALIQUIS ‖ 766. *secl Brixius* | QUIDISCIT ‖ 767. GRAPPHICE ‖

†Ignóta facies quaé non uisitáta sit
(Mendácilocum aliquem. CA. Quíd is [i]scit facere póstea?)
†Falsídicum, confidéntem. CA. Quid tum póstea? 770
ME. Quasi ád adulescentem á patre ex Seleúcia
Veniát, salutem ei núntiet uerbís patris:
Illúm bene gere⟨re⟩ rem ét ualere et uíuere
Et eúm rediturum a[u]ctútum. ferat epístulas
Duas: eás nos consignémus, quasi sint á patre. 775
Det álteram illi |, álteram dicát tibi
Dare sése uelle. CA. Pérge porro dícere.
ME. Seque aúrum ferre uírgini dotem á patre
Dicát patremque id iússisse aurum tíbi dare.
Tenés iam? CA. Propemodo, átque ausculto pérlubens. 780
⟨ME.⟩ Tum tú igitur demum ádulescenti aurúm dabis,
Vbi erít locata uírgo in matrimónium.
CA. Scite hércle sane. ME. Hoc, úbi thensaurum effóderis,
Suspícionem ab ádulescente amóueris.
Censébit aurum esse á patre allatúm tibi: 785
Tu dé thensauro súmes. CA. Satis scite ét probe:
[ME.] Quamquam hóc me[a] aetatis sýcophantarí pudet.
[CA.] Sed epístulas quando ópsignatas ádferet, 788[a]
[Sed quom óbsignatas áttulerit epístulas,] 788[b]
Nonne árbitraris túm adulescentem ánuli
Patérni signum nósse? ME. Etiam tú taces? 790
Sescéntae ad eam rem caúsae possunt cónligi:
†Illum quem habuit perdidit, alium post fecít nouom.
Iam si ópsignatas nón feret, dici hóc potest

---

768. UISITATA: uis ita ‖ 769. *solus habet A* ‖ 770. CONFIDENTEM: cum fidentem | QUIT ‖ 771. SELEUCIA: leutia ‖ 772. nuntiet (*sic A*) *vel* nuncii et ‖ 773. gererem *etiam A* ‖ 774. epistolas ‖ 783. ME. *bis B* ‖ 785. allatum *vel* alienatum ‖ 786. thensauro *vel* thensuaro ‖ 787. sicophantari *vel* sicoplantari ‖ 788. epistulas *vel* epistolas (*bis*) ‖ 788[b]. *secl Ri* | quom *vel* q̃m ‖ 789. eum: *corr Bo* ‖ 791. sescentae *vel* sescentem ‖

Apud pórtitorem eás resignatás sibi
Inspéctasque esse. in huíus modi negótio 795
Diém sermone[m] tér[r]ere segnitiés merast:
Quamuís sermones póssunt longi téxier.
Abi á⟨d⟩ then[a]saurum iám confestim clánculum:
Seruós, ancillas ámoue: atque audín? CA. Quid est?
ME. Vxórem quoque ipsam | hánc rem ut⟨i⟩ celés face.
Nam pól tacere númquam quicquamst quód queat. 801
Quid núnc stas? quin tu hinc ámoues et té moues?
Aperí, deprome inde aúri ad hanc rem quód sat est:
Contínuo operito dénuo: sed clánculum,
Sicút praecepi[t]: cúnctos exturba aédibus. 805
CA. Ita fáciam. ME. At enim nimis lóngo sermone útimur:
Diém conficimus, quóm iam properatóst opus.
Nil ést de signo quó⟨d⟩ uereare: mé uide.
Lepidást illa causa, ut cómmemoraui, dícere
Apud pórtitores ésse inspectas. dénique 810
Diéi tempus nón uides? quid illúm putas
Natúra illa atque ingénio? iam dudum ébriust.
Quiduís probare póterit: tum, quod máxumist,
Adférre, non petere híc se dicet. CA. Iám sat est.
ME. Ego sýcophantam iám conduco dé foro 815
[Epístulasque iám consignabó duas]
Eumque húc ⟨ad⟩ adulescéntem meditatúm probe
Mittám. CA. Eo ego igitur íntro ad officiúm meum:
Tu istúc age. ME. Actum réddam nugacíssume [nisi].

---

795. modi *vel* modo ‖ 798. Tibi | *add et del Ca* ‖ 800. Vxorem *vel* Voxorem | *add Bo* ‖ 801. pol *vel* pod ‖ 802. hinc *vel* hunc ‖ 803. auriat *vel* hauriat ‖ 807. quod: *corr Fl* ‖ 809. illa *vel* ille | commemoraui *vel* commeraui ‖ 812. iam *vel* ian ‖ 815. sycophantam *vel* sycoplantam | foro *vel* fero *vel* forte ‖ 816. *secl Ri* | epistulasque *vcl* epistolasque ‖ 817. *add Ca* ‖ 819. nugaces (*vel* nugace) sunt nisi: *corr Herm* ‖

ACTVS IV

CHARMIDES

SENEX

Salsípotenti et multípotenti Iouis frátri et Nerei Néptuno 820
Laetús lubens laudes ágo et grates gratíasque habeo e⟨t⟩ fluctíbus salsis,
†Quom penes me potestas, bonis mís quid foret et meaé uitae,
Quom suís me ex locis in pátriam †urbis cummam reducém faciunt.
Atque égo, Neptune, tibi ánte alios deos grátias ago atque habeó summas.
Nam te ómnes saeuomqué seuerumque atque áuidis moribus cómmemorant, 825
Spurcíficum, inmanem, intólerandum, uesánum: ⟨ego⟩ contra opera éxpertus.
Nam pól placido te et clémenti meo usqué modo ut uolui usús sum in alto.
Atque hánc tuam gloriam iam ánte auribus accéperam †et nobilis apud homines
Paupéribus te parcére solitum, diuítes damnare atqué domare.
Abi, laúdo: scis ordíne ut aequomst tractáre homines: hoc dís dignumst: 830
†Semper mendicis modesti sint.
Fidús fuisti: infidum ésse iterant. nam apsqué foret te, sat scío in alto

---

820. neptuni: *corr Scal* ‖ 822. Quom *vel* Q̃m̃ (*item v. 823*) | meae *vel* meai ‖ 823. cummam reducem *vel* cumam redeunt ‖ 824. neptune *vel* neque neptune ‖ 825. seuumque *vel* euumque | auidis *vel* auidus ‖ 826. intolerandum *vel* intolerandam | *add Herm* ‖ 827. alio: *corr Pius* ‖ 828. apud *vel* apra ‖ 829—831. *tres v. sunt in B* (— atque — aequumst) ‖ 830. ordinem *vel* ordine | aequumst *vel* equnct | dignumst *vel* dignunst ‖ 832. te sat *vel* et stat ‖

Distráxissent disqué tulissent satellítes tui me miserúm foede
Bonaque ómnia item una mécum passim caéruleos per cámpos: —
Ita iám quasi canes haud sécus circumstabánt nauem turbínes uenti: 835
Imbrés fluctusque atqué procellae infénsae frangere málum,
Ruere ántemnas, scindére uela — ni túa pax propitia fóret praesto.
Apage á me sis: dehinc iám certumst otío dare me: satis pártum habeo,
Quibus aérumnis delúctaui, filío dum diuitiás quaero.
Sed quís hic est qui in plateam íngreditur 840[a]
Cum nóuo ornatu speciéque simul? 840[b]
Pol quámquam domi cupio, ópperiar:
Quam hic rém agat [gerit] animum aduórtam.

SYCOPHANTA. CHARMIDES
SENEX

SY. Huíc ego die[i] nomén Trinummo fácio: nam ego operám meam
Tríbus nummis hodié locaui ad ártis nugatórias.
Áduenio ex Seleúcia, Macédonia, Asia atque Árabia, 845

---

833. Distraxissent *vel* Distrarxissent || 835. UENTI: uenit || 837. Ruere (*sic A*) *vel* Reuere | PROPITIAPAX || 838. AME: me | DEHINCIAM: deinde hinc | DAREME: me dare || 839. Cum hisce erumnis deluctauit *Nonius* || 840[a]—842. *sic A: binos compr B* || 840[a]. plateam (*sic A*) *vel* planteam || 840[b]. specieque *vel* speciaque: SPECIEMQ· || 841. Pol (*sic A*) *vel* Sol | DOMI (*item Donatus*): domum | OPPERIAR: operiar (opperiar tamen *Donatus*) || 842. REMAGATGERITANIMUMADUORTAM (*del Ri*): rem || 843. *del Bo* | FACIO: faciam || 844. NAUIGATORIAS ||

Quás ego neque oculís nec pedibus úmquam usurpauí meis.
Víden egestas quíd negoti dát homini miseró mali?
Quín ego nunc subigór trium numm[or]um caúsa ut hasce epístulas
Dícam ab eo homine me áccepisse, quem égo qui sit homo néscio
Néque noui neque nátus necne is fúerit id solidé scio.
CH. Pól hicquidem fungíno generest: cápite se totúm tegit. 851
Hílurica faciés uidetur hóminis: eo ornatu áduenit.
SY. Ílle qui me condúxit, ubi condúxit, abduxít domum.
Quaé uoluit mihi díxit, docuit ét praemonstrauít prius
Quó modo quidque agerém. nunc adeo síquid ego addidero ámplius, 855
Éo conductor mélius de me núgas conciliáuerit.
Ít ille me exornáuit, ita sum ornátus: argentum hóc facit.
Ípse ornamenta á chorago haec súmpsit suo perículo:
Núnc ego si potero órnamentis hóminem circumdúcere,
Dábo operam ut me esse ípsum plane sýcophantam séntiat. 860
⟨CH.⟩ Quám magis specto, mínus placet mihi haec hóminis facies: míra sunt
Ni íllic homost aut dórmitator aút sector zonárius.
Lóca contemplat, círcumspectat sése atque aedis nóscitat:

---

846. NEQ· (*bis*) | USURPAUIMEIS: usurpauimus ‖ 847. QUIT | MALE ‖ 848. QUIN: Qui | subigor (*sic A*) *vel* subicor | nummorum *etiam A* (*del Reizius*) | HASCE: has | epistulas (*sic A*) *vel* epistolas ‖ 850. NECNEFUERITITSOLIDE ‖ 851. Pol (*sic A*) *vel* Sol | GENEREST: genere (*vel* gerere) est (certe est *Fulgentius*) | CAPITESE (*item Fulgentius*): capit esse *vel* capite ‖ 852. HILURICA: Hillurica ‖ 855. QUITQ·: quique | SIQUIT ‖ 856. CONDUCTO | nugas (*sic A*) *vel* nogas ‖ 857. EXORNAUIT: exornaui (*corr D*) | ornatus (*sic A*) *vel* urnatus | hac (*sic A*) *vel* hoc ‖ 858. chorago (*sic A*) *vel* choraga (*ex* choroga) | HAE (*et* C *s. v.*) ‖ 860. IPSUMPLANEESSE | sycophantam (*sic A*) *vel* sycoplantam ‖ 861. mihi haec (*sic A*) *vel* mihi ‖ 862. Ni illic (*sic A*) *vel* Nillinc | aut *vel* au: HAUT | dormitator (*sic A*) *vel* dorminitator ‖ 863. CONTEPLAT ‖

Crédo edepol quo móx furatum uéniat speculatúr loca.
Mágis lubidost ópseruare quíd agat: ei rei operám dabo. 865
⟨SY.⟩ Hás regiones démonstrauit míhi ille conductór meus:
Ápud illas aedís sistendae míhi sunt sycophántiae.
Fóres pu⟨l⟩tabo. CH. Ad nóstras aedis hícquidem habe[a]t rectám uiam:
Hércle opinor mi áduenienti hac nóctu agitandumst uígilias.
SY. Áperite hoc, aperíte. heus, ecquis his fóribus tutelám gerit? 870
CH. Quíd, adulescens, quaéris? quid uis? quíd istas pultas? ⟨SY.⟩ Heú⟨s⟩, senex,
†Cénsus quom ⟨sum⟩, iúratori récte rationém dedi.
Lésbonicum hic ádulescentem quaéro, in his regiónibus
Ýbi habitet, et item álterum ad istanc cápitis albitúdinem:
Cálliclem aiebát uocari qui hás dedit mihi epístulas. 875
⟨CH.⟩ Meúm gnatum hicquidem Lésbonicum quaérit et amicúm meum
Quoí ego liberósque bonaque cómmendaui Cálliclem.
SY. Fác me si s⟨c⟩is cértiore⟨m⟩ hisce hómines ubi habitént, pater.
CH. Quíd eos quaeris? aút quis es? aut únde's? aut unde áduenis?
SY. Múlta simul rogitás: nescioquid éxpediam potíssumum. 880
Si[n] únum quidquid síngillatim et plácide percontábere,

---

864. speculator ‖ 865. operam *vel* operā ‖ 866. demonstrauit *vel* demanstrauit ‖ 868. at | aedes hic *vel* edia chic ‖ 869. agitandum si: *corr Scioppius* ‖ 870. ecquis *vel* hecquis ‖ 871. SY. *praem* (*et dein om*) *B* ‖ 872. *add Ac* ‖ 874. habitet item *Nonius* | istane (*corr D*): ipsam *Nonius* ‖ 875. Calliclen: *corr Herm* | dedit mihi *vel* mihi dedit ‖ 878. hosce | habitem (*corr D*) ‖ 881. percuntabere *vel* percunctabere ‖

Ét meum nomen ét mea facta et ítinera ego faxó scias.
CH. Fáciam ita ut uis: ágedum, nomen tuóm primum memorá mihi.
⟨SY.⟩ Mágnum facinus íncipissis pétere. CH. Quid ita? SY. Quía, pat⟨e⟩r[em],
Si ánte lucem †ire occipias á meo primo nómine, 885
Cóncubium sit nóctis prius quam ad póstremum peruéneris.
CH. Ópus †factost et uiático ad tuom nómen, ut tu praédicas.
⟨SY.⟩ Ést minusculum álterum quasi †iuxillum uinárium.
⟨CH.⟩ Quíd est tibi nomén, adulescens? SY. Páx, id est nomén mihi:
Hóc cotidiánu⟨m⟩st. CH. Edepol nómen nugatórium: 890
Quási dicas, siquíd crediderim tíbi, 'pax' periisse ílico.
Híc homo solide sýcophantast. quíd ais tu, adulescéns? SY. Quid es⟨t⟩?
CH. Éloquere, isti tíbi quid homines débent quos tu quaéritas?
SY. Páter istius ádulescentis dédit has duas mihi epístulas,
Lésbonic⟨i:⟩ is míhist amicus. CH. Téneo hunc manifestárium: 895
Mé sibi epistulás dedisse dícit. ludam hominém probe.
SY. Íta ut occepi, si ánimum aduortas, dícam. CH. Dabo operám tibi.
SY. Hánc me iussit Lésbonico suó gnato dare epístulam
Et item hanc alterám suo amico Cállicli iussít dare.
CH. Míhi quoque edepol, quom híc nug[ur]atur, cóntra nugarí lubet. 900

---

882. numen (*corr D*) | faxo *vel* faxos ‖ 884. incipissis *vel* incipis sic ‖ 885. *ante* ire *lac sign B* ‖ 886. priusquam postremum *Varro* ‖ 888. iuxillum *vel* uixillum ‖ 889—891. *extant post v. 937: trai Meierus* ‖ 892. sycophanta est *vel* sycoplantast ‖ 893. SY. *B* (*et* CH. *v.* 894) ‖ 895. *add Pareus* ‖ 897. # dabo *B* ‖ 898. epistolam *vel* epistulam ‖ 900. quom *vel* q̃m ‖

Vbi ipse erat? SY. Bene rém gerebat. CH. Érgo ubi? SY. In Seleúcia.
CH. Áb ipson istas áccepisti? SY. E mánibus dedit mi ipse ín manus.
CH. Quá faciest homó? SY. Sesquipede quíd[d]amst quam tu lóngior.
⟨CH.⟩ Haéret haec res, síquidem ego apsens súm qu[i]a⟨m⟩ praesens lóngior.
Nóuistin hominém? SY. Ridicule rógitas, quocum uná cibum 905
Cápere soleo. CH. Quíd est ei nomen? SY. Quód [d]edepol hominí probo.
CH. Lúbet audire. SY. Illi édepol — illi — ílli — uae miseró mihi.
⟨CH.⟩ Quíd est negoti? SY. Déuoraui nómen inprudéns modo.
CH. Nón placet qui amícos intra déntes conclusó⟨s⟩ habet.
SY. Átque etiam modo uórsabatur míhi in labris primóribus. 910
CH. Témperi huic hodie ánteueni. SY. Téneor manifestó miser.
CH. Iám recommentátu's nomen? SY. Déum hercle me atque hominúm pudet.
CH. Víde modo ut hominem nóueris. SY. Tamquám me: [CH.] fieri istúc solet:
Quód in manu teneás atque oculis uídeas, id desíderes.
[SY.] Lítteris recómminiscar: ⟨C⟩ ést principium nómini. 915
⟨CH.⟩ Cálli[ci]as? SY. Non ést. CH. Callippus? SY. Nón est. CH. Callidémides?

---

901. # in *B* ‖ 902. accepisti *vel* accipisti ‖ 903. homo # *B* | *del Bo* | quantu *vel* quantum ‖ 904. *solus habet B* | CH. *add Ca* | quia: *corr Rittershusius* ‖ 905. Nouistin *vel* Nouisti in ‖ 906. SY. (*bis*) *B* | est ei nomen *vel* ei noĩ e | dede (*vel* de ede) pol ‖ 907. Ille: *corr Ca* | misero *vel* misoro ‖ 908. CH. deuoraui *B* ‖ 909. *add* D^2 ‖ 912. re (*vel* rem) commentatus es: *corr Salm* ‖ 913. modo *vel* homo ‖ 915. *add Scal* ‖ 916. *add Scal* | *del Guy* | callidemides *vel* calliclemides ‖

SY. Nón est. CH. Callinícus? SY. Non est. CH. Cállimarchus? SY. Níl agis:
Néque adeo edepol flócci facio, quándo egomet meminí mihi.
CH. Át enim multi Lésbonici súnt hic: nisi nomén patris
Díces, non †monstrare possum istos hómines quos tu quaéritas. 920
Quód ad exemplumst? cóniectura sí reperire póssumus.
⟨SY.⟩ Ad hoc exemplumst: †an Chares an Chármides. CH. †mim Chármides?
SY. Ém, istic erit: qui istúm di perdant. CH. Díxi ego iam dudúm tibi:
Té potius bene dícere aequomst hómini amico quám male.
SY. Sátin inter labra átque dentes látuit uir minumí preti? 925
CH. Né male loquere apsénti amico. SY. Quíd ergo ille ignauíssumus
Míhi latitabat? CH. Si áppellasses, réspondisset nómini.
Séd ipse ubist? SY. Pol illúm †reliqui ad Rhadamantem in Cecropia insula.
⟨CH.⟩ Quí⟨s⟩ homost me insipiéntior qui ipse égomet ubi sim quaéritem?
[CH.] Séd nil discondúcit huic rei. quíd ais? quid hoc quod té rogo? 930
Quós locos adísti? SY. Nimium míri[s]modis mirábiles.
CH. Lúbet audire, nísi molestumst. SY. Quín discupio dícere.

---

917. callimarcus *vel* calimarchus ‖ 919. At *vel* Atq; ‖ 920. monstrare *vel* mostrare ‖ 922. mim *vel* min ‖ 923. Em *vel* Hem ‖ 926. loquar eapsenti: *corr Bent* ‖ 927. nomine: *corr Ri* ‖ 928. rhadamantem *vel* ihadamante | cecropia insula *vel* cecropio · insula · ‖ 929. s *add Guy* ‖ 931. adisti *vel* adistix | *del Guy* ‖ 932. audire *vel* audires | molestum si ‖

Ómnium primum ín Pontum aduecti[a] Árabiam terrám sumus.
CH. É⟨h⟩o, an etiam Arabiást in Ponto? SY. Est: nón illa ubi tus gígnitur,
Séd ubi apsint⟨h⟩iúm fit atque cuníla gallinácea. 935
CH. Nímium graphicum hunc núgatorem. séd ego sum insipiéntior,
Qui égomet unde rédeam hunc rogitem, quae égo sciam atque hic nésciat:
Nísi quia lubet éxperiri quo éuasurust dénique.
Séd quid ais? quo inde ísti porro? SY. Si ánimum aduortes, éloquar:
Ád caput amnis quí[d] de caelo exóritur sub solió Iouis. 940
CH. Súb solio Iouís? SY. Ita dico. CH. E caélo? SY. Atque ⟨e⟩ medió quidem.
CH. Ého, an etiam in caelum éscendisti? SY. Immo hóriola aduectí sumus
Vsque aqua aduorsá per amnem. CH. E⟨h⟩o, an tu étiam uidistí Iouem?
⟨SY.⟩ [C]Álii di ⟨i⟩s⟨s⟩e ad uíllam aiebant séruis depromptúm cibum.
Deínde porro — CH. Deínde porro nólo quicquam praédices. 945
SY. * * o hercle, †si es molestus. CH. Nám pudicum néminem
* * * re opórtet qui aps terra ád caelum peruénerit.
SY. ⟨Fácia⟩m ita ut te uélle uideo. séd monstra hosce hominís mihi

933. pontum *vel* potentum ‖ 934. ubi thus *vel* cubitus ‖ 935. apsentium | gallinatea *vel* gallinacea ‖ 936. Nimium *vel* Ninium ‖ 937. quae ego *vel* quiaego | *cf. ad v. 889 sqq.* ‖ 940. quod: *corr Guy* ‖ 941. *add Pareus* ‖ 942. Eho *vel* Eo | doriola: *corr Sarac* ‖ 943. ante etiam: *corr Ri* ‖ 944. Calliclise *vel* Calliclis: *corr Ac* ‖ 945. Mande: *corr Ca* ‖ 946. o *cum lac vel* O ‖ 947. ere *cum lac vel* Pre ‖ 948. mit aut *cum lac vel* Mit aut: *suppl Spengelius* | monstra *vel* mostra ‖

⟨Qu⟩ós ego quaero, quíbus me oportet hás deferre epístulas.
CH. Quíd ais? tu nunc sí forte eum[i]pse[m] Chármidem conspéxeris 950
Íllum quem tibi istás dedisse cómmemoras epístulas,
Nó[ue]risne hominem? SY. Né tu me edepol árbitrare béluam,
Quíquidem non nouísse possim quícum aetatem exégerim.
Án ille tam esset stúltus qui mihi mílle nummum créderet
Phílipp[e]um, quod me aurúm deferre iússit ad gnatúm suom 955
Átque ad amicum Cálliclem, quoi rem aí[e]bat mandasse híc suam?
Míhi concrederét, ni me ille ét ego illum nosse⟨m⟩ á⟨d⟩probe?
CH. Énim uero ego nunc sýcophantae huic sýcophantarí uolo,
Si húnc possum illo mílle nummum Phílippu⟨m⟩ ci⟨rc⟩u[e]mdúcere,
Quód sibi me dedísse dixit. quem égo qui sit homo néscio 960
Néque oculis ante húnc diem umquam uídi, eine aurum créderem?
Quoí, si capitis rés si[e]t, nummum númquam credam plúmbeum.
Ádgrediundust híc homo mi astu. heus, Páx, te tribus uerbís uolo.
SY. Vél trecentis. CH. Háben tu id aurum, quód accepisti a Chármide?

---

949. Hos ‖ 950. eum ipsum: *corr Lindemannus* ‖ 952. *del Guy* ‖ 954. tam *vel* ita | nummum *vel* nummos (*item v.* 959. 966) ‖ 955. *del Bent* | ad gnatum *vel* adgnitum ‖ 956. *del Reizius* ‖ 957. aprobe *vel* approbe: *corr Ca* ‖ 959. philippo: *corr Ri* ‖ 961. mirum: *corr Ca* ‖ 962. *del Guy* ‖ 963. mi astu heus *vel* masticheus ‖

SY. Átque etiam Philipp[e]úm, numeratum illíus in mensá manu, 965
Mílle nummum. CH. Némpe ab ipso id áccepisti Chármide?
SY. Mírum quin ab auo eíus aut proauo accíperem qui sunt mórtui.
CH. Ádulescens, cedodum ístuc aurum míhi. SY. Quod ego aurum dém tibi?
⟨CH.⟩ Quód a me te accepísse fassu's. SY. Áps te accepisse? CH. Íta loquor.
SY. Quís tu homo's[t]? CH. Qui mílle nummum tíbi dedi ego sum Chármides. 970
SY. Néque edepol tu is és neque hodie is úmquam eris — auro huíc quidem.
Ábi sis, nugatór: nugari núgatori póstulas.
CH. Chármides ego súm. SY. Nequiquam herclé's: nam nil aurí fero.
Nímis argute | óbre⟨p⟩sisti in eápse occasiúncula:
Póstquam ego me aurum férre dixi, pást tu factu's Chármides: 975
Príus tu non eras quam aúri feci méntionem. níl agis:
Proín tute itidem ut chármidatus es, †rursum rechármida.
CH. Quís ego sum igitur, síquidem is non sum quí sum? SY. Quid id ad me áttinet?
Dúm ille ne sis quem égo esse nolo, sís mea causa quí lubet.
Príus non is eras quí eras: nunc is fáctu's qui tum nón eras. 980
CH. Áge siquid agis. ⟨SY.⟩ Quíd ego agam? CH. Aurum rédde. SY. Dormitás, senex.

---

965. *del Gul* ‖ 966. nempe *vel* nepe ‖ 967. Mirum quid | eius *vel* eiuis ‖ 969. fassus: *corr Herm* ‖ 971. tuisses (*corr D*) ‖ 972. Asi (*vel* Ac si) sis: *corr Ca* ‖ 975. pos *vel* post | factus: *corr Herm* ‖ 976. non eras *vel* nonieras (*et* se *s.* ie) | aurifici ‖ 977. tu te: *corr Ri* ‖ 978. Quis *vel* Quid ‖ 980. factus: *corr Herm* ‖

⟨CH.⟩ Fássu's Charmidém dedisse aurúm tibi. SY. Scriptúm quidem.
CH. Próperas an non próperas abire actútum ab his regiónibus,
Dórmitator, príus quam ego hic te iúbeo mulcarí male?
⟨SY.⟩ Quam ób rem? CH. Quia illum quem émentitus és ego sum ipsus Chármides, 985
Quém tibi epistulás dedisse aiébas. SY. Eho, quaeso án tu is es?
CH. Ís enim uero sum. SY. Aín tu tandem? is ípsusne's? CH. Aio. SY. Ípsus es?
CH. Ípsus, inquam, Chármides sum. SY. Ergo ípsusne's? CH. Ipsíssumus.
Áb⟨in⟩ hinc ab oculís? SY. Enim uero sério: quoniam áduenis, —
Vápula⟨b⟩is méo arbitratu ét nouorum aedílium. 990
⟨CH.⟩ Át etiam maledícis? SY. Immo, sáluos quandoquidem áduenis, —
Dí te perdant sí te flocci fácio an periissé⟨s⟩ prius.
Égo ob hanc operam argéntum accepi: té macto infortúnio.
Céterum qui sís, qui non sis, flóccum non intérdu⟨i⟩m.
Íbo ad illum, renúntiabo quí mihi tris nummós dedit, 995
Vt sciat se pérdidisse. ego ábeo. male uiue ét uale:
Quí di te omnes áduenientem péregre perdant, Chármides.

---

982. fassus: *corr Herm* ‖ 983. abire *vel* abere ‖ 985. SY. quia *B* ‖ 986. epistulas *vel* epistolas | aiebas *vel* aiebat | quescan tuis *vel* quae *cum lac*: *corr Ca et Pareus* ‖ 987. ipsusnes *vel* ipsus es | Aio (*et* CH. *s. v.*) [*rubr.*] Ip SY. ipsus es *solus habet B*: *corr Ca* ‖ 988. ergon (*vel* ergo) ipsus est *Priscianus* ‖ 989. Ab hinc *etiam Priscianus*: *add Guy* ‖ 990. Vapulais *vel* Vapulas *vel* Vapulis: *corr Ca* ‖ 992. *add Ca* ‖ 993. inportunio ‖ 994. Sed erum: *corr Gul* | *add Ca* ‖ 995. Ibi id ‖ 996. sciat *vel* siat ‖ 997. Quo: *corr Scal* ‖

CHARMIDES
SENEX

Postquam ílle hinc abiit, póst loquendi líbere
Vidétur tempus uénisse atque occásio.
Iam dúdum meum ille péctus pungit áculeus, 1000
Quid illí negoti fúerit ante aedís meas.
Nam epístula illa míhi concenturiát metum
In córde et illud mílle nummum, quám rem agat.
Numquam édepol temere tínnit ⟨tint⟩innábulum:
Nisi qui íllud tractat aút mouet, mutú⟨m⟩s⟨t⟩, tacet. 1005
Sed quís hic est qui huc in pláteam cursuram íncipit?
Lubet óbseruare quíd agat: huc concéssero.

STASIMVS. SERVOS **CHARMIDES** SENEX

ST. Stásime, fac te própere celerem, récipe te ad dominúm domum,
Né subito metus éxoriatur scápulis stultitiá[m] ⟨tua⟩.
Adde gradum, adproperá: iam dudum fáctumst quom abistí domo. 1010
Cáue sis tibi ne búbuli in te cóttabi crebrí crepent,
Si áb[i]eris ab eri quaéstione: né destiteris cúrrere.
Écce hominem te, Stásime, nil⟨i⟩: sátin in thermipólio

1000. Iam *vel* Lan ‖ 1002. epistula *vel* epistola | concenturiat metum *vel* contenturiat metuum ‖ 1004. Numquem | tinnit in nabubulum *vel* tint innabulum: *add Ca* ‖ 1005. *add Pareus* ‖ 1009. *del et add Ca* ‖ 1010. iam *vel* ian | factumst *vel* factum si ‖ 1012. *del Ca* ‖ 1013. termipolio *vel* thermopolio ‖

Cóndalium es oblítus, postquam thérmopotasti gúttúrem?
Récipe te et recúrre petere ⟨ré⟩ recenti. CH. Huic, quísquis est,
Gúrguliost exércitor, is hunc hóminem cursurám docet.
ST. Quíd, homo nili, nón pudet te? tríbusne te potéri⟨i⟩s
Mémoria⟨m⟩ esse oblítum? an uero, quía cum frugi | hóminibus
Íbi bibisti, qui áb alieno fácile cohiberént manus?
†Truchus fuit, Cerconicus, Crinnus, Cercobulus, Cóllabus,
Óculicrepidae, crúri[i]crepidae, férriteri, mastígiae:
Ínter eosne hominés condalium té redipisci póstulas?
†Quórum eorum unus súrrupuit currénti cursorí solum.
CH. Íta me di ament, gráphicum furem. ST. Quíd ego quod periít petam?
Nísi etiam labórem ad damnum ápponam epithecam ínsuper.
Quín tu quod periít periisse dúcis? cape uorsóriam:
Récipe te ad erum. ⟨CH.⟩ Nón fugitiuost híc homo: commeminít domi.
⟨ST.⟩ Ýtinam ueteres †homines, uéteres parsimóniae
Pótius ⟨in⟩ maióre honore hic éssent quam morés mali.
⟨CH.⟩ Di ínmortales, básilica hicquidem fácinora inceptát loqui:
Vétera quaerit, uétera amare hunc móre[m] maiorúm scias.
ST. Nám nunc mores níl⟨i⟩ faciunt quód licet nisi quód lubet.
Ámbitio iam móre sanctast, líberast a légibus:

1015. *add Ca* ‖ 1016. cursuram *vel* cursur in ‖ 1017. *add Ca* ‖ 1018. *add Sey* ‖ 1020. Truchus *vel* Truthus ‖ 1021. *del Ca* ‖ 1023. surrupuit *vel* surripuit ‖ 1024. amant | # quid *B* | ego quod *vel* ego quid ‖ 1025. apothecam: *corr Scal* ‖ 1029. Potius maiori honori: *corr Lomanus* ‖ 1031. quaerit *vel* quae erit | *del Dousa* ‖ 1032. *add Scal* ‖

Scúta iacere fúgereque hostis móre habent licéntiam:
Pétere honorem pró flagitio móre fit. ⟨CH.⟩ Morem ínprobum. 1035
⟨ST.⟩ Strénu⟨os⟩os praéterire móre fit. ⟨CH.⟩ Nequám quidem.
⟨ST.⟩ Móres leges pérduxerunt iám in potestatém suam,
†Mágis qui sunt obnóxios⟨a⟩e quám parentes líberi⟨s⟩.
Ea⟨é⟩ misere[re] etiam ad párietem sunt fíxae clauis férreis,
Vbi malos morés adfigi nímio fuerat aéquius. 1040
CH. Lúbet adire atque áppellare hunc: uérum ausculto pérlubens
[S]Ét metuo, si cónpellabo, ne áliam rem occipiát loqui.
ST. Néque isti⟨s⟩ quicquam lége sanctumst: léges mori séruiunt,
Móres autem rápere properant quá sacrum qua públi cum.
⟨CH.⟩ Hércle istis malám rem magnam móribus dignúmst dari. 1045
⟨ST.⟩ Nón[ne] hoc publice ánimum aduorti: nam íd genus hominum ómnibus
Vniuorsis ést aduorsum atque ómni populo mále facit.
Mále fidem seruándo illis quoque ábrogant etiám fidem
Quí nil meriti: quíppe eorum ex ingénio ingenium horúm probant.
Hóc qui in mentem uénerit mihi? re ípsa modo commónitus sum. 1050
Síquoi mutuóm quid dederis, fít pro proprio pérditum:

1035. honore: *corr D* ‖ 1036. os *add Loewius* | quidem *vel* idem ‖ 1038. obnoxiosi: *corr Brantius* ‖ 1039. *del Ri* ‖ 1042. Sed: *corr Ac* ‖ 1043. sanctumst *vel* sanctust ‖ 1044. publicum *vel* pullicum ‖ 1045. *add Ca* | ERCLE | dignust (*sic A*) *vel* dignumst ‖ 1046. *add Ca* | Nonne *etiam A*: *del Guy* ‖ publice (*sic A*) *vel* pullice | ANIMADUERTI ‖ 1049. EORUMEX: ex eorum ‖ 1050. inmentem (*sic A*) *vel* immenté | *dist Brixius* | MODOREIPSACOMMOTUS ‖ 1051. SICUI: Si quid | DEDERIS: dederit | FITPROPIO (*sed* PRO *et* R *s. v.*) ‖

Quóm repetas, inimícum amicum béneficio inueniás tuo.
(Sí mage exigere occípias, duarum rérum exoritur óptio:
Vél illud quod credíderis perdas uél illum amicum amíseris.)
CH. Méus est hicquidem Stásimus seruos. ST. Nam égo talentum mútuom 1055
Quoí dederam, talénto inimicum mi émi, amicum uéndidi.
Séd ego sum insipiéntior qui rébus curem públicis
Pótius quam, id quod próxumumst, meo térgo tutelám geram:
Éo domum. CH. Heus tu, asta ílico: audi, heús tu. ST. Non sto. CH. Té uolo.
ST. Quíd, si ego me te uélle nolo? CH. Aha nímium, Stasime, saéuiter. 1060
ST. Émere meliust quoi ímperes. CH. Pol ego émi atque argentúm dedi:
Séd si non dicto aúdiens est, quíd ago? ST. Da magnúm malum.
CH. Béne mones: ita fácere certumst. ST. Nísi quidem es obnóxius.
CH. Sí bonus es⟨t⟩, obnóxius sum: sín secus es⟨t⟩, faciam út iubes.
ST. Quíd id ad me attinét bonisne séruis tu utare án malis? 1065

1052. Quõ *vel* Qm̃: QUM | beneficio inuenias (*vel* inuenioas): INUENIASEXBENEFICIO ‖ 1053 sq. *secl Bergkius* ‖ 1053. EXIGEREOCCIPIAS: exgenere cupias ‖ 1054. AMISERIS: miseris ‖ 1055. MEUST ‖ 1056. CUI: Quod | uendidi (*sic A*) *vel* uendedi ‖ 1057. publicis (*sic A*) *vel* puplicis *vel* pullicis ‖ 1058. PROXIMUMEST: proxumust | TUTELAM: tute (*vel* cute) iam ‖ 1059. #HEUS: Heus (*et* gera meo domum *s. f. v. 1058*) | #HEUSTUNONSTO#TEUOLO: heus tu nonsto ‖ 1060. EGOME: egomet | UELLET | AHANIMIUM: ha nimium (animum *Nonius*) ‖ 1061. Emere (*sic A*) *vel* Et mere ‖ 1062. EST: es | DAMAGNUM: damnum ‖ 1063. certunst: CERTUMEST ‖ 1064. es (*bis*) *etiam A*: *corr Lamb* | UT: uti | MONES ‖

CH. Quía boni malíque in ea re párs tibist. ST. Partem álteram
Tíbi permitto, illam álteram apud me quód bonist appónito.
CH. Sí eris meritus, fíet. respice húc ad me: ego sum Chármides.
ST. Hém, quis est qui méntionem fácit homo hominis óptumi?
CH. Ípsus homo optumús. ST. Mare, terra, caélum, di, uostrám fidem, 1070
Sátin ego oculis pláne uideo? estne ípsus an non ést? is est.
Cérte is est, is ést profecto. o mí ere exoptatíssume,
Sálue. CH. Salue, Stásime. ST. Saluom té — CH. Scio et credó tibi.
Séd omitte alia: hoc míhi responde: líberi quid agúnt mei
Quós reliqui hic fílium atque fíliam? ST. Viuónt, ualent. 1075
⟨CH.⟩ Némpe uterque? ST. Vtérque. CH. Di me sáluom et seruatúm uolunt.
Cétera intus ótiosse pércontabor quaé uolo:
Eámus intro: séquere. ST. Quo tu té agis? CH. Quonam nísi domum?
ST. Hícine nos habitáre censes? CH. Vbinam ego alibi cénseam?
ST. Iám — CH. Quid iam? ST. non súnt nostrae aedis †ste. CH. Quid ego ex te aúdio? 1080

1066. Quia (*sic A*) *vel* Qui ‖ 1067. APUD: ad ‖ 1068. FIET: fies | HUCADME: ad me huc | charmides (*sic A*) *vel* charmidẽ ‖ 1069. HOMOHOMINISFECIT ‖ 1070. IPSUS: Ipse | HOHOMO ‖ 1071. OCULISEGO | ESTNEHICAN ‖ 1072. is est is est: ISEST ‖ 1074. ọMITTE (ọ *fort. ex* D): omitto | agunt (*sic A*) *vel* ac un ‖ 1075. UIUNT ‖ 1076. *add Ca* | ST. *et* CH. di *vel* CH. *et* Di ‖ 1077. ST. Cetera *vel* Cetera | otiose (*sic A*) *vel* ociosse | PERCONTABOR: percunctabor *vel* p̣/////////stabor ‖ 1078. ST. *vel* CH. | QUONAMTUTEAGIS#QUONAMCEN—— ‖ 1079. CH. *et* ST. *vel* ST. *et* CH. | Hicine *vel* Hiccine ‖ 1080. ste CH. quid *vel* CH. (*vel* #) quid ‖

ST. Véndidit tuos nátus aedis — CH. Périi. ST. praesentáriis
Árgenti minís numeratis. CH. Quót? ST. Quadraginta. CH. Óccidi.
Quís eas emit? ST. Cállicles, quoi tuám rem commendáueras:
Ís habitatum huc cómmigrauit nósque exturbauít foras.
CH. Vbi nunc filiús meus habitat? ST. Híc in hoc postículo. 1085
CH. Mále disperii. ST. Crédidi aegre tíbi id, ubi audissés, fore.
CH. Égo †miserum meis periculis súm per maria máxuma
Véctus, capitalí peric[u]lo pér praedones plúrumos
Mé seruaui, sálu⟨o⟩s redii: núnc hic disperií miser
Própter eosdem quórum causa fúi hac aetate exércitus: 1090
Ádimit animam mi aégritudo: Stásime, tene me. ST. Vísne aquam
Tíbi petam? CH. Res quom ánimam agebat, túm esse offusa⟨m⟩ opórtuit.

CALLICLES. CHARMIDES. STASIMVS
SENES II SERVOS

CA. Quid hoc híc clamoris aúdio ante aedís meas?
CH. O Cállicles, o Cállicles, o Cállicles,
Qualíne amico méa commendauí bona? 1095
CA. Probo ét fideli et fído et cum magná fide:
Et sálue et saluom te áduenisse gaúdeo.

1082. quod ‖ 1083. Quis *vel* Qui ‖ 1085. ST. hic *vel* hic | 1088. *dist Goellerus* | *del Guy* ‖ 1089. *add D* ‖ 1090. hoc aetate *Nonius* ‖ 1092. quom *vel* quoniam ‖ 1096. CA. Probo *vel* Probo ‖

CH. Credo ómnia istaec, sí | itast ut praédicas.
Sed quís istest tuos ornátus? CA. Ego dicám tibi:
Thensaúrum effodiebam íntus dotem fíliae 1100
Tuae quaé daretur. séd intus narrabó tibi
Et hóc et alia: séquere. CH. Stasime. ST. Hem.
CH. Strénue
Curre ín Piraeu[u]m atque únum curriculúm face.
Vidébis iam illic náuem qua aduectí sumus.
Iubéto Sa[n]gariónem quae imperáuerim 1105
Curáre ut efferántur, et tu itó simul.
Solútu⟨m⟩st portitóri iam portórium.
Nil ést mora⟨e⟩. cit⟨o⟩ ámbula: actutúm redi.
ST. Illíc sum atque hic sum. CA. Séquere tu hac
me intró. CH. Sequor.
ST. Hic méo ero amicu⟨s⟩ sólus firmus réstitit 1110
Neque démutauit ánimum de firmá fide,
Quamquám labores múltos * * * * *
Sed hic únus, ut ego súspicor, seruát fidem.
†Ob rem laborem eum égo cepisse cénseo.

ACTVS V

LYSITELES
ADVLESCENS

Hic homóst omnium hominum praécipuos, 1115
Voluptátibus gaudiisque ántepotens.
Ita cómmoda quae cupio éueniunt,

1100. Thesaurum *vel* Thensaurum ‖ 1102. ST. hem *vel* hem ‖ 1103. pira euum (*vel* euum) ‖ 1105. Videto: *corr Pius* | *del Salm* ‖ 1108. moracii *vel* moratii: *corr Ri* ‖ 1109. hac me *vel* me hac ‖ 1110. amico ‖ 1112. *lac sign B* ‖ 1113. suspicor *vel* susspicor ‖ 1115—1119. *tres v. sunt in B* (— antepotens — subest [*sed* Ita gaudiis]): *discr Herm* ‖ 1116. ante potens *vel* ante ponens ‖

Quod ago ádsequitur, subest, súbsequitur:
Ita gaúdiis gaudium súppeditat.
Módo me Stasimus Lésbonici séruos conuenít ⟨domi⟩:
Ís mihi dixit súom erum peregre huc áduenisse Chármidem. 1121
Núnc mihi is propere cónueniundust, út quae cum eius fílio
Égi ei rei fundús pater sit pótior. eo ⏑ ⏓ ⏑ –
Séd fores hae sonitú suo mihi moram óbiciunt incómmode.

— — —

CHARMIDES. CALLICLES. LYSITELES
SENES II ADVLESCENS

CH. Néque fuit neque erít neque esse quémquam hominem in ter⟨ra⟩[dum] árbitror, 1125
Quoí fides fidélitasque amícum erga aequiperét tuam:
Nam éxaedificauísset me ex his aédibus, apsque té foret.
CA. Síquid amicum ergá bene feci aut cónsului fidéliter,
Nón uideor meruísse laudem, cúlpa caruisse árbitror.
Nám beneficium hómini proprium quód datur, prosúm p[s]erit: 1130
Quód datum utendumst, íd repetundi cópiast, quandó uelis.
CH. Ést ita ut tu dícis. sed ego hoc né⟨q⟩ueo mirarí satis
Eúm sororem déspondisse suam ín tam fortem fámiliam.

1119. suppeditat *vel* suppetat ‖ 1120—1124. *quinque v. sunt in B* (— dixit — charmidem — egi — mihi) ‖ 1120. *suppl Ri* ‖ 1123. *lac sign Spengelius* ‖ 1125. *add Ca* | *del Reizius* ‖ 1126. suum: *corr Ri* ‖ 1128. bene feci *vel* benefici ‖ 1129. arbitror *vel* arbritror ‖ 1130. *del Boxhornius* ‖ 1131. uelit *vel* uelis ‖ 1132. hoc metuo ‖ 1133. dispondisse *et* familiam tuam *Nonius* ‖

CA. Lýsiteli quidém P⟨h⟩iltonis fílio. LY. Enim me nóminat.
CH. Fámiliam optumam óccupauit. LY. Quíd ego cesso hos cónloqui? 1135
Séd maneam etiam, opínor: namque hoc cómmodum orditúr loqui.
CH. Váh. CA. Quid est? CH. Oblítus intus dúdum tibi sum dícere:
Módo mihi aduenientí nugator quídam occessit óbuiam,
Nímis pergraphicus sýcophanta. is mílle nummum se aúr⟨e⟩um
Meó datu tibi férre et gnato Lésbonico ai[e]bát meo: 1140
Quem égo ne⟨c⟩ qui esset nóram neque eum ante úsquam conspexí prius.
Séd quid rides? CA. Méo adlegatu uénit, quasi qui aurúm mihi
Férret aps te quód darem tuae gnátae dotem: ut fílius
Túos, quando illi a mé darem, esse allátum id aps te créderet
Neú qui[s] rem ipsam pósset intellégere, [et] thensaurúm tuom 1145
Mé esse penes, atque eúm a me lege pópuli patrium pósceret.
CH. Scíte edepol. CA. Megarónides commúnis hoc meus ét tuos
Béneuolens comméntust. CH. Quin conlaúdo consilium ét probo.
⟨LY.⟩ Quíd ego ineptus, dúm sermonem uéreor interrúmpere,

1134. CA. Lysiteli *vel* Lysiteli | LY. *vel* CH. ‖ 1135. optimas *Nonius* ‖ 1137. CH. *vel* LY. | Vha | CA. quid est? CH. *vel* CH. Videst CA. ‖ 1138. accessit: *corr Gul* ‖ 1139. *add Ca* ‖ 1140. alebat: *del Guy* ‖ 1141. usquam *vel* usq; ‖ 1145. s *del Ac* | et *del Bo* ‖ 1148. comentust CH. quin c̄laudo *vel* commentust # qui nunc laudo ‖

Sólus sto nec quód conatus sum ágere ago? hominis cónloquar. 1150
CH. Quís hic est qui huc ad nós incedit? LY. Chármidem socerúm suom
Lýs⟨i⟩teles salútat. ⟨CH.⟩ Di dent tíbi, Lysiteles, quaé uelis.
CA. Nón ego sum salúte dignus? LY. Ímmo salue, Cállicles.
Húnc priorem aequómst me habere: [CA.] túnica propior pálliost.
CA. †Deos uolo consilia uóstra recte uórtere. 1155
⟨CH.⟩ Fíliam meam tíbi desponsam esse aúdio. LY. Nisi tú neuis.
CH. Ímmo haud nolo. LY. Spónden ergo tuám gnatam uxorém mihi?
CH. Spóndeo et mille aúri Philippum dótis. LY. Dotem níl moror.
⟨CH.⟩ Si ílla tibi placét, placenda dós quoquest quam dát tibi.
Póstremo quod uís non duces, nísi illud quod non uís feres. 1160
⟨CA.⟩ Iús hic orat. LY. Ímpetrabit té aduocato atque árbitro.
[LY.] Ístac lege fíliam tuam spónden mihi uxorém dari?
CH. Spóndeo. CA. Et ego spóndeo idem hoc. LY. Oh sáluete, adfinés mei.
CH. Átque edepol sunt rés quas propter tíbi tamen suscénsui.

1152. Lysteus ‖ 1153. LY. *et* CH. *B* | dignus salutis *Nonius* ‖ 1155. CH.: *corr Ri* | Deos *vel* Deus ‖ 1156. *add Ri* | desponsatam (*sic Nonius*) *vel* desponsam | LE. *pro* LY. *B* (*item v.* 1157 sq.) | nisi tu neuis *Nonius*: nisi *cum lac* ‖ 1157. sponden *vel* spondent ‖ 1158. philippum *vel* phiplippum | moror *vel* morer ‖ 1159. *add Ac* ‖ 1160. feres *vel* fores ‖ 1161. Lus *vel* Ius *vel* uis | CH. *B* | aduocato *vel* at uocato | arbitro *vel* arbitrio ‖

CA. Quíd ego feci? CH. Meúm corrumpi quía per-
pessu's fílium. 1165
⟨CA.⟩ Si íd mea uoluntáte factumst, ⟨ést⟩ quod mihi
suscénseas.
Séd sine me hoc aps te ímpetrare quód uolo. CH. Quid
id és⟨t⟩? CA. ⟨S⟩cies:
Síquid stulte fécit, ut ea míssum facias ómnia.
Quíd quassas capút? CH. Cruciatur cór mihi et metuo.
CA. Quídnam id est?
CH. Quóm ille i[s]tast ut ésse nolo, id crúcior: metuo,
sí tibi 1170
Dénegem quod me óras, ne te léuiorem erga mé putes.
[CH.] Nón grauabor: fáciam ita ut uis. CA. Próbus es:
eo ut illum éuocem.
CH. Míserumst male promérita, ut merita súnt, s⟨i⟩
ulcisci nón licet.
CA. Áperite hoc, aperíte propere et Lésbonicum, sí domist,
Fóras [e]uocate: ita súbitost propere quód eum con-
uentúm uolo. 1175

⟨**LESBONICVS. LYSITELES.**
ADVLESCENTES II
CALLICLES. CHARMIDES⟩
SENES II

LE. Quís homo tam tumúltuoso sónitu me exciuít
[subito] foras?
CA. Béneuolens tuos átque amicus. LE. Sátine salue?
díc mihi.

1165. LY. Quid *B* | perpessus: *corr Pareus* ‖ 1166. est *add Ca* ‖ 1168. missam: *corr Schoe* ‖ 1172. es *vel* ses ‖ 1173. Miserumst *vel* Miseris mst | sinis ulcisci: *corr Lindemannus* ‖ 1174. CH. *B* | et lesbonicum si domist *vel* quod eum conuentum (*cf. v. 1175*) ‖ 1175. *del Bo* ‖ 1176 sqq. *scaenam sign Bo* ‖ 1176. *del Guy* ‖ 1177. amicus est *vel* amicumst *et* satin est *vel* satinst: *corr ex Donato* ‖

LY. Récte: tuom patrém rediisse sáluom peregre gaúdeo.
LE. Quís id ait? LY. Ego. LE. Tún uidisti? LY. Et túte item uideás licet.
LE. Ó pater, patér mi, salue. CH. Sálue multum, gnáte mi. 1180
LE. Síquid tibi, patér, laboris — CH. Níl euenit, né time:
Béne re gesta sáluos redeo. sí tu modo frugi ésse uis,
Haéc tibi pactast †Callicli fília. LE. Ego ducám, pater,
Ét eam et siquam aliám iubebis. CH. Quámquam tibi suscénsui,
[CA.] Míseria ⟨una⟩ uní quidem hominist ádfatim. CA. Immo huíc parumst: 1185
Nám si pro peccátis centum dúcat uxorís, parumst.
LE. Át iam posthac témperabo. CH. Dícis, si faciás modo.
LY. Númquid causaest quín uxorem crás domum ducam? CH. Óptumumst [licet].
[CA.] Tú in perendinúm paratus sís ut ducas. CANTOR. Plaúdite.

1178. *dist Ac* ‖ 1179. ♯ et tute | idem: *corr Bo* ‖ 1181. *dist Bo* ‖ 1182. redeo *vel* redio | uis *vel* us ‖ 1183. LE. ego *vel* ego ‖ 1184. Etiam: *corr Bo* | LY. *B* ‖ 1185. *del Lomanus* | *suppl Lamb* | at fatim ♯ *vel* at fati LY.: *corr Lomanus* ‖ 1187. faciaes *vel* facies: *corr Ca* ‖ 1188. LE.: *corr Grauertus* | Nunc quid causa est | ducam *vel* ducat | optimumst *vel* otimust | *del Guy* ‖ 1189. ω (*i. e.* CANTOR *vel* CATERVA) plaudite *B* ‖

T. MACCI PLAVTI

TRVCVLENTVS

PERSONAE

DINIARCHVS ADVLESCENS
ASTAPHIVM ANCILLA
STRATVLAX SERVOS
PHRONESIVM MERETRIX
STRATOPHANES MILES
CVAMVS SERVOS
STRABAX ADVLESCENS
CALLICLES SENEX
ARCHILIS TONSTRIX
ANCILLA

ARGVMENTVM

Tres únam pereunt ádulescentes múlierem,
Rure únus, alter úrbe, peregre tértius:
Vtque ísta ingenti mílitem tangát bolo,
Clam síbi supposuit clándestino | éditum.
Vi mágna seruos ést ac trucibus móribus, 5
Lupaé ni rapiant dómini parsimóniam:
Et ís tamen mollítur. miles áduenit
Natíque causa dát propensa múnera.
Tan⟨d⟩ém compressae páter cognoscit ómnia
Vtque íllam ducat quí uitiarat cónuenit 10
Suómque is repetit á meretrice súbditum.

---

1. pereunt *vel* perunt || 5. Vi *vel* Vl | at crucibus imoribus *vel* attrucibus moribus || 6. Lut (*vel* It) poeni: *corr Py* | parsimoniam *vel* parsimonia || 7. Et is *vel* Edis || 8. Natique *vel* Natimque || 9. Tamen || 10. litam: *corr Ca* ||

PROLOGVS

Perpáruam partem póstulat Plautús loci
De uóstris magnis átque amoenis moénibus,
Athénas quo sine árchitectis cónferat.
Quid núnc? daturin éstis an non? — ádnu⟨o⟩nt.
†Melior me quidem uobis me ádlaturum síne mora. 5
Quid sí de uostro quíppiam orem |? — ábnuont.
Eu[m] hércle in uobi[i]s résident mores prístini,
Ad dénegandum ut céleri lingua utámini.
Sed hóc agamus qu⟨ó⟩ia huc uentumst grátia.
Athénis †tracto ita ut hoc est proscaénium — 10
Tantísper dum transígimus hanc comoédiam.
Hic hábitat mulier nómen[e] quoist Phronésium:
Haec húius saecli móres in se póssidet:
Numquam áb amatore [suo] póstulat — id quód datumst,
Sed rélicuom dat óperam — ne sit rélicuom 15

1—3. artem *et* plaudi locu *et* Deum eris magnis *et* arcus pletis: *corr ex Apuleio* (partim *et* quos in architectis conferam) *et Prisciano* ‖ 4. *add Ca* ‖ 5. abiaturum: *corr Sarac* ‖ 6. orem (*vel* ore) abduunt: *corr Ca* ‖ 7. *del Spengelius* | uodiis *vel* odiis: *corr Ca* | mores *vel* more ‖ 8. utamini *vel* ut animi ‖ 9. qua *vel* quia: *corr Bergkius* | uentumst *vel* uentust ‖ 10. Athenis *vel* Athinis | proscinium *vel* proschenium ‖ 11. dum transigimus *vel* dunt transicimus ‖ 12. nomine | phronesium *vel* phonesium ‖ 14. *del Weisius* ‖ 15. Sed reliquam ‖

Poscéndo atque auferéndo, ut mos est múlierum:
Nam omnís id faciunt, quóm se amari intéllegunt.
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
Ea sé peperisse púerum simulat míliti,
Quo cítius rem ab eo au[f]ér⟨r⟩at cum puluísculo.
Quid múlta? * * †Stuic superet muliere 20
†Hiscum anima ad eum habenti erce teritur.
* * * * * * * * * * * *

ACTVS I

DINIARCHVS
ADVLESCENS

Non ómnis aetas ád perdiscendúm sat est
Amánti, dum id perdíscat quot pereát modis,
Neque eám rationem eápse umquam educét Venus,
Quam pénes amantum súmma summarúm redit, 25
Quot amáns exemplis lúdificetur, quót modis
Pereát quotque exorétur exorábulis:
Quot illíc blanditiae, quót illic iracúndiae
Sunt, quót †sui perclamanda — di uostrám fidem, hui,
Quid †perierandum est etiam praeter múnera. 30
Primúmdum merc⟨e⟩s ánnua: is primús [e]bolust:
Ob eám — tres noctis d⟨á⟩ntur. intereá loci

17 sq. *lac sign Kiesslingius* ‖ 19. *del et add Weisius* ‖ 20. *lac sign B* | Stuic superet muliere *vel* Superet mulierem ‖ 21 sq. *lac sign Wolffius* ‖ 22. est satis *Varro* (sat est *etiam Priscianus*) ‖ 23. Amanti dum hic *Priscianus*: Nam anti dum id | quod *et* modis *Priscianus*: ad quod *et* motus ‖ 24. eam rationem ea ipsa *Priscianus*: ea ratione me abse (*vel* absq' se) | edocuit *Priscianus* ‖ 25. penes *vel* penis | summa *vel* suumma ‖ 27. quotque *vel* quoque | exoritur ‖ 28. blanditer ‖ 31. miror annua is primos *vel* miror annuus primus: *corr Gronovius* | *del Ca* ‖ 32. dutor *vel* tutor: *corr Bo* ‖

†Aut ara aut uínum aut oleum aut tríticum:
Temptát benignusne án bonae frugí sies.
Quasi ín piscinam réte qui iaculúm parat — 35
Quando ábiit rete péssum, adducit línea⟨m⟩,
Si ⟨i⟩níerit rete píscis, ne effugiát cauet,
†Dum huc dum illuc rete or ímpedit
Piscís usque adeo dón⟨ic⟩um eduxít foras —
†Ibidémst amator. si[d] íd quod oratúr dedit 40
Atque ést benignus pótius quam frugí bonae,
Addúntur noctes: ínterim ille hamúm uorat:
Si sémel amoris póculum accepít meri
Eaque íntra pectus sé penetrauit pótio,
Extémplo et ipsus pér⟨i⟩it et res ét fides. 45
Si irátum scortum fórtest amatorí suo,
Bis péri[i]t amator, áb re atque ⟨ab⟩ animó simul:
Sin álter alteri †potius est idem perit:
Si ráras noctes dúcit, ab animó peri[i]t,
Si⟨n⟩ íncrebrauit, ípsus gaudet, rés perit. 50ᵃ
†Iteca in aedibus lenosis. 50ᵇ
Priusquam únum dederis, céntum quae poscát parat:
Aut péri⟨i⟩t aurum | aút conscissa pállulast
Aut émpta ancilla aut áliquod uasum argénteum
Aut uásum ahenum †aliquod aut electus laptiles
Aut ármariola Graéca aut — aliquid sémper ⟨est⟩, 55
Quod †petra debeátque amans scortó suo.
Atque haéc celamus nós clam †mina indústria,
Quom rém fidemque nósque nosmet pérdimus:

---

33. ara aut *vel* ara ut ‖ 34. an bone *vel* ambo ne ‖ 36. pessum *vel* persum | finfa *vel* infra: *corr Stu* ‖ 37. Siniecit *vel* Sinietit: *corr Buechelerus* ‖ 39. Piscis *vel* Discis | dolium: *corr Sarac* | foras eduxit: *trai Ca* ‖ 40. sed *vel* set ‖ 42. hamum *vel* hamam ‖ 43. mere: *corr Bo* ‖ 45. *add Ca* ‖ 47. *del Pareus* | *add Lamb* ‖ 50ᵃ. Si in (*vel* Sin) crebrauit (*vel* crepauit): *corr Ca* | gaudet *vel* gaudit ‖ 50ᵇ. Iteca *vel* Ita et ‖ 52. *add Ca* (perit *etiam Porphyrio*) | aurum aut *et* est pallula *Porphyrio*: aurum *et* pallula est ‖ 53. empta *vel* tempta ‖ 54. electus *vel* lectus ‖ 55. *add Ca* ‖ 57. celamus *vel* celumus ‖ 58. Qũo *vel* Quoniam ‖

Ne quí parentis neú cognati séntiant.
Quos quóm celamus sí faximus cónscios, 60
Qui nóstrae aetati témpestiuo témperint,
Vt ne ántepar[a]ta démus postpartóribus,
Faxím lenonum et scórtorum †plus est 63[a]
Et mínus damnosorum hóminum quam nunc súnt siet. 63[b]
Nam núnc lenonum et scórtorum plus ést fere
Quam olím muscarumst, quóm caletur máxume. 65
Nam núsquam alibi si súnt, circum argentárias
Scorta ⟨ét⟩ lenones qu[as]í sedent cottídie,
Ea nímiast ratio: quíppe qui certó scio
†Eri plus scortorum ésse iam quam pónderum.
Quos ⟨é⟩quidem quam ad rem dícam in argentáriis 70
Reférre habere nísi pro tabulis néscio,
Vbi aé⟨ra⟩ perscribántur usurária —
Accépta[t] dico, expénsa nequi cénseat.
Postrémo †id magno in populo mulier hominibus
Re plácida atque otiósa uictis hóstibus 75
Amáre oportet ómnes qui quod dént habent.
Nam míhi | haec meretrix quae híc habet Phronésium
Suom nómen omne[s] ex péctore exmouít meo 78[a]
[Phronési[u]m: nam phronésis est sapiéntia]. 78[b]
Nam mé fuisse huic fáteor summum atque íntumum,
Quod amántis multo péssumumst pecúniae: 80
Eadém postquam alium répperit qui plús daret
Damnósiorem, [mihi] exínde †immouit loco,
Quem an[ifes]tehác odiosum síbi esse memorabát mala,

---

59. Neque: *corr Buggius duce Ca* | neque cognati *vel* neu cognatis || 60. facimus: *corr Ca* | conscias || 62. Vnne *vel* Vnde | *del Sarac* || 63. minus dampnosorum *vel* minos dam nos horum || 64. fere *vel* ferre || 65. *post v.* 66 *extat: trai Ca* | Quam *vel* Quam nus || 67. Scorti: *corr et add Scal* | *del Buechelerus* | cottidie *vel* cotidie || 68. Ea *vel* Fa || 69. eam || 70. *add Bent* || 72. ae *vel* hae: *add Ca* || 73. Accipiat *et* neq;: *corr Ac* || 74. in populo *vel* populo in || 75. plagida || 77. pronesium *vel* phronesium || 78[a]. *del Ca* || 78[b]. *secl Lamb* || 81. reperit *vel* repperi | pius *vel* prius || 82. *del Schoe* | exinde *vel* exine || 83 sq. Quimanifesta ac: *corr et dist Buechelerus* ||

Babylóniensem mílitem: is nunc dícitur
Ventúrus peregre: eó nunc conmentást dolum: 85
Peperísse simulat sése, ut me extrudát foras:
Eum ésse simula[n]t mílitem pueró patrem: 87[a]
Atque út cum solo pér[e]graecetur mílite, 87[b]
Eum istí suppositum púerum †opus pessime.
Mihi uérba retur dáre se |: a⟨n⟩ me cénsuit
Celáre se potésse, grauida sí foret? 90
Nam ego Lémno aduenio Athénas nudius tértius,
Legátus quo[d] hinc cum público inperió fui.
Sed †haec quibus melius est Ástaphiumst ancíllula:
Cum e[rg]á quoque etiam míhi fuit commércium.

ASTAPHIVM. DINIARCHVS
ANCILLA ADVLESCENS

AST. Ad fóres auscultate átque adseruate aédis, 95
Nequís aduentor grauiór abaetat quam ádueniat
Neu quí manus attulerít sterilis intro ád nos,
Grauidás foras exportét. noui ego | hominúm mores:
Ita núnc adulescentés morati súnt: quinei
Aut sénei | adueniúnt ad scórta conger⟨r⟩ónes. 100. 101
Consúlta sunt consília: quándo intro aduenérunt,
Oenús eorum aliquis †oculum amicae usque óggerit,
dum illi †agant

* * * * *

---

86. Reperisse ‖ 87[a]. Cum | puero *vel* puerum ‖ 87[b]. peregre getur militi ‖ 89. uerba *vel* berba ‖ 90. potesse *vel* potest.se ‖ 92. hinc quod: *trai Bo* ‖ 94. ergo | comertium *vel* commertium ‖ 95. Ad fores (*sic Priscianus*) *vel* Aut foras | adseruate *Priscianus*: adseruas ‖ 96. abaetat *vel* abeat (*sic Priscianus*) | quam (*sic Priscianus*) *vel* qua ‖ 97. quis *Priscianus* ‖ 98. exportet *Priscianus*: exortet ‖ 100 sq. senec: *corr Schneiderus* ‖ 102. consilio: *corr Ca* (*cum Placido*) ‖ 103. Oenus *vel* Vnus | amicensque ‖ 104. *lac sign libri* (SS CETERI CLEPTAE *rubr. in B*) ‖

Sin uídent quempiam se adséruare, †obludeant qui custodem óblectent: 105. 106
Per ióculum et ludum dé nostro †sepe aedunt quod fectorum faciunt. 107. 108
Fit pól hoc et pars spectátorum sci[s]tís pol haec uos me haud méntiri:
Ibis⟨t⟩ íbus pugnae et uírtuti de praédonibus praedám capere. 110
At ecástor nos rusúm lepide referímus gratiam furíbus nostris.
Nam ipsí uident eorum quom á[g]gerimus bona atque étiam ultro ipsi aggérunt ad nos.
DI. Me illís quidem haec uerberat uérbis: 113[a]
Nam ego húc bona mea degéssi. 113[b]
AST. Commémini: iam pol eúmpse[m] ad nos, si dómi erit, mecum addúcam.
DI. Heus mánedum, Astaphium, príusquam abis. 115
AST. Quí reuocat? DI. Sciés: réspice huc. AST. Quis ést?
DI. Vobis qui multa bona esse uolt. AST. Dato,
Si ésse uis. DI. Fáxo erunt: réspice huc modo. AST. Óh,
Enícas me miseram quísquis es.
DI. Péssuma, mané. 120

---

107 sq. fectoī *vel* fartores ‖ 109. pol haec *vel* poli ec | haud *vel* aut ‖ 110. Ibi sibus (*vel* usibus): *corr Ca* ‖ 111. ATECCASTOR: At | rursum (*sic A*) *vel* rusum ‖ 112 sq. *sic A: tres v. sunt in B* (— bona loqui — ad nos) ‖ 112. EORUMCUM: cum eorum | ACCERIMUS: *delevimus duce Sey* | ATQ·: loqui ‖ 113 sqq. *pers in BCD ubi adsunt,* # *in A ubi deficit vel falsum est adnotamus: ubi nil addimus Itali recte distribuerunt* ‖ 113. UERBERANT | BONAMEADEGESSI: done adecessi *vel* dona concessi ‖ 114. EUMIPSUMADNOS: ego um sum: *corr Bo* | ERIT: erat ‖ 115—125. *sic A* (120 sq. *cum Prisciano*): *septem v. sunt in B* (— scies — quis est — respice — pessimam — odiosus es — manum) ‖ 115. ASTAPHIUM: astaphius *vel* adstaphius | ABIS: auis ‖ 116. QUIREUOCAT: qui reuoca *vel* reuocat ‖ 117. *cf. ad Trin. 239 sqq.* ‖ 118. OH: io ‖ 119. ENICAS: tenicas | es (*sic A*) *vel* esi ‖ 120. PESSIMAMANE (*item Prisciano*): pessimam Anel ‖

AST. Óptume, odió's.
Díniarchusne íllic est? átque is est.
DI. Sálua sis. AST. Ét tu.
DI. Fer cóntra manum et paritér gradere.
AST. Tuis séruio atque audiens sum ímperiis. 125
DI. Quid agís? AST. Valeo et ualidúm teneo.
Peregre quoniam aduenis, cena detur.
DI. Benígne dicis, béne uocas, Astáphium, — AST. Amabo,
Sine me íre, era quo iussít. DI. Eas: sed quíd ais?
AST. Quid uis?
DI. Dic quó iter inceptás? quis est quem arcéssis?
AST. Archilínem 130
Tonstrícem. DI. Mala tu fémina's: oles éam unde es
disciplínam.
Manifésto mendací, mala, teneó te. AST. Quid iam,
amábo?
DI. Quia te ádducturam huc díxeras eúmpse[m], non
eámpse.
Nunc múlier factast iam éx uiro: malá's praestrigiátrix.
Sed tándem eloquere, quís is homost, Astáphium?
nouos amátor? 135

---

121. Optime odio es *Priscianus*: OPTIMEODIOEST: optume (*vel* optune) odiosus es ‖ 122. DINIARCHUSNE: Dinarchus ne | ADQ· | ISEST: is estis *vel* isertis ‖ 123. SALUASIS#EṬTU: ad uas lissi ituli (*vel* ituli) ‖ 124. FER: fert ‖ 125. TUIS: tibi | ADQ· | AUDIENS: audies | IMPERIIS: inperis ‖ 126—130. *sic A: quattuor v. sunt in B* (— quid agis — dicis — ais) ‖ 126. AST. *praem B* | QUID: Tute quid | UALEO: Vale *vel* Vade ‖ 127. *cf. ad Trin. 239 sqq.* | CENADETUR: centur ‖ 128. BENEDICIS-BENIGNEQ·UOCAS: benigne dicis: *corr Spengelius* | ASTAPHIUM-#AMABO: Astat eum (*vel* astate) ambo ‖ 129. IREERA: ire | # quid uis *vel* AST. Quid ius: QUIDUIS ‖ 130. DIC: istic | QUISEST: qui es | ACCERSIS | ARCHILINĒ: archinam ‖ 131. MERETRICEM: Obstetricem: *corr Bergkius* | MALATU: mala | OLESEAMUNDETUES: soles unies: *corr Schoe* ‖ 132. AST. *praem B* | MANIFESTO: Manifesta | TENEOTE: te teneo ‖ 133. QUIA: Qua | ADDUCTURAM: adducituram | EUMIPSUMNONEAMIPSAM: eum ipsum inonea ase: *corr Bo et Ca* ‖ 134. IAMEX: ex | ESPRAESTRIGIATRIX: ē prestigiator ‖ 135. ELOQUERE: loquere | ASTAPHIUMNOUUS: astaphi unous (*vel* unus) ‖

AST. Nimis ótiosum te árbitror hominem ésse. DI. Qui arbitráre?
AST. Quia tuó uestimento ét cibo aliénis rebus cúras.
DI. Vos míhi dedistis ótium. AST. Qui, amábo? DI. Ego expedíbo:
Rem pérdidi apud uos: uós meum negótium abstulístis.
Si rém seruassem, fúit ubi negótiosus éssem. 140
AST. An tú te Veneris públicum aut Amóris alia lége
Habére posse póstulas, quin ótiosus fías?
DI. Illa, haúd ego, habuit públicum: peruórse interpretáris.
Nam aduórsum legem meam ób meam scriptúram pecudem cépit.
AST. Pleríque idem quod tú facis faciúnt rei male geréntis: 145
Vbi nón est scripturam únde dent, incúsant publicános.
DI. Male uórtit res pecuária mihi apúd uos: nunc uicíssim
Volo habére aratiúnculam pro cópia[e] hic apúd uos.
AST. Non áruos hic, sed páscu⟨o⟩s est áger[e]: si ⟨a⟩ratiónes
Habíturis, qui ararí solent, ad púeros ire méliust. 150[a]
Hunc nós habemus públicum, illi alií sunt publicáni. 150[b]

---

136. Nimis (*sic A*) *vel* Nistus | TEARBITROR: arbitror | QUI: qui (*vel* quia) nam ‖ 137. AST. *praem B* | tu *Nonius* ‖ 138. OTIUM#QUI: otiosum # quid iam | EGOEXPEDIBO (*item Nonius*): ego expediuo *vel* expedibo ‖ 139. PERDIDIAPUTUOS (*item Nonius*): perdidi ‖ 140. SERUAUISSEM ‖ 141. UENERISPUBLICUM: bene respublicum (*vel* rem publicam) ‖ 142. POSSE: posses | OTIOSUS: tu otiosius *vel* tuosius ‖ 143. HAUD: haut *vel* aut | publicum (*sic A*) *vel* pullicum | INTERPRAETARIS ‖ 144. LEGEMME: legem amem: *corr Schoe duce Charisio* | CEPIT (*item Charisius*): acciꝑ ‖ 145. Fieriq;: *corr Ca* ‖ 146. scripturam *vel* scriptura | publicanos *vel* pullicanos ‖ 148. copiae lic *vel* copiae #: *corr Ca* ‖ 149. a *add Valla* ‖ 150[a]. AST. *praem B* (*item v.* 151. 153. 156. 163. 165. 167. 170) ‖ 150[b]. publicum *vel* pullicum ‖

DI. Vtrósque per[co]gnouí[t] probe. AST. [Id]Em istóc pol tu otiósu's,
Quom et illíc et hic peruórsus es[se]: sed utríscum rem esse máuis?
DI. Procáciores éstis uos, sed illí periuriósi.
Illís perit quicquíd datur neque ipsís apparet quíc quam:
Vos sáltem siquid quaéritis, ecbíbitis et co[m]méstis. 155
Postrémo illi sunt ínprobi, uos ⟨né⟩quam et gloriós⟨a⟩e.
AST. Male †quae in nos illis, ea ómnia tibi dícis, Din⟨i⟩árche,
Et nóstram et illorúm uicem. DI. Qui[a] istúc? AST. Rationem dícam:
Quia qui[a] álterum incusát probri, †sumpsit seniteri opórtet.
Tu a nóbis sapiens níl habes: nos néquam abs te habeámus. 160
DI. O Ástaphium, ⟨h⟩aud istóc modo solitá's[t] me ante appelláre,
Sed blánde, quom illuc quód apud uos nunc ést apud me habébam.
AST. Dum uíuit, hominem nóueris: ubi mórtuost, quiéscat.
Te dúm uiuebas nóueram. DI. An me mórtuom arbitráre?
AST. Qui pótis [est], amabo, plánius? qui antehác amator súmmus 165
Habitú's, nunc ad amicám ue[r]nis ⟨q⟩uerimónia⟨s⟩ referre.

---

151. co *del Spengelius* | trobe | id *del Geppertus* | otiosus: *corr Spengelius* ‖ 155. et bibitis: *corr Ca* ‖ 156. gloriosi: *corr Valla* ‖ 157. *add Ri* ‖ 158. *del Ca* ‖ 161. astaphium *vel* staphium | aut | appellari ‖ 162. biande | haberem: *corr Luebbertus* ‖ 163. quiescas: *corr Bo* ‖ 164. noueras si at me ‖ 165. *del Bo* ‖ 166. Habitus si (*vel* est) istunc: *corr Spengelius* | ueruis *vel* uerius: *corr Buechelerus* | *add Ca* ‖

DI. Vostra hércle factum iniúria quae próperaui⟨s⟩tis ólim:
Rapere ótiose opórtuit, diu ut éssem incolomis uóbis.
AST. Amátor similest óppidi hostílis. DI. Quo argu-
ménto[st]?
AST. Quam prímum expugnarí potis [est], ⟨t⟩am id
óptumumst amícae[t]. 170
DI. Ego fáteor, sed longe áliter est amícus atque amátor:
Certe hércle quam uetérrumus, ⟨t⟩am †omini óptu-
mus⟨t⟩ amícus. 172. 173
Non hércle _ _ óccidi: sunt mi étiam fundi et aédis.
AST. Cur, óbsecro, e⟨r⟩go ante óstium pro ignóto alie-
noque ástas? 175
⟨I⟩ intro: ⟨h⟩aúd alienus tú quidem es[se]: nam ecástor
neminem hódie
Mage amát corde atque animó suo, si quídem habes
fundum atque aédis.
DI. In mélle sunt linguaé sitae uostrae átque oratiónes,
Facta átque corda in félle sunt sita átque acerbo
acéto.
(Eo língua dicta dúlcia datis, córde amara fácitis.) 180
†Amántis siquid nón danunt, non dídici fabulári. 182
⟨AST.⟩ Non ístaec, mea benígnitas, decuít te fabulári,
Sed istós, qui cum geniís suis bellígerant parceprómi.
⟨DI.⟩ Malá's atque eadem quaé soles inlécebra. AST.
Vt exspectátus 185
Peregre áduenisti: †nam óbsecro cupiébat te era uidére.

---

167 sq. *add Ca* | *dist Spengelius* || 169. similest loppidi *vel* similis est oppidi | 170. *del Kiesslingius* | amit *vel* amat: *corr Spengelius* | 172 sq. am: *add Stu* | optimus: *add Ca* || 174. hercle occide: *corr Brixius* || 175. ignato || 176. aut || 178. MELLE: melie *vel* medie | 179. FACTA: Fac *vel* uac | INFELLES: belle *vel* bella | ACERBO: aceruo || 180. *secl Guy* | EODICTALINGUA: Linguis dicta | AMARAFACITIS: amare factis || 181. AMANTISICUINQUODDABONONESTNONDIDICI | FABULARI: fabulare || 183. *add Stu* | DECUIT: docuit | 184. GENIIS: genis | PARCEPROMIS || 185. *add Stu* | ADQ | INLECEBRA: inlecebru ||

DI. Quid tándem? AST. Te unum ex ómnibus amat.
DI. Eúge fundi et aédis,
Per témpus subuenístis. sed quid aís, Astaphium?
AST. Quíd uis?
DI. Estne íntus nunc Phronésium? AST. Vtut áliis,
tibi quidem íntust.
DI. Valétne? AST. Immo edepol mélius iam fore spéro,
ubi te uidébit. 190
DI. Hoc nóbis uitium máxumumst: quom amámus,
tum perímus.
Si illúd quod uolimus dícitur, palám quom mentiúntur,
Verum ésse insciti crédimus, ne ut †as utamur íra.
AST. Heia, haúd itast res. DI. Aín tu eam me amáre?
AST. Immo unice únum.
DI. Peperísse audiui. AST. Ah, óbsecro, tace Díniarche.
DI. Quíd iam? 195
AST. Horrésco misera, méntio quotiéns fit partiónis:
Ita paéne nulla tíbi fuit Phronésium. i intro, amábo,
Visse íllam: atque opperímino: iam exíbit, nam la-
uábat.
DI. Quid aís tu? quae numquám fuit praegnás, qui
parere pótuit?

---

187. ENOMENIBUSADDIT# | FUNDI: funde || 188. subuenistis *vel* subbenistis | SED: mihi sed | ais (*sic A*) *vel* ait | QUID: ut quid || 189. ESTINE | PHRONESIUM#UTUTALIIS: pronesium # *vel* prunesium # | ĪTUS *vel* ĪTUST: intus (*corr Pflugius*) || 190. Valetne (*sic A*) *vel* Valete | EAM | FORESPERO: credo fore | TEUBIUIDERET || 191. MAXUMUMSI || 192. UOLIMUS: uolumus || 193. NEUIASUTAMUR: ne ut inestu mutuamur || 194. HAUD: aut | AINTUEAMMEAMARE: an in tume (*vel* tute) amaret || 195. AUDIUI: eam audiui (*vel* audiue) | IAM: eam || 196. HORRESCO *et* PARTIONIS (*item Nonius et Priscianus*): Horrisco *et* parationis | MENTIO (*item Nonius*): sentio (miseram mentionem *Priscianus*) | QUOTIENS (*item Priscianus*): quod diis (quod *Nonius*) || 197. NULLASIBI: tibi | PHRONESIUMI: phronesium *vel* pronesium | amabo (*sic A*) *vel* mamabom || 198. UISE | OPPERIMINO: operire ibi | EXIBIT: exiuit | LAUABAT: lauabit || 199. TU: li | fuit (*sic A*) *vel* fuit quam ||

Nam equidem ílli⟨c⟩ uterum quód sciam nunquam éxtumere sénsi. 200
AST. Celábat metuebátque te, ne tú sibi persuadéres,
Vt abórtioni operám daret puerúmque ut enicáret.
DI. Tum pól isti⟨c⟩ est pueró pater Babylóniensis míles
Quoius núnc ista aduentum éxpetit. AST. Immo áb eo ut nuntiátumst,
Iam hic ádfuturum aiúnt eum: nondum áduenisse míror. 205
DI. Ibo ígitur intro? AST. Quíppini? tam audácter quam domum ád te.
Nam tú quidem edepol nóster es etiámnunc, Diniárche.
DI. Quam móx te huc recipis? AST. Iam híc ero: propést profecta quó sum.
DI. Redi uéro actutum: ego ínterim hic apúd uos opperíbor.

ASTAPHIVM
ANCILLA

Hahahé, requieui, quía intro abit odiúm meum. 210
Tandém sola súm: nunc quidém meo arbitrátu
Loquár liberé quae uolam ét quae lubébit.

---

200. ILLIUTERUM: ut aerum illi: *corr Mue* | SCIAM: scias || 201. TENETU: teu (*vel* te) aut || 202. UTENICARET: litene caret || 203. *add Stu* | ESTPUERO: puero quid est || 204. EXPETIT: expetiti | NUNTIATUMEST: nuntatust || 205. MIROR: moror || 206. TAM: quam | audacter (*sic A*) *vel* aut daeter | atte (*item A*) || 207. TUQUIDEM: tu | ESETIAM: set (*vel* sed) iam || 208. HUCRECIPIS: recepisti || 209. REDI: Rede *vel* Redde | uero: UERI | HIC: te | OPPERIBOR: apperibor || 210. ♯HA (*s. f. v. 209 om scaena*) REQUIEUI (*seorsum*): Hahaha ercle quieui: *corr Ca* | ABIIT: auit *vel* iuit | ODIUMMEUM: odium *vel* hodium || 212. iubebit: LICEBIT ||

Huic hómini †amanti mea era apud nos neniam dixit de bonis.
Nam fúndi et aedis óbligatae súnt ob Amoris praédium.
Verum ápud hunc mea era súa consilia súmma eloquitur líbere, 215
Magisque ádeo ei consiliárius hic amícust quam auxiliárius.
Dum fúit dedit: nunc níl habet: quod habébat nos habémus,
Iste íd habet quod nos hábuimus — humánum facinus fáctumst.
Actútum fortunaé solent mutári, uaria uítast:
Nos díuitem istum méminimus atque íste pauperés nos: 220
Vortérunt sese mémoriae — stultús sit qui id mirétur.
Si egét, necessest nós pati: amáuit — aequom ei fáctumst.
Piáculumst miserére nos hominúm rei male geréntum.
Bonis ésse oportet déntibus lenám probam:
Adrídere †ut quisque ueniat blandeque ádloqui,
Male córde consultáre, bene linguá loqui. 226
Meretrícem sentis símilem | esse cóndecet:

---

213. HOMINI: hominem | amanti meera (*vel* meer) apud nos neniam dixit (*vel* dixit neniam): APUTNOSMEAERAAMANTINNEIAMDIXIT | dixit domi *Festus, dubium an ex hoc loco* || 214. FUNDIET: fundit | AMORISPRAEDIUM: moris prandium || 215. MEAERASUA: meaera *vel* me era || 216. adeo ei: ADEO | QUAM: qui *vel* quod || 218. ISTE: Istinc | facinus (*sic A*) *vel* facimus | FACTUST || 219. Actutum (*sic A*) *vel* At tutum | MUTARI: mutauit || 220. ISTUM: eum | ADQ· | ISTE: isti || 221. MEMORIAESTULTUSSITQUIID: memoria est uitus sit quid ita || 222. AMAUITAEQUMEI: am a uita eqũo me *vel* ar auita aequum me || 223. Piaculum (*sic A*) *vel* Pilaculum | misereri (*item A*): *corr Stu* | gerentum (*sic A*) *vel* gerentium || 224. PROBAM: probram || 225—227. *sic B: duo v. sunt in A* (— consultare) || 225. UTQUISQ·: quisquis || 226. CONSULTARE: consultari (*corr Ca*) | LINGUALOQUI: loqui lingua || 227. SENTISSIMILEMESSE: esse similem sentis | ADDECET ||

Quémquem hominem attigerít, profecto ei aút malum aut damnúm dare.
Númquam amatorís meretricem opórtet causam nóscere:
Quín ubi nil det, pro ínfrequente eum míttat militiá domum. 230
Nécumquam erit probus quísquam amator nísi qui rei inimicúst suae:
Dum hábeat, dum amet: úbi nil habeat, álium quaestum coépiat.
Aéquo animo, ipse sí nil habeat, áliis qui habent dét locum.
Núgae sunt, nisi [qui] módo quom dederit, dáre iam lubeat dénuo.
Ís hic amatur ápud nos qui quod dédit id oblitúst datum. 235
Próbust amator quí relictis rébus rem perdít suam.
At nós male agere praédicant uirí solere sécum
Nosque ésse auaras: quí sumus? quid est quód male agimus tándem?
Nam ecástor numquam sátis dedit suae quísquam amicae amátor,
Neque pól nos satis accépimus neque umquam úlla satis popóscit. 240
Nam quándo sterilis ést amator áb datis,
Si négat se habere quód det, soli crédimus,

228. ATTIGERIT: attingerit | EIAUT: aut | dari (*item A*): *corr Bo* ‖ 230. EUMMITTAT: cum mittas ‖ 231—235. *hoc ordine A:* 234. 235. 231. 232. 233 *reliqui* ‖ 231. NEQ·UMQUAM | ERIT-PROBUSQUISQUAM: quisquam probus erit ‖ 232. habeat tum (*item A*): *corr Lamb* (abeam quod *Nonius*) | HABET ‖ 233. DET: dent ‖ 234. QUIMODO: quodo (*vel* quoda) modo: *del Bo* | DIBERIT | LIBEAT: iubeat ‖ 235. amatur hic (*item A*): *trai Mue* | QUIQUOT: quid quo | IDOBLITUST: iobi (*vel* iob) atus ‖ 237. AD ‖ 238. SUMUSQUIDESTQUODMALE: simumquam alenos (*vel* alienos) ‖ 239. DEDITAMICAEQUISQUIAMAT‖TORSUAE (*lineola post* AMICAE *add*) ‖ 240. POLNOS: pol | UMQUAMULLA: ulla ‖ 241. ABDATIS: adatis *vel* datis ‖ 242. DET: et | SOLICRE-DIMUS: soli ‖

Nec sátis accipimus, sátis quom quod det nón habet.
Sempér datores nóuos oportet quaérere,
Qui dé thensauris íntegris demús danunt. 245
Velút hic agrestis ést adulescens, qui híc habet,
Nimis pól mortalis lépidus nimisque próbus dator:
[Sed] Is clam patrem etiam hac nocte illac
Per hortum transil[i]uit ad nos: eum uolo conuenire. 249. 250
Sed ést huic unus séruos uiolentíssumus,
Qui ubi quámque nostrarúm uidet prope hasce aédis adgredíri,
Item út de frumento ánseres clamóre absterret ábigit:
Itást agrestis. séd fores quidquid ést futurum fériam.
Ecquis huíc tutelam iánuae gerit? écquis intus éxit? 255

STRATVLAX. ASTAPHIVM
SERVOS ANCILLA

STR. Quís illic est qui tám propterue nóstras aedis árietat?
AST. Égo sum: respice ád me. STR. Quid 'ego'?
⟨AST.⟩ Nónne 'ego' uideór tibi?

---

245. Qui (*vel* Quin) de: DE | thensauris (*sic A*) *vel* then auris | DEMUMOCCERUNT ‖ 246. UELUT: Vi ut | habit *vel* abit: *corr ex Placido* | HICESTADULESCENSQUIHABITANTHICAGRESTIS-RUSTICUS ‖ 247—251. *tres v. sunt in A* (— patrem — uolo) ‖ 247. NIMISMORTALIS | datur: AMATOR ‖ 248 sqq. *cf. ad Trin. v. 239 sqq.* ‖ 248. *del Geppertus* | PATREM: pater | NOCTEILLA: noctem illac ‖ 249 sq. Per (*sic A*) *vel* Por | transiliuit: TRANSIT (*corr Bergkius*) ‖ 251. HIC | uiolentissimus (*sic A*) *vel* uiolentissimum ‖ 252. aedis hacsi (*trai Schoe*): AEDIS | ADGREDIRI: adgredias *vel* agredias ‖ 253. UT: ui ‖ 254. ITAEST: Is item est ‖ 256. PROPTERUE: proterue ‖ 257. RESPIC | ego nonne ego uideor te: EGONONNEUIDEOR ‖

STR. Quíd tibi ad hasce accéssio aedis ést prope aut pultátio?
AST. Sálue. STR. Sat mihist tuaé salutis: níl moror. non sálueo?
Aégrotare málim quam esse tuá salute sánior. 260
Séd uolo scire: quíd debetur híc tibi nostraé domi?
AST. Cómprime sis ⟨e⟩iram. STR. É⟨r⟩am quidem hercle tú, quae solita's, cónprime,
Ínpudens quae pér ridiculum rústico suadés stuprum.
AST. ⟨E⟩íram dixi: †ut decepisti: démpsisti unam lítteram.
Nímis quidem hic truculéntust. STR. Pergin mále loqui, muliér, mihi? 265
AST. Quíd tibi ego maledíco? STR. Quia enim mé truculentum nóminas.
Núnc adeo nisi ábis actutum aut dícis quid quaerás cito,
Iam hércle ego hic te, múlier, quasi sus cátulos pedibus próteram.
AST. Rús merum hoc quidémst. STR. Pudendumst uéro clurinúm pecus.
Áduenisti huc te óstentatum cum éxornatis óssibus: 270

---

258. AD: ab | AEDISEST: est aedis | PULTATIO: pultatiost ‖ 259. ♯SAT: satis | mihi est: MIHI | salutis *et* moror (*sic A*) *vel* saluitis *et* miror | non *etiam Sacerdos*: SAT (*dist Schoe*) ‖ 260. AEGROTAREMALIMQUAMISSETUA: Egrotarẽ aliquã essem suam ‖ 261. SED: Ad *vel* At | INNOSTRADOMO ‖ 262. Reprime *Sacerdotis cod* (*non Sacerdos*) | SISIRAM (*item Sacerdos*): spero: *corr Geppertus* | EAM: meam: *corr Spengelius* | ERCLE | SOLITASCONPRIME: solitas conprimas ‖ 263. INPUDENSQUAE *et* RUSTICOSUADES: Inprudens *et* ut rustico suadet ‖ 264. *add Geppertus* | DIXISUT DECEPISTIDEMSISTIUNAMLITTERAM: esse cepisti sidem sistun alteram (*vel* fidem siest una altera) ‖ 265. QUIDEMHICTRUCULENTUST: hic quidem truculentus | MIHI: mihi es ‖ 266. MALEDICO: aut medico | TRUNCUMLENTUM | NOMINAS: nomines ‖ 267. AUT: ac | DICASQUEM | CITO: scito ‖ 268. mulier quasi sus catulos (*vel* suscapulos): *item Nonius*: QUASISUSCATULOSMULIER ‖ 269. ♯PUDENDUMEST: pudendum et ‖ 270. TEOSTENTATUMCUM: sistentatum ‖

Quía tibi insuaso ínfecisti própudiosa pállulam,
Án eo bella's? quí⟨a⟩ accepisti ármillas, an †eas?
AST. Núnc places, quom míhi inclementer dícis. STR. Quid hoc quod té rogo?
Máncupion qui accípias gestas técum ahenos ánulos?
Pígnus da, ni lígneae hae sunt quás habes Victórias.
AST. Ne áttigas me. STR. Egón te tangam |? íta me amabit sárculum,
Vt ego me ruri ámplexari máuelim patulám bouem
Cúmque ea noctem ín stramentis pérnoctare pérpetim,
Quám tuas centúm cenatas nóctes mihi donó dari.
(Rús tu mi opprobrás: ut nancta's[t] hóminem quem pudeát probri.
Séd quid apud nostrás negoti, múlier, est aedís tibi?
Quíd tu hoc occursás, in urbem quótiensquomque aduénimus?
AST. Múlieres uolo cónuenire uóstras. STR. Quas tu múlieres
Míhi narras, ubi músca nulla féminast in aédibus?
AST. Núllan istic múlier habitat? STR. Rús abierunt, ínquam: abi.

---

271. insuaso *quidam apud Festum*: SUASO (*item Festus*): resuasu | PALLULAM: pali (*vel* palli) uiam ‖ 272. BELLAES: bella est | qui accepisti: QUIACCEPISTIBI: *corr Ca* | ARMILIAS: arme *vel* arma: *corr Salm* | ANEAS (*sed* E *s. v. et* AENEAS *in marg.*): aduenias ‖ 273. MIHIINCLEMENTER: me illi uel in (*vel* uelim) mentiri | DICISQUID | HO(*sed* C *s. v.*)QUOD: quod ‖ 274. MANCIPION: Mancupium | GESTAS: gesta | AENOSANULOS: henos anuos ‖ 275. PIGNUSDA (*et* NI *s. v., ut vid*): Dignus dant | LIGNEAEHAE: lauinię hic | sunt: SINT ‖ 276. atticas: ATTINGAS | (#eg)o(nt)ETANGAM (*suppl Stu*): tangam ‖ 277. AMPLEXARIMAUELIM: am exarma ueu *vel* am exama uelim (*vel* ueum) | PATULAMBOUEM: patulum uoueri (patulum bouem *Festus*) ‖ 278. EA: ita | PERPETIMTOTÃ ‖ 279. DARI: patri ‖ 280—295. *secl Buechelerus* ‖ 280. MIHIOPPROBRAS: miodbras | NANCTAEST: nacta esse ‖ 281. QUIDAD ‖ 282. HUCOCCURSAS: hoc occurras ‖ 283. UOLOCONUENIRE: conuenire uolo ‖ 285. NULLAN: Nullã *vel* Nulla | istinc mulier: MULIERISTIC | ABIERUNTINQUAMABI: inquam abierunt pabi ‖

AST. Quíd clamas, insáne? STR. Abire hinc ní properas grandí gradu,
Iam hércle ego istos fictós compositos críspos cincinnós tuos
Vnguentatos úsque ex cerebro exuéllam. AST. Quanam grátia?
STR. Quía ad foris nostrás unguentis úncta's ausa accédere
Quíaque bucculás tam belle púrporissatás habes. 290
AST. Érubui mecástor misera própter clamorém tuom.
STR. Ítane? erubuistí? quasi uero córpori relíqueris
Tuó potestatém coloris úlli capiendí, mala.
Búccas rubricá, creta omne córpus intinxtí tibi.
Péssumae estis. AST. Quíd est quod uobis péssumae haec malefécerint?) 295
STR. Scío ego plus quam tu árbitrare scíre me. AST. Quid id óbsecrost
Quód scias? STR. Erílis noster fílius apud uós Strabax
Vt pereat, ut eum ínleciatis ín malam fraudem ét probrum.
AST. Sánus si uideáre, dicam: 'dícis contuméliam'.
Némo homo hic solét perire apúd nos, res perdúnt suas:

---

286. ni (*sic A*) *vel* mi | PROPERAS: propera | GRADU: gras || 287. HERCLEEGOISTOS: ego istoc | cincinnos (*sic A*) *vel* cinnos || 288. UNGUENTATOS: Vni uentatos | E | EUELLAM: expellam | GRATIA: gratias *vel* grat || 289. ADFORIS: adeo foras | UNGUENTISUNCTAESAUSA: unguant iuncta esse audes || 290. BUCCULAS: istas buccas | PURPURISSATASHABES: purporis satis habeost || 291. Erubui (*sic A*) *vel* Eruibui | clamorem (*sic A*) *vel* olamorem || 292. erubuisti (*sic A*) *vel* erubuit sti || 293. Tuo *om Priscianus* | capiendi (*sic A et Priscianus*) *vel* capiendim || 294. RUBRICACRETA: rubrice ceta *vel* rubriceta | intinxit: INTEAI: *corr Scal* || 295. HAEMALEFECERINT: haec mã *vel* haec *cum lac* || 296. TUARBITRARESCIREME: me arbitrarier scire | OBSECROST: est obsecro || 297. ERILIS: heriis *vel* herus | APUT | STRABAX: tram pax || 298. PEREATUT: per ex tut (*vel* tute) | IL(*ex* IN)LECIATIS: iniciatis | PROBRUM: praemium || 299. uidear edicam (*corr Ca*): UIDEARISDICAM || 300. HOMOHICSOLETPERIRE: hominem haec perire solet | APUT ||

Ýbi res perdidére, abire hinc sí uolunt saluís licet. 301
Égo istunc non nóui ádulescentem uóstrum. STR. Veron sério?
Quíd maceria illa aít in horto quaést, quae in noctes síngulas
Látere fit minór, qua is ad uos dámni permensúst uiam?
AST. Níl mirum — uetus ést maceria — láteres si ueterés ruont. 305
STR. Aín tu uero uéteres lateres rúere? numquam edepól mihi
Quísquam homo mortális posthac duárum rerum créduit,
Ní ego ero maióri uostra fácta denarráuero.
AST. Éstne item uioléntus ut tu? STR. Nón enim ille meretrículis
Múnerandis rém coegit, uérum parsimónia 310
Dúritiaque, quaé nunc ad uos clam éxportatur, péssumae.
Eám uos estis éxunguimini ebíbitis: egone haec mússitem?

---

301. RESPERDIDERE: perdiderunt res | ABIERE | SALUIS: ut uis || 302. ISTUNCNON: nunc | # ueron *vel* # ueron #: UERON | SERIO: serion || 303. QUID *et* AIT (*item Priscianus*): Qui in *et* aut || 304. LATERE (*item Priscianus*): Lateri | ISAPUT: is hoc ad *Priscianus*: isti | DAMNIS (damni *etiam Priscianus*) | PERMENSUSTUIÃ: permensus tuam (*vel* tuum): permensus uiam est *Priscianus* || 305. NIHIL *et* MACERIA (*item Priscianus*): Non *et* macere | ETUS | ueteres si lateres *Priscianus* || 306. AINTUUERO: Ain tu male: Ain tu *vel* An tu *Priscianus* | UETERESLATERES (*item Priscianus*): lateres ueteres | ruere *Priscianus*: RURE: uere || 307. HOMO: tomo | POSTQUAMDUARUM || 308. EGOEROMAIORIUOSTRA: esse ego uestra ero amari || 309. ITEM: ille | UTTU: suum || 310. MUNERANDISREMCOEGIT: Moniendis rem (*vel* re) cogi | PARSIMONIA: parsimoniae || 311. DURITIAQ·: Durieque | ADUOSCLAM: duo sciam | EXPORTANTUR | PESSIMAE: pessumum || 312. EAUOS: Em tuos: *corr Kiesslingius* | ESTISEXUNGUIMINIEBIBITIS: exungula male uiuitis | HAECMUSSITẼ: hic musitem ||

Iám quidem hercle ibo ád forum atque haec fácta narrabó seni:
Néque istuc insegésti tergo cóget examén mali.
AST. Si écastor hic homó senapi uíctitet, non cénseam 315
Tám esse tristem pósse: at pol ero béneuolens uisúst suo.
Vérum ego illum, quamquám uiolentust, spéro inmutarí pote[st]
Blándimentis, ór[n]amentis, céteris meretríciis:
Vídi equidem †exinem intum domito fíeri atque alias béluas.
Núnc ad eram reuidébo — ⟨s⟩ed ⟨ec⟩cum ódium progreditúr meum: 320
Trístis exit — ⟨h⟩a⟨ú⟩d conuenit[e] étiam hic dum Phronésium.

DINIARCHVS. ADVLESCENS — **ASTAPHIVM** ANCILLA

DI. Piscís ego credo, qui úsque dum uiuónt lauant,
Minus diú lauare quam haéc lauat Phronésium.
Si proínde amentur, múlieres diu quám lauant,
Omnés amantes bálneatorés sient. 325

---

313. QUIDEMHERCLE: enim exercere | IBOAD: ibi | ADQ· || 314. EXAMEN: exanimen *vel* exanimem || 315. SINAPI || 316. AD | ero (*sic A*) *vel* erro | UISUSTSUO: ut is est suos || 317. UIOLENTUMEST | SPEROINMUTARI: pero imutari (*vel* imitari) | *del Kampmannus* || 318. HORTAMENTIS (n *del Meursius*) | ceteris (*sic A*) *vel* ceteres | MERETRICIIS: meretrices || 319. intum *vel* intu | beluas *vel* uelbas || 320. reuibebo *vel* reiubebo *vel* reuidebo | et cum: *corr Ca* | procreditur || 321. *add Ca* | conuenire: *corr Gul* | bum | phronesium *vel* pronesium || 322. qui *Varro*: quit *vel* quid || 323. Diu minus *Varro* | lauere *vel* lauare: lauari *Varro* (*mendosam formam dicens*) | proneshium *vel* proneschium (phronesium *Varro*, fronesium *Charisius*) || 324. *dist Brixius* | iuuant *vel* uiuant || 325. amantes *vel* amatores | stent *vel* sient ||

AST. Non quís parumper dúrare opperírier?
DI. Quin hércle lassus iám sum durandó miser.
Mihi quóque prae lassitúdine opus est ⟨út⟩ laue⟨m⟩.
Sed óbsecro hercle, Astáphium |, ⟨i⟩ intro ac núntia
Me adésse: †tui properet suaue iam ut satis láuerit. 330
AST. Licet. DI. Aúdin etiam? AST. Quíd uis? DI.
Di me pérduint
†Qui té reuocaui. nón tibi dicebam: í modo.
AST. †Quid iám reuocabas, ínprobe nilíque homo?
†Quae tibi mille passum peperit more.
DI. Sed quíd haec hic autem tám diu ante aedís
stetit? 335
Nescíoquem praesto[ita]látast: credo mílitem.
Illúm student iam: quási uolturii tríduo
Prius praédiuinant quó die e⟨ss⟩urí sient.
Illum ín⟨h⟩iant omnes, íllist animus ómnibus:
Me némo magis respíciet, ubi is[s]te huc uénerit, 340
Qua[m]si ⟨ab⟩hínc ducentos ánnos fuerim mórtuos.
Vt rém seruare s⟨u⟩á[l]uest. uae [uae] miseró mihi.
Post fáctum †flector, quía antepartum pérdidi.
Verúm nunc siqua mihi óbtigerit heréditas
Magna átque luculénta, nunc postquám scio 345
Dulce átque amarum quíd sit ex pecúnia:
Ita ego íllam edepol seruem ítaque parce uíctitem,
Vt — núlla faxim cís dies paucós siet.
Ego istós qui nunc me cúlpant confutáuerim.
Sed aéstuosas séntio aperirí fores, 350
Quae obsórbent quicquid uénit intra péssulos.

---

326. parum perdurari: *corr Ca* | opperirier *vel* opperimer ‖ 328. *add Ca* ‖ 332. reuocaui *vel* reuocabi ‖ 333. iam *vel* iam me ‖ 337. uolturi heri (*vel* uolo turiceri) duo ‖ 340. nimo *vel* nimio: *corr Py* | is est huc: *corr Ca* ‖ 341. *del et add Fl* ‖ 342. Vtrum seruire (*vel* seure): *corr Stu* | *add et del Ca* ‖ 344. obtegerit ‖ 349. nunc me *vel* nuncine | confutauerunt: *corr Ca* ‖ 350. Sed est uos adsentio: *corr Bo* ‖ 351. infra (*ex* intra D^2) ‖

PHRONESIVM. MERETRIX — **DINIARCHVS** ADVLESCENS

PHR. Num tíbi nam amabo iánuast mordáx mea,
Quo intro íre metuas, méa uoluptas? DI. Vér uide:
Vt tóta floret, út olet, ut nitidé nitet.
PHR. Quid tam ínficetu's, Lémno adueniens quí tuae 355
Non dés amicae, Díniarche, sáuium?
DI. Vah, uápulo hercle egó nunc atque adeó male.
PHR. Quo te áuortisti? DI. Sálua sis, Phronésium.
PHR. Salue. hícine hodie cénas, saluos quom áduenis?
DI. Promísi. PHR. Vbi cenábis? DI. Vbi tu iússeris. 360
PHR. Hic: mé lubente fácies. DI. Edepol mé magis.
Nempe tú eris hodie mécum, mea Phronésium?
PHR. Velím, si fieri póssit. DI. Cedo soleás mihi.
Properáte, auferte ménsam. PHR. Amabo sánun es?
DI. Non édepol bibere póssum iam: ita animó malest. 365
PHR. Mane, áliquid fiet: né abi. DI. Ah, aspersísti aquam.
Iam rédiit animus, déme soleas, cédo bibam.
PHR. Idem és mecastor quí soles. sed díc mihi,
Benene ámbulatumst? DI. Húc quidem hercle ad té bene,
Quia tuí uidendi cópiast. PHR. Compléctere. 370

---

353. UOLUPTAS: uoluntas | uer (*sic A*) *vel* fer ‖ 354. FLORE (*sed* T *s. v.*) | OLETUT: ole lui (*vel* ui) ‖ 355. QUID: Qui | inficetus: FACETUS (*corr Lamb*) | TUAE: due ‖ 356. DINIARCHESAUIUM: diniarchis auiuium (*vel* auiuum) ‖ 357. HERCULE ‖ 358. AUORTISTI#SALUASIS: auortistis salua sim (*vel* sim salua) | phronesium (*sic A*) *vel* pronesium ‖ 359. HICINE: hicne | CENASHODIE# ‖ 360. PROMISI#UBI: promis iube | cenabist: CENAS# | IUSSERIS: luseris ‖ 361. LUBENTE: iubente ‖ 362. PHRONESIUM: promestum ‖ 363. UELLEM | POSSET | CEDO: credo | mihi: PUER ‖ 366. Mane (*sic A*) *vel* Male | FIETNE: fine | #HAASPERSISTI: ab has persisti ‖ 367. BIBAM: uiuam *vel* uiuum ‖ 368. MECASTOR: ecastor | DIC: dicat ‖ 369. BENENEAMBULATUMST: Benen (*vel* Benenâ) ambulasti | ATTEBENE: attibent ‖ 370. QUIA: Quâ | tui: TU | UIDENDICOPIAEST: uidendũ est copia ‖

DI. Lubéns. heia hoc est mélle dulci dúlcius:
Hoc tuís fortunis, Iúppiter, praestánt meae.
PHR. Dan sáuium? DI. Immo uél decem. PHR. Em, istoc paúper es:
Plus póllicere quam ábs te posco aut póstulo.
DI. Vtinam á principio reí item parsissés meae 375
Vt núnc repercis sáuiis. PHR. Siquíd tibi
Compéndi facere póssim, factum edepól uelim.
DI. Iam laúta's? PHR. Iam pol míhi quidem atque oculís meis.
Num tíbi sordere uídeor? DI. Non pol míhi quidem.
Verúm tempestas quóndam dum [ui]uixí fuit, 380
Quom intér nos sordebámus alter álteri.
Sed quód ego facinus aúdiui adueniéns tuom,
Quod tu híc me absente nóui negoti gésseris?
PHR. Quid id ést? DI. Primumdum quóm tu's aucta líberis
Quomqué bene prouenísti salua, gaúdeo. 385
PHR. Concédite hinc uos íntro atque operit⟨e⟩ óstium.
Tu núnc superstes sólus sermoní meo's,
Tibi méa consilia sémper summa crédidi.
Equidém neque peperi púerum neque praegnás fui,
Verum ádsimulasse me ésse praegnatem haúd nego. 390

---

371. HEIA: ad | #HOCEST | MELLE: me illi ‖ 373. *pers corr Ac* | DASAUIUM: Dant suauium: *corr Ca* | EM: ut em | ES: esse ‖ 374. ABSTEPOSCOAU (*et* T *s. v., ut vid*): ego a te ‖ 375. ITEMAPRINCIPIOREIPEPERCISSES: aprincipio rei item parsissi ‖ 376. REPERCISSAUIIS: reparcis sauis ‖ 377. FACTUM: factam ‖ 378. LAUTAES#: iauiaisse | iam pol: LAUTA# | ADQ· ‖ 379. SORBERE ‖ 380. QUONDAMDUMUIUIXI: memini quondam ‖ 381. SORDEBAMUS: sorderemus | ALTERDEALTERO: alteri (*corr Gru*) ‖ 382. QUOD: quid | ADUDIUI ‖ 383. MEHICABSENTE: hic absente me: *trai Lamb* | NEGOTI: negotiis ‖ 384. *accessit ex A* ‖ 385. PROUENISTI: praeuenisti | GRATULOR ‖ 386 sq. *accesserunt ex A* | ADQ· | *add Maius* ‖ 388. SEMPERSUMMACREDIDI: summas semper crebri ‖ 389. NEQ·: nec | peperi (*sic A*) *vel* perperi | NEQ·PRAEGNAS: nec (*vel* nam) pregnam ‖ 390. ADSIMULASSEMEESSE: adsimulaui meis se | praegnatem (*sic A*) *vel* pregnantem | NEGO: ego ‖

DI. Que⟨m⟩ própter, o mea uíta? PHR. Propter mílitem
Babylóniensem, quí quasi uxorém sibi
Me habébat anno[um], dum híc fuit. DI. Ego sénseram.
Sed quíd istuc? quoi rei te[m] ádsimulare rétulit?
PHR. Vt ésset aliquis láqueus[t] et redimículum, 395
Reuórsionem ut ád me faceret dénuo.
Nunc húc remisit núper ad me epístulam:
Sese éxperturum quánti sese pénderem.
Si quód peperissem id ⟨nón n⟩ecarem ac tóllerem,
Bona súa me⟨d⟩ habiturum ómnia [esse]. DI. Auscultó lubens. 400
Quid dénique agitis? PHR. Máter ancillás iubet,
Quoniám iam decumus ménsis aduentát prope,
Aliam á⟨l⟩iorsum ire, praémandare et quaérere
Puerum aút puellam quí suppona[n]túr mihi.
Qui⟨d⟩ múlta uerba fáciam? tonstricém Suram 405
Nouís⟨t⟩i nostram, †quem erga aedem sése habet?
DI. Noui. PHR. Haéc †ut opera círcumit per fámilias,
Puerúm uestigat, clánculum ad me détulit:
Datúm sibi esse díxit. ⟨DI.⟩ O mercís malae:
Eum núnc non illa péperit quae peperít p[a]rior, 410
Sed tú posterior. ⟨PHR.⟩ Órdine omnem rém tenes.
Nunc út praemisit núntium mil[l]és mihi,
Non múlto post hic áderit. DI. Nunc tu te ínterim
Quasi pró puer⟨per⟩a híc procuras[t]? PHR. Quíppini,
Vbi síne labore rés geri pulcré potest? 415

---

391. *add Buggius* | o mea uita *vel* meam uitam ‖ 393. *del Lipsius* ‖ 394. istuc *vel* istic ‖ 395. aliqui si aqueust *vel* aliqui si aquę usq' est: *corr Ca* ‖ 398. perderem ‖ 399. *suppl Schoe* ‖ ac *vel* at ‖ 400. sum me: *corr Ca, add Buechelerus* | *del Ca* ‖ 401. mater *vel* mather ‖ 402. iam *vel* non ‖ 404. qui so upponantur *vel* quis opponantur: n *del Ac* ‖ 405. *add* D^2 ‖ 406. *dist Bo* ‖ 408. clanculum *vel* clanculit ‖ 409. *add Ac* | omercis *vel* mercis ‖ 410. patior ‖ 411. tenes *vel* tenis ‖ 413. hęc: *corr Ca* ‖ 414. *del Ca* ‖ 415. labore *vel* lauore | pulcri | *dist Ac* ‖

Ad su⟨ó⟩m quemque aequomst quaéstum | esse cállidum.
DI. Quid mé futurumst, quándo miles uénerit?
Relíctusne abs te uíuam? PHR. Vbi illud quód uolo
Habébo ab illo, fácile inuenio quó modo
Diuórtium et discórdia⟨m⟩ inter nós parem. 420
Postíd ego [totum] tecum, méa uoluptas, úsque ero
Adsíduo. DI. Immo hercle uéro accubuo máuelim.
PHR. †Quin his hódie sacruficáre pro pueró uolo, 423[a]
[Adsido immo hercle uero] 423[b]
Quintó die quod fíeri op⟨or⟩tet. DI. Cénseo.
PHR. Non aúdes aliquid míhi dare munúsculi[m]? 425
DI. Lucrum hércle uideor fácere[m] mihi, uoluptás me[hie]a,
Vbi quíppiam me póscis. PHR. At ego ubi ábstuli[t].
DI. Iam fáxo hic aderit: séruolum huc mittám meum.
PHR. Sic fácito. DI. Quicquid áttulerit, boni cónsulas.
PHR. Ecástor munus té curaturúm scio, 430
Vt quóius me non paéniteat mittá⟨s⟩ mihi.
DI. Num quíppiam aliud mé uis? PHR. Vt, quando ótium
Tibi sít, ad me reuísas[t] * ualeás. DI. Vale.
Pro di ímmortalis: nón amantis múlieris,
Sed sóciae | unanimántis, fidentís fuit 435
Offícium facere quód modo haec fecít mihi:
Suppósitionem púeri quae m⟨i⟩hi crédidit,
Germánae quod sorári non credít soror.

---

417. futurum (*vel* futurun) est ‖ 419. inuenio *vel* inueniam ‖ 421. Postid *vel* Postida | *del Bo* | uoluntas ‖ 423[b]. *secl Ca* (*cf. 422*) ‖ 424. fieri | censeo *vel* icenseo ‖ 425. aliquid *vel* aliquod | munus ciuilim (*vel* ciuilium): *corr Brixius duce Ca* ‖ 426. uoluntas | mehiea *vel* meheia ‖ 427. posces: *corr Ca* | abstulit *vel* astulit ‖ 429. Sic *vel* Sit | aituierit: *corr Brixius* | bona ‖ 431. mitta *vel* mitte: *add Ca* ‖ 432. quippiam *vel* quirpiam | me uis alium: *trai Geppertus* | otium *vel* otihum ‖ 433. *lac sign Ca* ‖ 436. ficit *vel* facit ‖ 437. pueri *vel* puerim | quem hic redidit (*vel* hinc reddidit) ‖ 438. sorori *vel* sororim ‖

Osténdit sese iám mihi medúllitus,
Se míhi infidelem númquam, dum uiuát, fore. 440
Egone íllam ut non amem? égone ill⟨i⟩ ut non béne uelim?
Me pótius non amábo quam huic desít amor.
Ego istí non munus míttam? iam modo ex hóc loco
Iubébo ad istam quínque perferrí minas,
Praetérea | obsonári dumtaxát [at] mina. 445
Multo ílli potius béne erit quae bene uólt mihi
Quam míhimet omnia quí mihi fació mala.

ACTVS II

PHRONESIVM
MERETRIX

Puero ísti date mammám.
Vt míserae matres sóllicitaeque ex ánimo sunt cruciántque. 449. 450
Edepól conmentum mále: quomque eam rem in córde agito,
Nimió minus perhibemúr malae quam sumus íngenio. 452. 453
Egó prime dé me domó docta díc[it]o:
Quantást cura in ánimo, quantúm corde cápio 455
Dolórem, dolús ne occidát morte púeri.

---

439. mihi iam sese: *trai Lamb duce Nonio* (Ostendisse sciam mihi) ‖ 440. Se mihi *om Nonius* | dum uiuam *Nonius*: ne uiuat ‖ 441. illud non bene: *corr Ca* ‖ 443. modo *vel* mo ‖ 445. *del Kiesslingius* ‖ 447. facto: *corr Ca* ‖ 448—454. *quattuor v. sunt in B* (— sollicitaeque — male — perhibemur): *discripsimus duce Spengelio* ‖ 448. mamam *vel* amam mam ‖ 449 sq. animos uni ‖ 454. prima: *corr Sey* | modo: *corr Goellerus* | dicta: *corr Palm* | *del Spengelius* ‖

Matér dicta quód sum, eo magís studeo uítae:
Quae †huc ausa sum tantundem dolum adgrediar:
Lucrí causa auára probrúm sum exsecúta,
Aliénos dolóres mihí supposíui. 460
Nullám rem | opórtet dolóse adgredíri,
Nisi ástute | ádcuratéque exsequáre.
Vosmét iam uidétis ut órnata incédo:
Puérperio egó nunc me⟨d⟩ ésse[m] aegram adsímulo.
Mále quod mulier facere incepit, nísi | efficere pérpetrat, 465
Íd illi morbo, id ílli seniost, éa illi miserae míseriast.
Béne si facere incépit, eius ⟨r⟩e ním⟨i⟩s cito odium pércipit.
(Nímis qua⟨m⟩ paucae súnt defessae mále quae facere occéperunt
Nímisque paucae effíciunt, siquid fácere occeperúnt bene.)
Múlieri nimió male facere mélius opus est quám bene.
Égo quod mala sum, mátris opera mála sum et meapte málitia: 471
Quaé me grauidam esse ádsimulaui míliti Babylónio.
Eám nunc malitiam áccuratam míles inueniát uolo.
Is hic ⟨h⟩aud multo póst, credo, aderit: núnc prius praecaueó sciens
†Eumque ornatum ut grauida quási puerperió cubem.
Dáte mihi huc stactam atque ígnem in aram, ut uénerem Lucinám meam. 476

---

457. studeo *vel* tudeo ‖ 458—460. *duo v. sunt in B* (— causa) ‖ 460. mihi *vel* mih | supposiui *vel* supposui ‖ 461—464. *quattuor v. sunt in B* (— astute — exsequere — puerperio) ‖ 462. exsequere ‖ 464 sq. *dist Ac* | *add Bo* ‖ 466. senio est *vel* senio ‖ 467. Bene si *vel* Si bene | enim scito (*vel* cito): *corr Spengelius* ‖ 468. *om B: secl Kiesslingius* | Nimis quae: *corr Ca* | occeperent ‖ 469. *secl Schoe* | occepeř (*vel* occeperint) bene facere: *trai Bo* ‖ 470. onus est *vel* est onus: *corr Scal* ‖ 471. opera mala *vel* opera malus ‖ 474. Istic: *corr Weisius duce Ca* | aut | *del Ca* ‖ 474. prececaueo ‖ 475. puer perlo ‖ 476. huc eiectam: *corr Ca* | benerem | iucinam *vel* uicinam: *corr Sarac* ‖

Híc apponite átque abite ab óculis. — eho, Pithécium,
Fáce ut accumbam, accéde, adiuta: [r]e⟨m⟩ síc decet puérperam.
Sóleas mihi ⟨de⟩dúce, pallium [m]ínice in me huc, Árchilis.
Ýbi's, A⟨sta⟩phium? fér huc uerbenam íntus et bellária.
Dát⟨e⟩ aquam manibus. núnc ecastor †um ueniat milés uelim.

STRATOPHANES. MILES — **PHRONESIVM.** MERETRIX — **ASTAPHIVM** ANCILLA

STR. Ne éxpectetis, spéctatores, meás pugnas dum praédicem:
Mánibus duella praédicare[m] sóleo, haud in sermónibus.
Scío ego multos mémorauisse[m] mílites mendácium:
†Ét homeronidam ét postilla mílle memorarí potest
Qui ét conuicti et cóndemnati fálsis de pugnís sient.
(Nón laudandu[m]st quoí plus credit qui aúdit †quam quí uidet.)
Nón placet qu⟨e⟩m illí plus laudant qui aúdiunt quam quí uident:
Plúris est oculátus testis únus quam aurití decem.

---

477. apponiteh *et* eopi hecium *vel* apponite *et* opihetium: *corr Gronovius duce Ca* ‖ 478. adiutare *vel* aduitare: *corr Pareus et Sey* | pueri eram ‖ 479. Solias | *add Geppertus* ‖ 480. Vbi saphilim | uerbenam (*vel* uerbanam) mihi tus (*vel* thus): *corr Buechelerus* ‖ 481. ecastorũ | ueniret: *corr Guy* | miles *vel* mles ‖ 483. duellis: *corr Gronovius* ‖ 484. memora uissẽ (*vel* iussẽ) ‖ 485. post illam illi: *corr Sarac et Ca* ‖ 486. pugnas: *corr Ca* ‖ 487. *secl Brixius* ‖ 488. cum illi: *corr Ac* | q (*vel* quia) qui uident ‖ 489. unus quam auriti decem *Apuleius et Festus*: quam aurite decet ‖

Qui aúdiunt audíta[s] dicunt, quí uident plané sciunt. 490
Nón placet quem scúrrae laudant, mánipularis mús-
sitánt,
Néque illi quorum língua gladiorum ácíem praestringít
domi.
Strénui nimió plus prosunt pópulo quam arguté[c] cati.
Fácile sibi facúnditatem uírtus arguta⟨m⟩ ínuenit:
Síne uirtute argútum ciuem míhi habeam pro praé-
fica, 495
Quae álios conlaudáre, ⟨e⟩apse sé⟨se⟩ uero nón potest.
Núnc ad amicam décumo mense póst Athenas Átticas
Víso, quam grauidam híc reliqui meó conpressu, quíd
ea agat.
PHR. Víde[t] quis loquitur tám propinque. ⟨AST.⟩ Míles, mea Phronésium,
Tíbi ades⟨t⟩ Stratophanés: nunc tibi opust aégram ut
te adsimulés. PHR. Tace. 500
†Cui adhuc ego tu mala meam emonet ruria me mal-
ficio uincerest.
STR. Péperit mulier, út ego opinor. AST. Vín adeam
ad hominém? ⟨PHR.⟩ [ut]Volo.
STR. Eúge, Astaphium eccam ít mihi aduorsum. AST.
Sálue ecast[r]or, Strát[i]op⟨h⟩anes.
†Venire saluom — STR. Scío: sed peperitne, ópsecro,
Phronésium?

490. sciunt *vel* scient ‖ 491. scurre *vel* curre | mussitan *vel* mussitant ‖ 493. arguit (*vel* argut) eccati: *corr Sey* ‖ 494. *add Turn* ‖ 495. uirtuti | pro praefica *Varro*: profecta (praeficas *Nonius*) ‖ 496. alios conlaudare *Nonius*: alias conlaudate | apsa (*vel* abse) se (a se *Nonius*): *corr Scioppius et Ca* ‖ 497. ad amicam *Nonius*: amicam | mense athenas attiseas *Nonius* ‖ 498. hic relinqui *Nonius*: reliqui | conpressu (*sic Nonius*) *vel* conpressũ | quod *Nonius* ‖ 499. Vib& quis (*vel* qus) | iam propinque (*vel* propinqua) miles: *corr Ac* | phronesium *vel* prhonesium ‖ 500. stratophones | opus est *vel* opus | ut te *vel* mutte ‖ 501. mal ficio *vel* mafficio *vel* maficio ‖ 502. Reperit: *corr Ca* | adea aut hominem ut uolo: *corr Pius* ‖ 503. Eugastha (*vel* Euge sta) phin maccam id (*dist Bachius*) ‖ 504. phronesium *vel* pronesium ‖

AST. Péperit puerum nímium lepidum. STR. Eh⟨em⟩,
écquid me[h]i simil[le]ést? AST.
Rogas? 505
Quín ubi natúst machaeram et clípeum poscebát sibi?
STR. Méus est: scio iam de árgumentis. AST. †Nimium
quidui similést. STR. Papae.
Iám magnust? iam †ne letat legionem? ⟨éc⟩quae spolia
réttulit?
AST. †Ere nudius quíntus natus ílle quidemst. STR.
Quid póstea?
Ínter tot diés quidem hercle iam áliquid actum opór-
tuit. 510
Quíd illi ex utero exítiost prius quam póterat ire in
proélium?
AST. Cónsequere atque illám saluta et grátulare illí.
STR. Sequor.
PHR. Vbi | illa, obsecro, ést quae me hic relíquit
†eabse abisti?
AST. Ádsum, adduco tíbi exoptatum Strátop⟨h⟩anem.
PHR. Vbi[l] is est, óbsecro?
STR. Márs peregre adueniéns salutat Nérienem uxorém
suam. 515
Quóm tu recte próuenisti quómque es aucta líberis,
Grátulor, quom míhi tibique mágnum ⟨pe⟩peristí decus.
PHR. Sálue, qui me intérfecisti paéne [ut] uita et lú-
mine
[Q]Ví⟨m⟩que mihi magní doloris pér uoluptatém tuam
Cóndidisti in córpus, quo nunc étiam morbo mísera
sum. 520

---

505. ehec (*vel* haec *vel* ec) quit: *corr Mue* | mihi: *corr Ri* | le *del Fl* ‖ 506. macheram *vel* maceram ‖ 508. letat *vel* lectat | *add Kiesslingius* | spoliaret uelit: *corr Spengelius* ‖ 509. nudius *vel* nudiis | quidem ille est: *trai Ri* ‖ 510. actum aliquid: *trai Bo* ‖ 512. gratulari ‖ 513. eabse *vel* abse ‖ 514. adduce | stratopane (*vel* stratopanē *vel* stratopanen) nubilis ‖ 515. nerienem uxorē *vel* neriene uoxorē ‖ 516. quamqua es ‖ 517. deristi ‖ 518. *del Ca* | ulta ‖ 519. Quiquē ibi: *corr Buechelerus duce Ca* ‖

STR. †Cela ad ob rem, méa uoluptas, tíbi obuenit istíc labos:
Fílium peperísti, qui aedis spóliis opplebít tuas.
PHR. Múlto ecastor mágis oppletis ópus est †tritici granáriis,
Né, ille priusquam spólia capiat, hínc nos extinxít fames.
STR. Hábe bo[u]num an⟨im⟩um. PHR. Sáuium sis péte hinc. †ab, nequeó caput 525
Tóllere: ita dolét itaque †ego medulo neque etiám queo
Pédibus mea sponte ámbulare. STR. †Sih plane ex medió mari
Sáuium peteré tuom iubeas, pétere hau pigeat [me], mél meum.
Íd ita esse expertá's: nunc experiére, mea Phronésium,
Mé te amare. addúxi ancillas tíbi eccas ex ⟨S⟩uri⟨á⟩ duas: 530
Is te dono. addúce hoc tu istas: séd istae reginaé domi
Suaé fuere ambae: †uerum patriam ego excidí manu.
Ís te dono. PHR. Paénitetne té quot ancillás alam,
Quín †etiam men super adducas, quaé mihi comedín⟨t⟩ cibum?
STR. Hócquidem herclest ingrátum[st] donum: †cedo tu mihi istam, puere, pérulam. 535
[I]Méa uoluptas, áttul[l]i eccam pállulam ex Phrygiá tibi:

---

521. labos istec: *corr et trai Ca* ‖ 522. oppleuit ‖ 523. granareis *vel* granarii ‖ 524. extincxit: *corr C* ‖ 525. Habebo unum anunt | sauium *vel* suauium ‖ 526. do ut: *corr Spengelius duce Ca* | medulo *vel* medolo | eliam *vel* iam: *corr Ca* ‖ 527. mea sponte *vel* meas ponite | sih plane (*vel* plame) | mari *vel* maria ‖ 528. hau *vel* haud | *del Bo* | inme (*vel* imme) inmeum: *corr Ca* ‖ 529. es (*vel* esse) nunc ‖ 530. eccas *vel* cecas ‖ 531. Iste *et* iste regine *vel* Istas *et* reginae ‖ 532. excidi *vel* excida ‖ 533. quod ancillas (*vel* ancillast) iam: quod ancillam solam *Donatus*: *corr Gul* ‖ 534. com&in: *corr Ca* ‖ 535. hercle si ingratumst *vel* hercles ingratust: *correximus* | per uiam: *corr Gru* ‖ 536. I (*vel* Im) mea | attolli | paluuam *vel* palauiam *vel* palliuiam | ex pari gra (*vel* grã): *corr Gronovius* ‖

Téne tibi. PHR. Ho[c]cine míhi ob labores tántos tantillú⟨m⟩ dari.
STR. Périi hercle †miser: iam auro cóntra constat fílius,
Étiam †num mali pendit addit purpuram exarat tibi
Áttuli †tuas Pónto amoenas: téne tibi, uoluptás mea. 540
PHR. Áccipe hoc, †abduce hasce ⟨h⟩ínc e conspectú Suras.
STR. Écquid amas me? PHR. Níl ⟨e⟩castor, néque meres. STR. Nilne huíc sat est?
Né bonum uerbúm quidem unum díxit: uigintí minis
Vénire illaec pósse credo dóna quae ei donó dedi.
Véhementer nunc míhist irata: séntio atque intéllego.
Vérum abibo. quíd ais? nunc tu núm neuis me, uoluptás mea, 546
Quó uocatus sum íre ad cenam? móx huc cubitum ⟨u⟩énero.
Quíd taces? planíssume edepol périi. sed quid illúc nouist?
Quís ⟨hic⟩ homost, qui indúcit pompam tántam? certumst quó ferant
Óbseruare: huic crédo fertur: uérum iam scibó magis. 550

---

537. labores *vel* lauo res | tantillis ‖ 538. Perii *vel* Peri *vel* Per ‖ 540. tuas ponto *vel* tua sponte ‖ 541. Accepi | ince *vel* in: *corr Gru* | conspectus uras (*vel* urās): *corr Ca* ‖ 542. Ec (*vel* Et) quidem as (*vel* has): *corr Ca* | nihil ne (*vel* nec) ‖ 543. Nemonum *vel* Ne unum: *corr Buechelerus duce Sey* | num *vel* unum ‖ 544. dedi *vel* dedit ‖ 546. abdibo *vel* adibo: *corr Bo* | *dist Sey* | nũneuis me *vel* nunẽuis mea ‖ 547. uocatus *vel* uocatũ | huc *vel* adhuc | inero: *corr Buggius* ‖ 548. planis (*vel* planes) sume | boni est: *corr Spengelius* ‖ 549. *add Sey* | certumst *vel* cercum sit ‖

CVAMVS. PHRONESIVM. STRATOPHANES
SERVOS MERETRIX MILES

CV. Ite, íte hac simúl, muli ereí damnigéruli, †foras gerrónis,
Bonórum exagógae.
Satin síquis amat nequit quin níli sit a⟨t⟩que ínprobis se [p]artibus éxpoliat?
Nam | hóc qui sci[e]ám nequis íd quaerat éx me, domís[i]t qui facít
†Inproba facta amator, 555
Qui bona sua pro stercore habet, foras iubet fe⟨r⟩ri: metuit
†Publicos mundissumum sit.
Purás †sibi esse uolt as dis: domi quídquid habet †neitítur ἔξω.
Quandóquidem ipsus perdítum s⟨e⟩ it, secreto hércle equidem illum adiútabo
Neque meáquidem opera umquam †nihili omnibus propere quam potest peribit. 560
Nám iam de hoc obsónio de mína una deminuí modo:
Quínque nummos míhi detraxi, pártem | Herculáneam.
Nam hóc adsimilest quási de fluuio quí aquam deriuát sibi:
Nísi deriuetúr, tamen omnis †e aqua abeat ín mare:
Nam hóc in mare abi[i]t mísereque perit síne bona omni[a] grátia[m]. 565
Haec quóm uideo fierí, suffuror súppilo,
De praéda praedam cápio.

---

551. muliere i: *corr Palm* ‖ 552. axagoce *vel* maca goce ‖ 553. sequis: *corr Bo* | nequit *vel* nequid | *add Ca* | inprouise partibus ex(s)poliat *vel* inprouisse: *corr Ca* ‖ 554. i *del Ca* | q, facit: *corr Sarac* ‖ 556 sq. *cf. ad Trin v. 239 sqq.* ‖ 558. exo *vel* exeo: *corr Ca* ‖ 559. sit: *corr Ca* ‖ 561 sq. *dist Spengelius* ‖ 564. deriuetur *vel* diriuetur | ea qua | mari ‖ 565. Nam *vel* Na | i *del Ca* ‖ 566 sq. *compr B* ‖ 566. fieri suffuror suppilo *Nonius*: si fieri susfuror (*vel* susfurror) supplicio (*vel* sopplicio) ‖ 567. praeda praedam *Nonius*: praedam ‖

Meretrícem ego item esse reór mare ut est:
Quod dés deuorát ⟨nec dat⟩ís umquam abúndat.
Hoc sáltem seruát: †mecum subeste appáret. 570
Des quántumuis, nusquam ápparet neque dátori neque accéptrici.
Velut haéc meretrix meum erúm miserum sua blánditia intulit ín pauperiem, 572. 573
Priuáuit bonís luce honóre atque amícis.
Áttat eccam adést propinque: crédo audi[ui]sse haec mé loqui. 575
Pállidast, ut péperit puerum. ádloquar quasi nésciam.
Iúbeo uos saluére. PHR. †Noster geta quid agis? út uales?
CV. Váleo et uenio ad mínu⟨s⟩ ualentem et mélius qui ualeát fero:
Érus meus, ocellús tuos, ad te férre me haec iussít tibi
Dóna quae uides †illos fere et has quinque argentí minas. 580
PHR. Pol haúd perit, quod illum tántum amo.
CV. Iússit o[pe]ráre ut haec gráta haberés tibi.
PHR. Grata †acaque ecastor habeo. iube auferri intro i, C[h]uame.
CV. [H]Ecquid auditis †heque tam inperat?
[s]Vása nolo aúferant, désiccarí iube[t]. 585
PHR. Ím[mo]pude⟨n⟩s mecástor, Cuame's[t]. ⟨CV.⟩ Égone? ⟨PHR.⟩ Tu. ⟨CV.⟩ Boná fide?
Tún ⟨m⟩e ais inpudéntem [me] esse, ipsa quaé sis ⟨s⟩tabulum flágiti?

---

568. item esse *vel* item ‖ 569. *suppl Buechelerus* ‖ 571. acceptrice: *corr Ca* ‖ 572 sq. Velut hec *vel* Velut | pauperiem *in B adhaeret v. 574* ‖ 574. priuabit bones (*vel* bonas) ‖ 575. ecã *vel* eccã | *del Ca* ‖ 576—580. *septem v. sunt in B* (— puerum — geta — uales — ualeat — tuus — illos fere) ‖ 579. atte *vel* atte me ‖ 581 sq. *duo v. sunt in B* (— orare) | amolus sit | *del Ca* ‖ 583. Grata acaque *vel* Grataque | ichiame: *corr Ca* ‖ 584—586. *tres v. sunt in B* (— auferant — egori) ‖ 585. s *del Gru,* t *Buechelerus* ‖ 586. immo pudet | *del Sey* | egori: *corr et pers add Bo* ‖ 587. *add et del Spengelius* | as *vel* ans | aipsa *vel* ipsa ‖

PHR. Díc amabó te, ubist Díniarchús? CV. Domi.
PHR. Díc ob haec dóna quae | ád me miserít,
Me íllum amare plúrumum ómnium hominum †ergo.
Mé[um]que honorem ílli[m] habere ómnium máxumum, 591
Átque ut huc uéniat obsecra[t]. CV. Ílicet.
Séd quisnam illic homóst, qui ípsus se comést,
Trístis oculís malis?
Animo hércle homost suo miser, quísquis est. PHR. Dignúst mecastor †nequid est. 595
Non nóuisti, obsecro, †qui ilitic apud me erat? huíus pater pueri íllic est.
Vsque †adiectaculem iussit alii mansi auscultaui obseruaui
†Quem pernam. CV. Noui hominem nil⟨i⟩.
Íllicinest? PHR. Íllic est. CV. Me íntuetúr gemens.
Tráxit ex íntumo uéntre suspíritum. 600
Hóc uide: déntibus fréndit, icít femur.
Num, óbsecro, nam ⟨h⟩ariolus⟨t⟩, qui ípsus se uérberat?
STR. Nunc égo meos animos uíolentos meamque íram ex pectore iám promam.
Loquere únde's[t]? quoius es? cúr ausu's mihi inclémenter dicére? CV. Lubitumst. 604. 605

588—591. *quinque v. sunt in B* (— dona — miserit — honorem — ueniat) ‖ 588. diniarcus *vel* dinarchus ‖ 589. ad me *vel* ad ‖ 590. hominum *vel* hominiũ ‖ 591. *del Bo* | illũ: *corr Bo* ‖ 592. t *del Ca* ‖ 593. cõ (*vel* cũ) est ‖ 594. *adhaeret v. 593* | tristis oculis malis *vel* tristis ‖ 595. humost ‖ 596. ilitic *vel* illic | pater pueri illic est *vel* pater ‖ 597. obseruaui *vel* obseruabi ‖ 598—602. *quattuor v. sunt in B* (— illic est — intimo — dentibus) ‖ 599. illicqueẽ: *corr Kiesslingius* | intuetur *vel* tuetur (*et* in *s. v.*) ‖ 600. suspensum *vel* suspensus: *corr Ca* ‖ 601. Frenditicit fremur *vel* Frendidicit femur: *corr ex Nonio* ‖ 602. t *add Ca* | uerberat *vel* ueruerat ‖ 603. uiolentos *vel* uiolentus | pector eiam (*vel* etiam) ‖ 604 sq. Loquere *vel* Loqueri | ausus: *corr Lamb* | mihi inclementer *vel* inclementer mihi | lubido est (lubido est *B, v. 606 adplicans*): *corr Bo* ‖

STR. Istúc ne[c] mihi respónsis. CV. Hoc: non égo te flocci fácio.
STR. Quid tú? cur ausa's álium te dicére amare hominem? PHR. Lúbitumst. 607. 608
STR. Ain tándem? istuc primum éxperiar: tun †pertilli doni causa
Holerum átque escarum et póscarum m⟨o⟩ec⟨h⟩úm malacum, cincínnatum, 610
Vmbráticolum, tympánotribam amas hóminem non naucí? CV. Quae haec res?
Meone éro tu, improbe, †eto maledicere audes, fons uiti et peiiuri?
STR. Verbum únum adde istoc: iam hércle ego te hic hác offatim offíg[i]am.
CV. Tangé modo: iam ego ⟨te⟩ hic ágnum faciam et médium distruncábo.
Si tu ád legionem béllator clues, át ego in culiná clue⟨o⟩. 615
PHR. Si aequóm facias, aduéntores meos ⟨nón⟩ incuses, quórum
Mihi dóna accepta et gráta habeo: tuaque íngrata quae abs te áccepi.
STR. Tum pól ego et donis príuatus sum et péri⟨i⟩. PHR. Plane istúc est.
CV. Quid nunc ergo hic †odiose es confessus omnibus teus.
STR. Périi hercle hodie, nísi hunc a te abigo. CV. Áccede hu[n]c modo, adi húc modo. 620

606. flocci *vel* flacci ‖ 607 sq. amare hominem lubitunst *vel* amarem homine lubitunt ‖ 609. tum: *corr Ca* | pertilli *vel* pentilli ‖ 611. tympanotribam *Priscianus*: lymphanotribam | hercles: *corr Sarac* ‖ 612. et o *vel* et | Peiiuri (*sic B, v. 613 adplicans*) *vel* peiuri ‖ 614—619. *septem v. sunt in B* (— hercle — agnum — at ego — incuses — ingrata quae — et peri) ‖ 614. offatim (*sic gloss. Pl.*) *vel* affatim | officiam: *corr Schoe* ‖ 615. Situel-legionem *et* ciuis *et* ciue: *corr Ca* | culina *vel* cubilina ‖ 618. *add Ca* ‖ 619. odiose *vel* odiesse ‖ 620. abigo *vel* abico ‖

STR. Étiam, scelus uirí, minitare, quem égo [offatim]
iam iam iam cóncipulabo:
Quíd tibi huc uéntiost? quíd tibi hanc áditiost?
Quíd tibi hanc nótiost, ínquam, amicám meam?
Émoriere ócius, ⟨ní⟩si manu uíceris.
CV. Quíd? manu uícerim? STR. Fác quod iussí:
mane. 625
Iam égo te hic offatím conficiam: óccidi[t] optumúmst.
CV. Cáptiost: istám machaeram lóngiorem habes quam
haéc est.
Séd uerum sine dum pétere, siquidem bélligerandumst
técum.
†Abo domum ego tecum, bellator, árbitrum aequom
céperim.
Séd ego cesso hinc me ámoliri, uéntre[m] dum saluó
licet? 630

PHRONESIVM. STRATOPHANES
MERETRIX MILES

PHR. Datin sóleas atque me íntro actutum dúcite:
Nam míhi de uento mísere condoluít caput.
STR. Quid míhi futurumst, quoí duae ancillaé dolent
Quibus té donaui? iámne abisti? em, síc datur.
Quo pácto excludi[s] qua[m]éso potui[s] plánius 635

---

621. ueri (*corr C*²) | minitare quem *vel* mimitare que | offatim *vel* affatim (*cf. 613*): *del Buechelerus* | concipulabo *gloss. Vat.*: concipilabo ‖ 622—626. *quattuor v. sunt in B* (— notio est — uiceris — uicerim) ‖ 622. aditio est *vel* adito est ‖ 623. notio est inquam *vel* noctio est Vmquam ‖ 624. *add Brugmannus duce Stu* ‖ 626. offatim *vel* affatim ‖ 628—630. *quattuor v. sunt in B* (— belligerandum — domum — sed ego) ‖ 629. abo *vel* Ibo ‖ 630. mi hinc amosire: *corr Ca, trai Bo* | *del Angelius* ‖ 634. sicoatur ‖ 635. s *del Stu* | potius *vel* pitius: *corr Buechelerus* ‖

Quam exclúsus nunc sum? púlcre ludificór, sine.
Quantíllo mi opere núnc persuaderí potest,
Vt ego †hisce suffringam tálos totis aédibus.
Num quíppiam †auarum ut ad mores múlierum?
Postquám filiolum péperit, animos sústulit. 640
Nunc quási mihi dicat: néc te iubeo néque uoto
Intro íre in aedis: át ego nolo, nón eo.
Ego fáxo dicat me ín diebus paúculis
Crudúm uirum esse. séquere me hac: uerbúm sat est.

ACTVS III

STRABAX. **ASTAPHIVM**
RVSTICVS ANCILLA

STR. Rus máne dudum hinc íre me iussít pater, 645
Vt búbus glandem prándio deprómerem.
†Post ílloc ueni quam ádueni⟨t⟩ si deís placet
Ad uíllam argentum meó qui debebát patri,
Qu⟨i⟩ ouís Tare⟨n⟩tinas érat mercatus dé patre.
Quaerít patrem: dico ésse in urbe, intérrogo 650
Quid eúm uel[l]it. * * * * * * * *
Homó cruminam síbi de collo détrahit,
Minás uiginti mí dat, accipió lubens,
Condo ín cruminam: ille ábiit, ego [per]perá minas
Ouis ín crumina | hác in urbem [e]détuli. 655
Fuit édepol Mars meó p⟨er⟩iratús patri,
Nam oués illius ⟨h⟩aú longe absunt á lupis.

---

639. Num *vel* Nunc | at *vel* ad ‖ 640. Filiorum: *corr Ca* ‖ 641. uolo: *corr Ca et Pareus* ‖ 642. at *vel* ad ‖ 644. uerbum *vel* uerbu ‖ 646. glandem *vel* clandem ‖ 648. billam ‖ 649. taret (*vel* staret) inas | erant: *corr C* ‖ 651. *lac sign Spengelius* ‖ 652. erumenam | detraxit: *corr Ca* ‖ 653. midat *vel* middat ‖ 654 sq. ille — in crumina *om B* | *del Spengelius* | Quis ‖ 656. *add Ca* ‖ 657. au *vel* aut ‖

Nunc †ego istos múndulos amásios
Hoc í⟨c⟩tu exponam atque ómnis eiciám foras.
Erádicare[m]st cértum cumprimís patrem, 660
Postíd locorum mátrem. nunc hoc d[i]é[ef]feram
Ad hanc árgentum quam máge amo quam matrém meam.
†Tat ecquis inulla est écquis hoc aperit óstium? 663.664
AST. Quid istúc? alienun és[t], amabo, mí Strabax,
Qui nón extemplo ⟨intro⟩ íeris? ⟨STR.⟩ Anne opórtuit?
⟨AST.⟩ Ita té quidem qui's fámiliaris. STR. Íbitur,
Ne mé morari cénseas. AST. Lepidé facis.

STRATVLAX. ASTAPHIVM
SERVOS ANCILLA

STR. Mirúm uidetur rúre erilem fílium
Strabácem non redísse: nisi si clánculum 670
Conlápsus est hic ín corruptelám suam.
AST. Iam pól illic me inclamábit si | adspéxerit.
STR. Nimió ⟨m⟩inus saeuos iám sum[as], Astaphium, quám fui.
Iam †non sum truculéntus: noli métuere[s].
⟨AST.⟩ Quid uís? ⟨STR.⟩ †Qui tuam expector osculentiam. 675
⟨AST.⟩ Dic ín[ci]pera mihi, quíd lub[i]et quo uís modo?

---

658. stos mundulos amasios *Diomedes*: istos mundulos urbanos amaspos (*vel* amas) ‖ 659. ieciam *vel* eiciam ‖ 660. Eradicaremsi *vel* Eradicarensi ‖ 661. locarum | hoc die (*vel* hodie) efferam: *corr Spengelius* ‖ 663 sq. etquis aperit hoc: *trai Bo* ‖ 665. *del Lamb* ‖ 666 sqq. extemplo ire si: *corr Brixius duce Palm* | *pers add et corr Spengelius* ‖ 669. rurier item ‖ 670. Strabacem *vel* Strabaccem | clanculum *vel* clauculum ‖ 672. inclamauit (*vel* imclamauit) se ‖ 673. inisse uos ‖ 674. metueris ‖ 675. *add Schoe* ‖ 676. *add Spengelius* | quid tibi et quo: *corr Buechelerus* ‖

STR. Nouos ómnis mores hábeo, ueteres pérdidi:
Vel amáre possum uél iam scortum dúcere.
AST. Lepidé mecastor núntias: sed díc mihi,
Haben[t] — STR. †Parasitumet fortasse dícere? 680
AST. Intéllexisti lépide quid ego dícerem.
STR. Heus tú, iam postquam in úrbem crebro cóm-
m[ou]eo,
Dicáx sum factus: iám sum cau[il]latór probus.
AST. Quid id ést, amabo? †ístaec ridiculária
Cauillátiones uís, opinor, dícere. 685
STR. Ita †ut pauxillum differt a cauillibus.
AST. Sequere íntro [me] amabo, méa uoluptas[i].
STR. Téne hoc tibi:
Rabónem habeto, ut mécum | ha⟨n⟩c nocté⟨m⟩ sies.
AST. Per⟨i⟩í, 'rabonem'. quam ésse dicam hanc bé-
luam?
Quin tu árrabonem dícis[t]? STR. 'A' fació lucri, 690
Vt Praénestinis 'cónea' est cicónia.
AST. Sequere, óbsecro. STR. Strabácem hic o⟨p⟩pe-
riár modo,
Si rúre ueniat. AST. Ísquidem hic apud nos ést Strabax:
Modo rúre uenit. STR. Príusne quam ad matrém suam?
Eu édepol hominem níli. AST. ⟨I⟩amne autem út
soles? 695
STR. †Iamne nihil dico. AST. I íntro amabo: cédo
manum.
STR. Tene: ín tabernam dúcor deuorsóriam,
Vbí male accipiar meá mihi pecúnia.

---

678. uellam: *corr Ca* | ducere *vel* dicere ‖ 680. *del Lipsius* ‖ 682. commoueo *vel* commobeo: *corr Ca* ‖ 683. Hic axsum (*vel* axum): *corr Ca* | factū | *del Weisius* ‖ 685. uis *vel* suis ‖ 687. *del Bo* | uoluptasi *vel* uoluptast ‖ 688. ac *vel* hac *vel* a ‖ 689. *add Ca* | hanc (*vel* banc) uelbam ‖ 690. arabonem *vel* arrabonem | dicista facto: *del Lamb* ‖ 691. conea *etiam Probus* ‖ 692. strauacem | *add Lamb* ‖ 693. Se ruri | ueniatis *vel* uenietis | apud nos est hic: *trai Schoe* | strabax *vel* strapax *vel* strabrax ‖ 695. nihilli *vel* nihil | anne: *corr Ac* ‖ 696. lintro ‖ 697. dulor ‖ 698. mea *vel* mea mea ‖

ACTVS IV

DINIARCHVS
ADVLESCENS

Néque gnatust neque prógignetur néque potes⟨t⟩ reperírier,
Quoi égo nunc dictum aut fáctum melius quám ⟨meae⟩ Venerí[m] uelim. 700
†Dii magni, ut ego laetus sum ét laetitia dífferor.
Íta ad me magna núntiauit C[h]úamus hodie gaúdia:
Méa dona deamát⟨a⟩ acceptaque hábita esse apud Phronésium.
Quom hóc iam uolup es⟨t⟩, tum †hoc nimiu⟨m⟩ mágnae mellin[i]aé mihi,
Mílitis odiósa ingrataque hábita: totus g[a]aúdeo. 705
Méa pilast: si répudiatur míles, mulier mécum erit.
Sáluos sum, quia péreo: si non péream, p⟨l⟩ane †uriem.
Núnc speculabor, quíd ibi agatur, quís eat intro, quí foras
Véniat: procul hinc óbseruabo, m[il]e⟨i⟩s quid fortunís fuat.
Quía nil habeo, †unum animos moui mihi omnia agam precário. 710

---

699. gnatus (*vel* egnatus) est | progignetur *vel* procignetur | *add Py* ‖ 700. *supplevimus duce Sey* | benerem: *corr Ca* ‖ 702. chyamus ‖ 703. accepta qui (*vel* quae) ‖ 704. nimio: *corr Langenus* ‖ 705. totuca audeo ‖ 706. milex | prit (*post spat CD*) ‖ 707. uriem *vel* (*post spat*) urient ‖ 708. quitibi ‖ 709. procui hunc | miles: *corr Ac* ‖ 710. mihi omnia *vel* mihi comnia ‖

ASTAPHIVM. **DINIARCHVS**
ANCILLA ADVLESCENS

AST. Lepide éfficiam meu⟨m⟩ ego ófficium: uide intús
modo ut tú tu⟨o⟩m item éfficias.
Ama íd quod decét, rem tuam: ístum exináni:
Nunc dum †iusti iubet, dum habét, tempus eí rei
secúndu⟨m⟩s⟨t⟩.
Prome uenustatem amanti tuam, ut †gaudia cum per eis.
Ego †interim hic restiti tricís praesidébo,
†Iste dum sic fáciat domum ád te exagógam,
⟨N⟩ec quémquam interim ístoc
Ad uós qui sit ódio intro míttam: tu pérge ut
lubét †ludin istos.
DI. Quí⟨s⟩ est iste[ea], Astaphium, índica, qui périt?
AST. Amabo, hicín[e] tu era⟨s⟩?
DI. Moléstusne súm? AST. Nunc magís
quam fuísti.
Nam †siquid nobis usust, nobis molestus.
Sed óbsecro, da mi óperam, ut narem quaé uolo.
DI. Nám quid est? núm ⟨m⟩ea réfert? AST.
Non mússit⟨o⟩
Intús bolos quos dat — DI. Quíd? amator nouos
quíspiam?
AST. Íntegrum et plénum adortást thensaurúm.
DI. Quis est?
AST. [t]Éloquar, sed [d]tú taceto: nó[ui]stin tu[n] hunc
Strabácem? DI. Quidni?

---

711. mea: *corr Gul* | ero: *corr Leo* | Item efficias *adhaeret v. 712* ‖ 712. estum: *corr Ca* ‖ 713. secundas: *corr Geppertus* ‖ 714. *cf. ad Trin. v. 239 sqq.* ‖ 715—727. *tredecim v. sunt in B* (— faciat — ad uos — istos — amabo — magis — molestust — uolom — intus — quispiam — eloquar — nobis — summa [*sed* solus]): *discr Bo* ‖ 715. restiti *vel* resti ‖ 716. ad *vel* at ‖ 717. *add Ca* ‖ 718. perce | iubet ‖ 719. hicinet uere ‖ 722. uolom *vel* uolu *vel* uolti ‖ 723. est nam ea: *corr Gul* | musset: *corr Spengelius* ‖ 726. sed diu: *corr Ca* | ui *del Spengelius* | n *del rubr. in B* | stabachem ‖

AST. Sólus summam habét hic apud nos: núnc is est fundús nouos.
Animó bono male ⟨ré⟩m gerit. DI. Perit hércle: ego idem * * * 728. 729
AST. Stúltus es[t], qui fácta infecta fácere uerbis póstules:
Thétis quoque etiam lámentando †lausum fecit fílio.
DI. Nón ego nunc intro ád uos mittar? AST. Quí tu[m] quam milés magis?
DI. Quía enim plus dedí. AST. Plus †enim se íntro missus, quóm dabas:
Síne uicissim quí dant [operam] ob ⟨il⟩lud quód dant operis útier.
Lítteras didicísti: quando scís, sine alios dí⟨s⟩cere. 735
DI. Díscant, dum mihi cómmentari [l]líceat, ni oblitús siem
†Qui dedit. AST. Intereá magister dúm tu commentábere,
Vólt [interim] illa itidem cómmentari. ⟨DI.⟩ Quíd? ⟨AST.⟩ Rem accipere ⟨i⟩déntidem.
DI. Dédi equidem hodie: †ei quinque argenti deferrí minas,
Praéterea unam in óbsonatum. AST. Idem ístoc delatúm scio. 740
De eó nunc bene sun⟨t⟩ tuá uirtute[m]. DI. †Ime ut inimicí mei
Bóna istic caedent? mórtuom hercle mé quam ut id patiar máuelim.

---

727. summam habet *vel* summa Hiabet | fundus nobis: *corr Schoe* ‖ 728. malem *vel* male: *corr Ca* | *lac sign Ca* (*cf. testim. s. f. fabulae*) ‖ 730. Stultus *vel* Sultus ‖ 732. DI. *praem B* | # Quidum: *corr Kiesslingius* ‖ 733—737. *pers habet B* ‖ 733. quam dabas: *corr Sarac* ‖ 734. *del Lamb* | oblit *vel* oblit': *corr Lomanus duce Ca* ‖ 736. argentarilliceam *vel* argentari illic eam ‖ 738. DI. *praem B: trai Turn* | *del Bo* | ididem ‖ 739. Dedi *vel* Dedit ‖ 740. unum ‖ 741. sum: *corr Sey* | ime *vel* ime me | iniemci ‖

AST. Míhi inimicos ínuidere[m] quám me inimicis †meis:
Nam ínuidere alií bene esse, tíbi male esse m⟨í⟩seria[m]st.
Qui[d] ínuident egént: illis quibus ínuidetur, í rem habent. 745
†Stultus quid est aperire quid iam quia pol mauelim.
DI. Nón licet †do obsoni mé participem fíeri?
AST. Sí uolebas párticipari, auférres dimidiúm domum:
Nám item ut †Acherunti hic ratio accepti scríbitur:
Íntro accipi[a]tur: quándo acceptumst, nón potest ferrí foras. 750
Béne uale. DI. Resíste. AST. Omitte. DI. †Sine amitto intro. AST. Ad té quidem.
DI. Ímmo istoc ad uós ⟨uolo⟩ ire[m]. AST. Nón potest: nimiúm peti⟨s⟩.
DI. Síne experiri. AST. Immo ópperire[m]: uís est experíri⟨er⟩.
DI. Díc[a] m⟨e⟩ adesse. AST. Abi, óccupatast. †resistat ex ex frustra sit.
DI. Rédin an non redis? AST. Sí uocat me, qui ín me potest plus quám potes[t]. 755
DI. Ýno uerbo — ⟨AST.⟩ Elóquere. ⟨DI.⟩ Mitti[i]n me íntro? AST. Mendax és, abi:
Ýnum ai[e]ba[t]s, tri[di]a díxti uerba: †atque mendácia.
DI. Ábiit intro †incluit. ego ut haéc mihi patiar fíeri?

743. Mihi inimicus ‖ 744. mseria (*vel* inseria) mesi: *corr Ca* ‖ 748. participem *vel* participhem ‖ 749. idem: *corr Rittershusius* | acheronti *vel* ageonti | accepii *vel* accepi ‖ 750. accipiamur: *corr Spengelius* | acceptumst *vel* aceptũ est | ferre ‖ 751. ualere siste omittes inea: *corr Ca* | ad *vel* at ‖ 752. *suppl Buechelerus* | *del Spengelius* | pati: *corr Boeckelius* ‖ 753. Experiri sine (*vel* sinem): *trai Bo* | immo *vel* immom | experire: *corr Ca* ‖ 754. *del et add Spengelius* | ubi: *corr Gru* | ex ex *vel* ‡ et *vel* et ‖ 755. non redin: *corr Ca* | me que: *corr Schoe* | *del Lamb* ‖ 756. *add Gru* | *del Angelius* ‖ 757. alebat stridia: *corr Sey duce Ca* | dixti uerba *vel* dixit uerbe ‖ 758. incluit *vel* induit | patiar *vel* patiat ‖

Iam hércle ego tibi, inlécebra, ludos fáciam clamore ín uia,
Quae áduorsum legem áccepisti[s] a[d] plúrumis pecúniam. 760
(Iam hércle apud no⟨uó⟩s [omnis] magistratus fáxo erit nomén tuom.)
Póstid ego te mánum | iniciam quádrupul⟨i⟩, uenéfic[i]a,
Súppostrix puerum: égo edepol †i túa prob⟨r⟩a aperibo ómnia.
†Nihil me pérdidi omne quód fuit: fio ínpudens,
Néc mihi ade⟨o⟩st †ad illum pensi iám quo[s] capiam cálceos. 765
Séd quid ego hic clamó? quid si me iúbeat intro míttier?
Cónceptis me nón facturum uérbis i⟨u⟩rem sí uelit.
Núgae sunt: si stímulos pugnis caédis, manibus plús dolet.
Dé nilo nil ést irasci, quaé te non floccí facit.
Séd quid hoc est? pro di ímmortales: Cá⟨l⟩liclem uide⟨ó⟩ senem, 770
Méus qui adfinis fúit, ancillas duás constrictas dúcere,
Álteram tonstrícem | huius, álteram ancillám suam.
Pértimui: postquam úna cura cór meum mouít modo,
Tímeo ne [me] malefácta antiqua méa sint inuenta ómnia.

---

759. clamore *vel* clamorem ‖ 760. Quae *vel* Quem ‖ 761. *secl Buechelerus* | *add et del Bergkius* ‖ 762. quadrupiis: *corr Fl duce Ca* | beneficia ‖ 764. omne *vel* omnem ‖ 765. *add Ac* | *del Palm* ‖ 766. mittiar ‖ 767. uerui sirem | leuit: *corr Angelius* ‖ 770. hoc est *vel* est | calicten: *corr Pius* ‖ 771 sq. *inv libri: trai Gru* | Meusque adfinis fuit (*vel* adfinis) ‖ 773. una cura *vel* una ‖ 774. *del Ca* | sine inuenia (*vel* inueniam): *corr Ac* ‖

CALLICLES. ARCHILIS. ANCILLA.
SENEX TONSTRIX
DINIARCHVS
ADVLESCENS

CA. Égon tibi male dícam aut tibi †adte mále uelim?
ut animú⟨s⟩ meust, 775
Própe modum expertae és[se]tis, quam ego sim ⟨m⟩ítis
tranquill[us]úsque homo.
Rógitaui ego uos uérbera[n]tas ⟨ám⟩bas pendentís simul.
Cómmemini: quo quícque[m] pacto sítis confessaé, scio.
Híc nunc uolo scire, eódem pacto síne malo fateámini.
Quámquam uos colubríno[n] ingenio ambae éstis, edicó
prius: 780
Né duplicis habeátis linguas, ne égo [i]bilinguis uós
necem,
Nísi si ad tintinnáculos uoltís uos educí uiros.
ARCH. Vís subigit uerúm fateri, ita lóra laedunt
brácchia.
CA. Át si uerum mi éritis fassae, uínc⟨l⟩is exsoluémini.
DI. Étiamnum quid sít negoti fá⟨l⟩sus incertúsque
sum, 785
Nísi quia timeó tamen †ego nec quid peccaui scio.
CA. Ómnium primúm diuorsae státe: em sic, istúc uolo:
†Ne inter uos sígnificetis, égo ero paries. lóquere tu[r].
ANC. Quíd loquar? CA. Quid púero fa⟨c⟩tumst méa
quem peperit fília,

775. uelim *vel* uelĩ t | animu meust *vel* animo meost ‖ 776. experte *vel* exparte *vel* expete | similes tranquillus (*vel* tranquilus) usq· : *corr Ca* ‖ 777. uerberantis: *corr Spengelius* | bas *vel* has: *corr Gru* ‖ 778. quicquam: *corr Ca* ‖ 781. Linguã ‖ 782. Nesi si at tintinnaculos (*vel* tintinaculos) ‖ 783. subegit: *corr Bo* | bracchia *vel* brachia ‖ 784—840. *pers recte habet B, nisi ubi contrarium testamur* (# *CD*) ‖ 784. Ad | *add Angelius* | exsolue mihi: *corr Ca* ‖ 785. quam sit: *corr Sarac* | fassis: *corr Angelius* ‖ 786. nec *vel* net ‖ 787. diuersa est ete: *corr Ca* ‖ 788. *dist Vss* ‖ 789. datumst *vel* datum sit: *corr Ca* ‖

Meó nepote? cápita rerum éxpedito. ANC. Istaé dedi[t]. 790
CA. Iám tace. accepísti[i]n puerum tú ab hac? ARCH. Accepí[t]. CA. Tace.
Níl moror praetérea: satis es[t] fássa. ARCH. Infitias nón eo.
CA. Iám liuorem ⟨t⟩úte s[t]capulis ístoc concinnás tuis.
Cónueniunt adhú[n]c utriusque uérba. DI. [T]Vae miseró mihi:
Méa nunc facinora áperiuntur, clám quae speraui fore.
CA. Lóquere tu: qui dáre te hu⟨i⟩c puerum iússit? ANC. Era maiór mea. 796
(CA. Quíd tu? cur eum áccepisti? ANC. Era me ro-⟨gita⟩uít minor,
Púer ut ⟨af⟩ferrétur eaque ut célarentur ómnia.)
CA. Lóquere tu: quid eó fecisti púero? ARCH. Ad meam ⟨e⟩ram détuli.
CA. Quíd eo puero túa era fecit? ARCH. Érae mea⟨e⟩ extempló dedit. 800
CA. Quoí, malum, erae? ANC. Duaé sunt istae. CA. Cá⟨ue⟩ tu nisi quod té rogo [nisi].
Éx te exquiro. ARCH. Máter, inquam, fíliae donó dedit.
CA. Plús quam dudum [inqua] lóquere. ARCH. Plus tu rógitas. CA. Responde ócius:
Quíd illa quoi donátust ⟨fecit⟩? ARCH. Súppos⟨i⟩uit. CA. Quoí? ARCH. Sibi.

---

790. nepoti | expedite: *corr Bo* ‖ 791. DI. *praem B* ‖ 793. liuorem ut est (*vel* luore mutẽ) capulis: *corr Ca* ‖ 794. misero nisi ‖ 796. ira maior ‖ 797 sq. *secl Langenus* ‖ 797. *suppl Bo* ‖ 798. *add Ca* | omnia *vel* omniam ‖ 799. ad meam rem *vel* mea rẽ (*et* me *s. v.*) ‖ 800. Quiite o *vel* Cui te: *corr Ca* | tuo era facit | aerae *vel* ere | extemplo *vel* exemplo ‖ 801. aere | ARCH. *B* | *add Ca* | nisi (*vel* iste) quod | *del Goellerus* ‖ 802. Ea te: *corr Bo* | ANC. *B* | filiae dono dedit inquem: *trai Bo* ‖ 803. *del Bo* ‖ 804. *suppl Schoe* | i *add Ca* | ANC. Tibi *vel* # tibi ‖

CA. Pró filiolo[to]n[i]? ⟨ARCH.⟩ Pró filiolo. ⟨CA.⟩ Dei, óbsecro uostrám fidem, 805
Vt facilius ália quam alia eúndem puerum u[t]núm parit.
Haéc labore aliéno puerum péperit sine dolóribus.
Púer quidem beátus⟨t⟩: matre⟨s⟩ duás habet et auiás duas:
Iám metuo patrés quot fuerint. uíde sis facinus múliebre.
ANC. Mágis pol pertinét haec malitia ád uiros quam ad múlie[b]ri⟨s⟩: 810
Vír il⟨l⟩am, non muliér praegnatem fécit. CA. [Et] Idem ego istúc scio.
Tú bona ei custós fuisti. ANC. Plús potest qui plús ualet.
Vír erat, plus ualébat, uicit, quód petebat ábstulit.
CA. Ét tibi quidem hércle †idem áttulit magnúm malum.
ANC. ⟨Í⟩de⟨m⟩ istuc ipsa, etsí tu taceas, reáp⟨se⟩ experta intéllego. 815
CA. Númquam te facere hódie quiu⟨i⟩, ut ís quis esset díceres.
ANC. Tácui ad⟨huc⟩: nunc nón[c] tacebo, quándo adest nec [es]se índica⟨t⟩.
DI. Lápideus sum, cómmouere mé miser non aúdeo.
Rés palam omnis ést: meo illic núnc sunt capiti cómitia.
Méum illuc facinus, méa stult⟨iti⟩ast: tímeo quam mox nó[n]miner. 820

805 to *del Py,* i *Sey* | pro filiolodel: *corr Angelius* || 806. alie undem *vel* alię unde: *corr Schoe* | *del Buechelerus* | paret || 807. labore *vel* lauare || 808. *add Brixius* | mater ouas || 809. quod | muliebri || 810. haec malitia pertinet: *trai Brixius* || 811. Viri iam: *corr Ca* | pregnatem *vel* pregnantem | *del Ca* | ide *vel* idem || 813. adst (*vel* adẽ) uni: *corr Ca* || 814. Et *vel* E || 815. *add Kiesslingius* | istoc: *corr Geppertus* | re ab: *corr Ca* || 816. DI. *B* | hodie ut quiuis quis: *corr Ca* | dicere *vel* diceret: *corr Sarac* || 817. ad *vel* at: *add Sey* | nunc nunc | necesse indice: *corr Sey* || 819. neo *vel* ineo *vel* meo | comtia *vel* coitia *vel* costia: *corr Ca* || 820. illac | stulta (*vel* stultã) est | *del Sarac* ||

CA. Lóquere, filiám meam quis íntegram stupráuerit.
ANC. Vídeo ego te proptér mala facta quí's[t] patronus párieti.
DI. Néque uiuos neque mórtuos sum né⟨que⟩ quid nunc faciám scio:
Néque ut hinc abeam néque ut hunc adeam scío: timore tórpeo.
CA. Dícin an non? ANC. Díniarchus, quoí illam prius de[ci]spónderas. 825
CA. Vbi is homost quem dícis? DI. Adsum, Cállicles: per tua óbsecro
Génua, ut tu istuc ínsipienter fáctum sapientér feras
Míhique ignoscas, quód animi inpos uíni uitio fécerim.
CA. Nón placet: in mútum culpam cónfer⟨s⟩, ⟨qui non⟩ quít loqui:
Nám uinum si fábulari[m] póssit, se defénderet. 830
Nón uinum ⟨uirís⟩ moderari, séd ui⟨ri⟩ uinó[n] solent,
Quí quidem probí sunt: uerum qui í[a]mprobust †siquam si bibit
Síue adeo carét temeto, támen ab ingenio ínprobust.
DI. Scío equidem quae nólo multa míhi audienda ob nóxia⟨m⟩:
Égo tibi me obnóxium esse[m] fáteor culpae cómpotem[i]. 835
ANC. Cállicles, uide, quaéso, †mnem facias iniúriam:
Réus solutus caúsam dicit, téstis ui⟨n⟩ctos áttines.

---

824. abeam (*vel* habeam) ut neque hunc (*vel* ad hunc) ‖ 825. diniarchus *vel* diniarcus | dicis ponderas: *corr Ca et Bo* ‖ 826. is *vel* his | tua *vel* tuo ‖ 827. tu istuc insipienter *vel* istuc (*et* tu *s. v.*) insipienter sipienter ‖ 829. cuipam (*vel* quippiam) confer: *corr Ca* | *suppl Luchsius* | quid *vel* quod: *corr Ca* ‖ 830. fabularem: *corr Ca* | defenderem ‖ 831. *add Schoe* | uim non: *corr Schoe duce Ca* ‖ 832. probri: *corr D* ‖ 833. temet to *vel* te me tu | inprobus *Nonius*: timidus est improbus: *corr Gru* ‖ 834. *add Palm* ‖ 835. cultae compotemi: *corr Sarac* ‖ 836. Callicies | uide *vel* uidẽ ‖ 837. ta (*vel* tam) estis uicto sati ines: *corr Lipsius* ‖

CA. Sóluite istas: ágite, abite tú domum et tu autém domum.
Éloquere haec eraé tu: puerum réddat, siquis eúm petat.
Eámus, tu, in ius. DI. Quíd uis in ius me íre? [e]tu's praetór mihi. 840
Vérum te obsecro út tuam gnatam dés mihi uxorem, Cállicles.
CA. †Eundem pul te iudicasse quidem istam rem intéllego:
Nam haúd mansisti, dúm ego darem illam: túte sumpsistí tibi.
Núnc habeas ut náctu's: uerum hoc égo te multabó bolo: 844
Séx talenta mág[a]na dotis démam pro ista[sc] inscítia.
DI. Béne agis mecum. CA. Fílium istinc tu⟨ó⟩m te meliust répetere.
Céterum uxorém quam primum pótest abduce ex aédibus.
Égo abeo: iam illí remittam núntium ad⟨fin⟩í meo:
Dícam ut aliam cóndicionem fílio inueniát suo.
DI. Át ego ab hac puerúm reposcam, né mox infitiás e⟨a⟩t. 850
Níl est: nam eapse[t] últro, ut factu⟨m⟩s⟨t⟩, fécit omnem rém palam.
Séd nimium pol ó⟨p⟩portuna écc⟨am⟩ eapse egreditúr foras.
Né ista stímulum lóngum habet, quae usque íllinc cor pu⟨n⟩gít meum.

---

840. tu *vel* t | intus (*bis*): *corr Sarac* || 841. des mihi *vel* des || 843. dem (*vel* idem) ego: *corr Ca* || 844. nactus: *corr Spengelius* || 845. malana: *corr Sarac* | dotes *vel* detes | dem am (*vel* an) | scinscitia *vel* st incicidia *vel* st inscia: *corr Ca* || 846. *add Ca* || 847. uxorum *vel* uxorem | quam *vel* qua | potest *vel* potes | abduci *vel* abdu || 848. adeo: *corr Fl* | *add Ca* || 851. ipsa et: *corr Sey* || 852. ecce ab se: *corr Bo* | egreditur *vel* gregitur || 853. longem *vel* longe: *corr Ca* | meum *vel* melim ||

PHRONESIVM. DINIARCHVS. ASTAPHIVM
MERETRIX ADVLESCENS ANCILLA

PHR. Blítea et luteast méretrix nisi quae sápit in uino ad rém suam:
Si ália membra uíno madeant, cór sit saltem sóbrium. 855
Nám mihi diuidiaést [in]tonstricem méam †sicut multam male
†Ea dixit ⟨m⟩eum Díniarchi púerum inuentum fílium.
⟨DI.⟩ †Vbi id audiuit quám [quam] penes est mea ómnis res et líberi.
PHR. Vídeo eccum qui ⟨a⟩máns tutorem mé[a]d optau⟨it su⟩ís bonis.
DI. Múlier, ad ⟨te⟩ súm profectus[t]. PHR. Quíd agitur, uoluptás mea? 860
DI. Nón 'uoluptas': aúfer nugas: níl ego nunc de istác re ago.
PHR. Scío mecastor quíd u⟨el⟩is et quid póstules et quíd petas:
†Me uidere uis et me te amare póstulas, puerúm petis.
DI. Di ímmortales, út planiloquast, paúcis ut rempsam áttigit.
PHR. Scío equidem sponsám tibi esse et fílium ex sponsá tua 865
Ét tibi uxorém ducendam iam, ésse alibi iam animúm tuom
†Ét quasi pro dérelicta sís habiturus: séd ⟨t⟩amen
Cógitato mús pusillus quám sit sapiens béstia,
Aétatem qui nó⟨n⟩ cubili ⟨uni⟩ úmquam committít suam,

---

854. et lutea et: ec lautea est *Nonius* | uino *vel* uno || 856. diuidia est: *corr Lamb* | *del Ca* || 857. *add Bo* || 858. *add Ac* | Vbi id (*vel* it) | *del Pistoris* || 859. *add Bo* | *del Lamb* | *suppl Rostius* || 860. *add et del Ac* || 861. hunc || 862. *add Ca* || 864. Dii imortales *vel* Di immortales | rempsam *vel* rem ipsam || 866. *distinximus cum Sey* || 868. uestia || 869. *add Buechelerus* | suum ||

†Quia si unum odium obsidiator alium perfugium gerit.
DI. Ótium ubi erit, de ístis rebus tum ámplius tecúm loquar: 871
Núnc puerum redde. PHR. Ímmo amabo ut hós dies aliquós sinas
Éum esse apud me. DI. Mínume. PHR. [I]Amabo. DI. Quíd ⟨eo⟩ opus⟨t⟩? PHR. In ré⟨m⟩ mea⟨mst⟩.
Tríduom hoc saltém, dum | aliquo míles circumdúcitur.
†In eam rem siquid habebo, tíbi quoque etiam próderit: 875
†Si auferes puerum, a milite omnis tum mihi spes anima⟨m⟩ effláuerit.
DI. Fáctum cupio: nám nefacere sí uelim, non ést locus.
Núnc puero utere ét procura, quándo pro cur⟨a a⟩és habes.
PHR. Múltum am[ab]o te ob istam rém mecastor. úbi domi metués malum,
Fúgito huc ad me: sáltem amicus míhi esto †manubinárius. 880
DI. Béne uale, Phronésium. PHR. Iam ⟨mé⟩ tu⟨o⟩m oculum ⟨nón⟩ uocas?
DI. Íd quoque †interím futatim nómen commemorábitur.
Númquid uis? ⟨PHR.⟩ †Facultas. ⟨DI.⟩ Operae ubi míhi erit, ad te uénero.
PHR. Íllequidem hinc abiít, a⟨b⟩scessit. dícere hic quiduís[e] licet.
Vérum ⟨uetus⟩ est uérbum quod memorátur: ubi amici, íbidem opes. 885

---

870. Quia si *vel* Quasi | unum odium *vel* unum ‖ 871. Odium ‖ 873. apud *vel* apup | Iam abo (*vel* abio): *corr Bo* | eo *add Stu* | t *add Ca* | iure mea: *corr Bo et Lamb* ‖ 874. milis ‖ 877. refacere ‖ 878. *add Schoe* ‖ 879. *del Bo* ‖ 881. phronesium *vel* pronesium | *suppl Ca duce Sarac* ‖ 882. commemorauiter: *corr Ca* ‖ 883. *add Schoe* | ad *vel* at ‖ 884. ascessit *vel* accessit: *corr Ca* | quis uide: *corr Ca* ‖ 885. *supplevimus* | ibidem (*vel* bildem) opus: *corr Pius duce Quintiliano* ‖

Própter hunc spes étiamst hodie táctum | ⟨i⟩ri m⟨í⟩-
litem,
Quém ego ecastor máge amo qua⟨m⟩ me — dúm id
quod cupio inde aúfero[e].
†Quae cum mu⟨l⟩tum abstulimus ⟨h⟩au †mutu apparet
quód datumst:
Íta sunt gloriaé meretricum. AST. Áha, tace. PHR.
Quid est, óbsecro?
AST. ⟨Páter⟩ adest puerí. PHR. Sine eum[i]pse adíre
huc: sine, si is ést modo. 890
†Sineum ipse adire ut cupit ad me ad recta si tenent.
Né istum ecastor hódie [h]ast⟨ut⟩is cónficiam falláciis.

STRATOPHANES. MILES **PHRONESIVM.** MERETRIX **ASTAPHIVM.** ANCILLA
STRABAX RVSTICVS

STRAT. †Eo mihi amare féro supplicium dámnis ad
amicám meam:
Vt illud acceptúm sit prius quod pérdidi, hoc addam
ínsuper.
Séd quid uideo? eram átque ancillam ante aédis? ad-
eunda haéc mihist. 895
Quíd hic uos agitis? PHR. Né me appella[t]. STRAT.
Nímiu⟨m⟩ saeuis. †ic * *
PHR. Pótin[es] ut mihi moléstus ne siés? STRAT.
Quid, Astap⟨h⟩i⟨um,⟩ lítiumst?

---

886. etiam se hodie (*vel* se hodie se hodie): *corr Palm* | tantum ri: *corr Petitus* ‖ 887. ego ecastor *vel* ecastor | ama | dum *vel* dudum | auferue *vel* auferre: *corr Ca* ‖ 888. au *vel* aut ‖ 890. *suppl Guy* | *del Bo* ‖ 892. *del Sarac, add Ca* | confectum: *corr Geppertus* ‖ 895. uidet eram | est haec mihi: *trai Bo* ‖ 896. nimius eui sic: *lac sign Ca* ‖ 897. *del Bo* | astapilitium est: *corr Stu* ‖

AST. Mérito ecastor tíbi succenset. PHR. †legon atque ne isti etiám parum
Mále uolo. STRAT. Ego, méa uoluptas, síquid peccauí prius,
Súpplicium [arc] hanc minám fero auri, sí †mihi rides pice. 900
PHR. Mánus uetat prius quám penes sese hábeat quicquam crédere.
Púero opust cibo[m], ópus est matri †autem quae puerúm lauit,
Ópus nutrici, ⟨l⟩áct ut habeat, uéteris uini lá⟨r⟩giter,
Vt dies noctésque potet, ópust ⟨l⟩igno, opust carbónibus,
Fásciis opus ést, puluinis, cúnis, incunábulis, 905
Óleo opust, farína †purus est totúm diem:
Númquam hoc uno die éfficiatur ópus, quin opus sempér siet.
Nón enim possunt mílitares púeri †et auio exdúcier.
STRAT. Réspice ergo |: áccipe hoc, qui istúc exefficiás opus.
PHR. Cédo, quamquam parúmst. STRAT. †Ad omnae manuc istic poste. PHR. Paru⟨m⟩st. 910
STRAT. Túo arbitratu quód iubebis [a]dábitur: da nunc sáuium.
PHR. Mítte me, inquam: odiósu's. STRAT. Nil fit, nón amor, teritúr dies:
Plús †decem pondo amoris paúsillisper pérdidi.

---

898. sibi | etiam *vel* etia ‖ 900. arc *vel* ad: *del Vss* ‖ 901. penes *vel* pane | quicquam *vel* quicqua ‖ 902. cibum: *corr Spengelius* ‖ 903. actute habeat *vel* attut abeat: *corr Sey* ‖ 904. opustic no *vel* opus istic non: *corr Guy duce Sarac* ‖ 905. Falciis *vel* Faciliis ‖ 906. Oleum: *corr Spengelius* ‖ 908. possum ‖ 911. a *vel* ad: *del Goellerus* ‖ 912. odiosus: *corr Ca* ‖ 913. amoris pausillisper (*vel* pauxillisper) perdidit *Nonius*: moris pausilli per perdidi ‖

PHR. Áccipe hoc atque aúferto intro. STRAB. Vbí me⟨a⟩ amicast géntium?
Néque ruri neque hic óperis quicquam fácio: corrumpór situ. 915
Íta miser cubándo in lecto hic éxpectando obdúrui.
Séd eccam uideo |: heús, amica[m], quíd agis [mille]? STRAT. Quis illic ⟨ést⟩ homo?
PHR. Quém ego ecastor †⟨m⟩age amo quam te. STRAT. Quam me? quó modo?
PHR. Hóc modo ut moléstus ne sis. STRAT. Iám⟨ne⟩ abis, postquam aúrum habes?
PHR. Cóndidi intro quód dedisti. STRAB. Ádes[t], amica, te ádloquor. 920
PHR. Át ego ad te iba⟨m⟩, [ad] mé⟨a⟩ delicia. ⟨STRAB.⟩ Hércle uero sério:
(Quámquam ego tibi uídeor stultus, gaúdere aliqui mé uolo:)
†Nam quamquam es[t] bella, malo tuo⟨'s⟩, nisi †tu ego aliqui gaúdeo.
PHR. Vín[c] te amplectar[et], suáuium dem? STRAB. Quíduis face * gaúdeam.
STRAT. Meósne ante oculos égo illam patiar álios amplexárier? 925
Mórtuom hercle †medio satius. ápstine hoc, muliér, manu⟨m⟩,
Nísi si te mea †manu ui in mac⟨ha⟩era et hunc uis mori.
⟨PHR.⟩ †Nihili phiari sátiust, miles, sí te amari póstulas:

---

914. centium: *corr Angelius* ‖ 915. facto ‖ 917. Sed eccam *vel* Sidecam | *add Weisius* ‖ 918. ecastor *vel* castor | quam me *vel* quame ‖ 919. *add Guy* | aurum habes (*vel* habens) *vel* auru abis ‖ 920. *del Angelius* ‖ 921. ad *vel* at | ibo: *corr Angelius* | *del Spengelius* | a *add Ac* | *pers add Ca* | hercle *vel* hecle ‖ 922. *secl Buechelerus* ‖ 923. *del Sarac* | *add Ac* ‖ 924. et *del Goellerus* | *lac sign Bo* ‖ 925. Meos (*et* e *s. v.*) *vel* Me eos ‖ 926. *add Valla* ‖ 928. *add Ac* | phiari *vel* pphiari ‖

Aúro, ⟨h⟩au fer⟨r⟩o déterrere †potest ne amet, Strátop⟨h⟩anes.
STRAT. Quí, malum, bella aút fac[i]eta's[t], quaé ames homine⟨m⟩ istí modi? 930
PHR. Vénitne in mentem tíbi quod uerbum in cáuea dixi⟨t⟩ hístrio?
Ómnes homines ád suom quaestum †calent et fastídiunt.
STRAT. Húncine hominem te ámplexari[s] tam hórridum ac ta⟨m⟩ squálidum.
PHR. Quámquam hic ⟨s⟩qualust, †quam hic horridus citus bellum hi.
STRAT. Dédin ego aurum? PHR. Míhi? dedisti fílio cibária[m]. 935
⟨AST.⟩ Núnc si | hanc tecum ésse speras, ália opust aurí mina.
STRAT. Málam rem is †et magna magno opere sérua tibi ⟨ui⟩áticum.
Quíd isti debe[i]s[i]? ⟨PHR.⟩ Tría. STRAT. Quae tria nam? ⟨PHR.⟩ Vnguénta nocte⟨m⟩ sáuium.
⟨STRAT.⟩ Pár pari respóndet. uerum núnc saltem, †si amas,
Dán tu mihi de tuís deliciis †sum quicquid pausíllulum? 940
PHR. Quíd id[a] amabost quód [i]dem? †dictum super feri.
†Campas dicit abaui consultam istuc mihi homo.

---

929. deterrere *vel* deterere ‖ 930. eaci (*vel* eati) eta estque: *corr Pius* | homini ‖ 931. histrio *vel* istrio ‖ 933. amplexarestam: *corr Sarac* | hordum (i *s. v.*) *vel* horri *vel* horridum | acta sq;alidum *vel* atque squalidum: *corr Sey* ‖ 934. quali est *vel* qualis est: *corr Sey duce Lipsio* ‖ 935. Dedi u *vel* Dedi: *corr Ca* | dedixisti (*ex* dedisti D^2) ‖ 936. *add Schoe* ‖ 937. tibi aticum *vel* tib (*vel* tib:) atticum ‖ 938. debe isi *vel* debet nisi: *corr Goellerus* | *add Spengelius* | nocte *vel* noctes: *corr Ca* ‖ 939. *add Lamb* ‖ 940. delictis | pausillulum *vel* pusillulum ‖ 941. ita alabo (*vel* abauo) est quod idem: *corr Palm* | feri *vel* fert ‖ 942. Campas *vel* Capas | abaui *vel* auaui ‖

Cáue faxis: uolnús tibi †iam quoí sunt dentis férrei.
STRAT. Vólgo ad se omnis íntromittit: ábstine istac tú manum.
STRAB. Iam hércle cum magnó ⟨malo⟩ tu uápula, uir strénuos. 945
STRAT. Dédi ego huic aurum. STRAB. Át ego argentum. STRAT. †Eat apale ⟨púr⟩puram.
STRAB. Át ego oues et lánam et alia múlta quae poscét dabo.
Mélius⟨t⟩ te minís[ter] certare mécum quam mináciis.
PHR. Lépidus mecastór mortali's[t], mi Strabax: perge óbsecro.
⟨AST.⟩ Stúltus atque insánus damnis cértant: nos saluaé sumus. 950
STRAT. Áge prior †tirot áliquid. STRAB. Immo tú prior perde ét peri.
STRAT. Ém tibi: taléntum argenti †philippices est: téne tibi.
PHR. Tánto melior: nóster esto, séd ⟨d⟩e[t] uostro uíuito.
STRAT. Vbist quod tu das? sólue zonam, próuocator: quíd times?
STRAB. Tú peregrinu's, híc ⟨ego⟩ habito: núnc †meos nego ambulo: 955
Pécua ad hanc collo ín crumina ego óbligata défero.
†Quid dedi ut distinxi hominem. STRAT. Immo ego uero quí dedi.

---

943. *dist Schoe* | uomus *vel* uulnus | sunt *vel* sum || 945. iam magno tu (*vel* tut): *corr Bo* | strenuus *vel* strenuis || 946. huic mirum | *add Ca* || 947. etianam: *corr Ca* | roscet | dabo *vel* dolū || 948. *add Ri* | *del Ca* | certare *vel* certarē | minacus || 949. (ME)CASTOR: ecastor | mortalis est | strabax mi: *trai Guy* || 950. *add Schoe* | Stultus (*sic A*) *vel* Sultus | dannis | sumus *vel* sumis || 951. tirot *vel* tyro | prior *vel* prio || 952. Em *vel* Hem | taleactum | philippices *vel* philipphices || 953. *add et del Ca* | xonas: *corr Bo* | prouocatur: *corr Ac* || 955. peregrinus: *corr Spengelius* | *add Angelius* | nego *vel* non ego || 956. ego in crumina: *trai ex Prisciano* (nerumina ego) || 957. distinxi *vel* dixtinxi ||

PHR. Í[n] intro, amabo, et tu érgo †a me cum tu eris mecúm quidem.
⟨STRAT.⟩ Quíd tu, quid ais? cum hócin? †ego posterior dedi?
PHR. Tú dedisti iam, ⟨híc⟩ daturust: ístuc habeo, hoc éxpeto:
Vérum utrique mós geratur ámborum ex senténtia.
STRAT. Fíat: ut rem gnátam uideo, hoc áccipiundumst quó⟨d⟩ datur.
STRAB. Meúm quidem te léctum certe óccupare nón sinam.
PHR. Lépide ecastor aúcupaui atque éx mea senténtia,
Meámque ut rem ⟨ui⟩de⟨ó⟩ be[re]ne gestam, uóstram rursum béne gera⟨m⟩.
†Romabo siquís animatust fácere, faciat út sciam.
Véneris causa adplaúdite: eius haec ín tutelast fábula.
(Spéctatores béne ualete, plaúdite atque exúrgite.)

---

958. tu uergo *vel* uergo | eris mecum *vel* eris mecu ‖ 959. *add Spengelius* ‖ 960. *add Buechelerus duce Lamb* ‖ 962. hoc accipiundumst *vel* hoccipiundumst ‖ 963. sinem ‖ 964. ecastor aucupaui atque e *Nonius*: mecastor aucupabatq; ex ‖ 965. Meamque *vel* Aeque | *add Bo* | rursum *vel* rursu ‖ 966. si quid *et* faciam: *corr Schoe* | facere *vel* facire ‖ 967. Veneris *vel* Veneri | eius *vel* heius | —TELAFA— ‖ 968. *secl Geppertus* ‖

Priscianus inst. III 25 p. 100, 19 H.: Plautus in Truculento: 'bona perdidi, mala repperi, factus sum extimus a uobis' (*cf. v. 728 sq.*).

T. MACCI PLAVTI

DEPERDITARVM FABVLARVM

FRAGMENTA

I

VIDVLARIA

1 FRAGMENTA AMBROSIANA

PROLOGVS

⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ hánc rem uetere nómine
* * * * * g * * * * éstitit.
⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ –
Laudátus ia * s * * * * grá⟨ti⟩as
⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ – 5
Sc⟨h⟩edi⟨a⟩ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ –
⏑ ⏓ ⏑ noster f⟨écit⟩ V⟨idulária⟩m.
Is qu ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ –
Prius nóscite * * * * scitis: ípsus ⟨e⟩s⟨t⟩.
Credo árgumentum uélle uos ⟨pern⟩ós⟨cer⟩e: 10
Int⟨élle⟩g⟨etis póti⟩us q⟨uid a⟩g⟨an⟩t, q⟨uá⟩nd⟨o a⟩gent.
⏑ ⏓ ⏑ – uos ín loco monitum * * *
⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ –
⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ –

---

3. POTENTIAMINIME——RUMS**TISITIO ‖ 4 sqq. *ubi nil adnotamus litteras ex spatiis suppl Stu* ‖ 5. ——IUSSC————G————F————NRO(*vel* FERO) ‖ 6. SC*EDI————UO————G*AE——C——‖ 7. *OETRHANOSTERF****U—— —M ‖ 8. ISQU T*R*O——CIUNTMEGOFA——OS——TIS ‖ 9. IPSUS*S — ‖ 12. A————UOSINLOCOMONITUM—PETRO ‖ 13. DI——Q————S*COMMODIU——TAS—— ‖ 14. INA————————BMEAM ‖

Magis qu ⏑ ◡ – ◡ ⏑ ◡ – tis núnciam 15
Vos íll ◡ – ◡ ⏑ ◡ – ◡ ⏑ ◡ –

— S * * S * VS
SERVOS

Hominém semel quem | úsu rupit séruitus
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *

⟨NICODEMVS. DINIA⟩
ADVLESCENS SENEX

* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *
NI. Est quo ◡ – ◡ ⏑ neque ⟨tem⟩pus cénseo. 18
Quid aís? licet⟨ne? DI. M⟩áxum⟨e, si⟩quid ést opus.
Sed quíd est negoti? NI. Té ego audi⟨ui dí⟩cere 20
Operárium te uélle ru⟨s condú⟩c⟨ere⟩.
DI. Re⟨ct⟩e aúdiuisti. NI. Quíd uis operis ⟨fíe⟩ri?
DI. Quid ⟨t⟩u ístuc curas? án mihi tutor ádditu's?
NI. Dare póssum, opinor, sátis bonum | operárium.
DI. Est tíbi [in] mercede séruos quem des quíspia⟨m⟩? 25
NI. Inópia seruom ⏑ ◡ – ◡ ⏑ ◡ –
DI. Quid tú? locas ◡ ⏑ ◡ – ◡ ⏑ ◡ –?

---

15. QU———ABEO———ORTIS ‖ 16. UOSILL———E(*vel* UOSILL[uma]UDITE) —NOXPROHOC— ‖ *Inter v.* 17 *et* 18 *quinque (vix quattuor tantum) folia deficiunt: quod sequitur folium paucissimas incertasque litteras initiales et exitum* (ICO) *versus longioris velut septenarii praebet* ‖ 18 sqq. *pers add Stu* ‖ 18. NEQ——PUSCENSEO ‖ 19. LICET(nem)AXUM(esi)QUIDESTOPUS ‖ 23. ADDITUS: *corr Stu* ‖ 25. *del Goe* | QUISPIA— ‖ 26. SERUUMI**E******OMELOC— ‖ 27. LOCASTINC(*vel* O *vel* G *vel* Q) ‖

Nam equidém te _ ◡ ⊿ ◡ _ ◡ ⟨árb⟩itror.
NI. Non súm, siquidem tu ⊿ ◡ _ ◡ ⊿ ◡ _:
Verúm si pretium dás, du⟨ces te⟩cúm simul. 30
DI. Labóriosa, aduléscens, uitast rústica.
NI. Vrbána egestas édepol aliquantó magis.
DI. Talís iactandis tuaé sunt consuetaé manus.
NI. At quális exercéndas nunc intéllego.
DI. Mollítia urbana atque úmbra corpus cándidumst. 35
NI. Sol ést ad eam rem píctor: atrum fécerit.
DI. Heus ⊿ ◡ illic éstur _ ◡ ⊿ ◡ _
NI. Miseró male ess⟨e⟩ ⊿ ◡ _ ◡ ⊿ ◡ _
DI. Quod ábs te _ ◡ ⊿ quaesso ut m⟨ih⟩i impértias.
NI. Si tíbi pudico | ⟨hómin⟩est opus et nón malo, 40
Qui ⊿ ◡ _ ◡ ⊿ sit quam seruí tui,
Cibíque minumi máxumaque indústria,
Minumé mendace[m], em mé licet condúcere.
DI. Non édepol equidem crédo mercennárium
Te esse. ⟨NI. Án⟩ non credis ⊿ ◡ _ ◡ ⊿ ◡ _ 45
◡ ⊿ ◡ _ ◡ ⊿ ◡ _ dicát simul
◡ ⊿ ◡ _ ◡ ⊿ ◡ _ operárium.
DI. Iam ⊿ ◡ _ ◡ únde conducám mihi?
Multúm labor⟨et, p⟩aúllum mereat, paúllum edi⟨t⟩,
Minus óperis nilo fáciat quam qui plúrumum. 50
NI. Nec míhi nisi unum prándium quicquám duis
Praetér mercedem. DI. Quíd merendam? NI. Né duis,
Neque cénam. DI. Non cenábis? NI. Immo ibó domum.
DI. Vbi hábitas? NI. Hic apud píscatorem Górginem.
DI. Vicínus igitur és mihi, ut tu praédicas. 55
* * * * * * * * * * * *

28. TEM——— ‖ 29. TUNO——— ‖ 30. PRAETIUM ‖ 36. AERUM: *corr Stu* ‖ 37. HEUSCUNIL——ILLICESTUR——— SO——— ‖ 38. ESS———CON———NE—— ‖ 39. ABSET(*vel* TE)——CP TQUAESSO ‖ 41. QUIFIDE(*vel* QUITIBI)**PEIORSIT ‖ 43. *del Stu* ‖ 45. TEESSENONCREDISNON———ONDU**IRIMI—— (*corr Stu*) ‖ 46. N——— ———STDICATSIMUL ‖ 52. MAERENDAM ‖ *Inter v. 55 et 56 quattuor, ut vid, folia deficiunt* ‖

⟨CACISTVS. GORGINES⟩
PICATORES II(?)

* * * * * * * * * * * * * * *
CA. Íbo et quaeram, síquem possim sóciorum nancíscier, 56
Seú quem norim qui áduocatus ádsit: iam hunc nouí locum.
Hícine uos habitátis? GO. Hisc⟨e⟩ in aédibus: huc addúcito.
Át ego uidulum íntro condam in árcam atque occludám probe.
Tú siquem uis ínuenire tíbi patronum, quaérita. 60
Pérfidiose númquam quicquam hic ágere decretú⟨m⟩st mihi.
CA. Qúr malum patrónum quaeram, póstquam litem pérdidi?
Né⟨mo⟩ homo miser é⟨st⟩ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ que infelíx fui,
Vídulum q⟨ui⟩ ubi u⟨íd⟩i, non me círcumspexi céntiens.
Vérbero illic ínter – ⏑ ⏓ ⏑ insidiás dedit. 65
Tám scio quam mé⟨d⟩ hic stare: cáptam praedam pérdidi,
Nísi quid ego meí simile aliquid cóntra consiliúm paro.
Híc astabo atque óbseruabo, síquem amicum cónspicer.

DINIA. CACISTVS. NICODEMVS
SENEX PISCATOR(?) ADVLESCENS

DI. Ne tu édepol hodie míserias multás tuas
Mihi nárauisti eóque ab opere máxume 70

58. HISCIN ‖ 61. DECRETVST ‖ 63. MISER *vel* MIPER ‖ 64. Q**VBIV**I ‖ 65. INTERMO———LOCVSTIN**INSIDIAS ‖ 66. MEHIC: *add Stu* ‖ 67. CONCILIUMPARO: *corr Stu* ‖

Te abíre iussi, quía me miserebát tui.
CA. Illic ést adulescens quém tempe⟨st⟩as é mari
⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ –
Et iám ego audiui ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ –
In ópus ut sese cóllocauit quám ⟨cit⟩o. 75
⟨Po⟩l haúd cessauit, póstquam t – ⏑ ⏓ ⏑ –
DI. Mirúmst ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ –
⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ –
Rem míhi na⟨rrauit⟩ éde⟨po⟩l – ⏑ ⏓ ⏑ –
Puer ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ – 80
NI. Egéntiorem ⏓ ⏑ – ⏑ néminem
Neque ésse cred⟨o néque fuisse⟩ néque f⟨o⟩re.
DI. Caue tu ístuc dixis: ímmo etiam argentí minam,
Quam mé⟨d⟩ orauisti út darem tibi faénori,
Iam ego ádferam ad te: faénus mihi nullúm duis. 85
NI. Di tíbi illum faxint fílium saluóm tuom,
Qum míhi qui uiuam cópiam | inopí facis.
Sed quín accedat faénus, id non póstulo.
DI. Defaénerare | hóminem egentem | haú decet.
Quam ad rédditurum té mihi dicís diem, 90
Caue démutassis. NI. Vsque donec sóluero
* * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * *

---

72. TEMPE**ASEMARI(*vel* TEMPE**ASIMMIN——) ‖ 73. **FIC——T*SATQ·ARG**EN**M———ROM——— ‖ 74. AUDIUID——MR———MMUT— ‖ 76. **LHAUT(*vel* HAEC) | ——MATTIGI* ‖ 77. MIRUMESTSIA*****TUAMU*****SQUA——— ‖ 78. NOSUOSPARENTI———DAREPOSSU———TUSFU— ‖ 79. EDE**LISIMUL— ‖ 80. PUERISISHI———ISP———GIS ‖ 81. EGENTIOREM———MINEN——MNEMINEM ‖ 82. ATQ·ESSE: *corr Stu* | CRED———NEQ·F*RE ‖ 84. ME *et* TAENORI (*corr Stu*) ‖ 90 sq. *dist Winterus* ‖ *Ad Vidulariam num pertineant frustula quae sunt in foliis 485/486* (ACM *pag. 485 v. 18 ab initio,* QUODROGO *pag. 486 v. 18 in fine,* N**FU *v. 19 sub finem*) *et 491/492 certo dici nequit* ‖

2 FRAGMENTA A GRAMMATICIS SERVATA

I (XIII) Paupera haec res est.
II (VI[b]) Haec myrtus Veneris est.
III (IX) Éiusdem Bacchaé fecerunt nóstram nauem Péntheum.
IV (VIII) Ínopiam, luctúm, maerorem, paúpertatem, algúm, famem. 95

V (I) Ánimum aduortite ám[a]bo s[iu]ultis: uídulum hic appónite:
Égo seruabo, quási sequestro détis, neutri réddibo,
Dónicum res iúdicata érit haec _ ⏑ ⏓ ⏑ _
VI (II) Haúd fugio sequéstrum _ ⏑ ⏓ ⏑ _ ⏑ ⏓ ⏑ _.
VII (IV) Ibi út piscabar, fúscina [u]ici uídulum. 100
VIII (VI[a]) Nescíoqui seruos †e myrteta prósil[u]it.
IX (V) Quid múlta uerba? plúrumum luctáuimus.
X (VII) Nunc ápud sequestrum uídulum posíuimus.

Disposuimus fragmenta secundum ea quae Studemundus, Leo, Seyffertus exposuerunt ‖ I *Priscianus I* (*G. L. II*) *p. 152, 10 et Probus Cathol. p. 16, 13* ‖ II *Porphyrio ad Hor. carm. I 38, 7* ‖ III *Priscianus I* (*G. L. II*) *p. 300, 6* | bacche *vel* bache ‖ IV *Idem I* (*G. L. II*) *p. 235, 6* (*cf. p. 192*) ‖ V *Idem I* (*G. L. II*) *p. 224, 3 et 226, 15 et II* (*G. L. III*) *p. 7, 26 et Nonius p. 508* (*v. 2*) *et Gloss. Plaut.* (donicum) | a *del Ald* | iu *del Bo* | uitulum *Prisciani libri plerique* | quasi *om LH*[1] *Nonii* | sequestro *Priscianus*: sequestri *Nonius* | res (*vel* re) iudicata erit haec (hic *L.* haec *om GK*) *vel* res diiudicata sit *Priscianus* ‖ VI *Priscianus I* (*G. L. II*) *p. 224, 7* ‖ VII *Nonius p. 123* ‖ VIII *Priscianus I* (*G. L. II*) *p. 124, 1 et Porphyrio ad Hor. carm. I 38, 7* | qui *vel* quis *codd. Prisciani* | e myrteta *Priscianus*: per myrteta *Porphyrio* | *del Bo* ‖ IX *Nonius p. 468* ‖ X *Priscianus I* (*G. L. II*) *p. 528, 23* ‖

XI (X) Óppositast clacéndix. # At ego sígni dicam quíd si⟨e⟩t.

XII (XI) Sígnum recte cónparebat: húius contendi ánulum. 105

XIII (XVII) ⏑ ◡ – ◡ ⏑ ◡ malo hunc ádligari ad ⟨h⟩óriam,
Vt semper piscétur, etsi sít tempestas máxuma.

XIV (XVIII) hunc †iuuenem ínsui
Cúlleo atque déportari iussi †annonam bonam piscibus.

XV (III) Malím moriri meós quam mendicárier: 110
Boní miserantur íllum, hunc inridént mali.

XVI (XII) Immo íd quod haec nostrást patria et quod híc meus
Pater, íllic autem Sóterinis ést pater.

XVII (XIV) Vbi quámque pedem uíderat, subfúrabatur ómnis.

XVIII (XVI) Nunc séruos argentum á patre expalpábitur. 115

XI *Ad Prisciani I (G. L. II) p. 165, 12 vel 13 add codd. HKGL* | claxendix *vel* clasendix: *corr Loewius ex glossis* | *pers add Stu* | ego *vel* uero | *add Bo* ‖ XII *Nonius p. 258* | conparebat *vel* comparabat ‖ XIII *Fulgentius de abstr. serm. p. XIV et XV ed. L.* | maxima *vel* aliqua ‖ XIV *Idem p. XXII et XXIV ed. L.* | iuuenem hunc *et* in culleo *et* in altum deportari *cod. Brux. 9172* (*idem* piscibus *om*) ‖ XV *Nonius p. 138* | malum L^1 | mendicare *L* | ministrantur illum nunc: *corr Stu duce Lipsio* ‖ XVI *Priscianus I (G. L. II) p. 317, 23* ‖ XVII *Nonius p. 220* | uidebat: *corr Fl* | supfurabatur *vel* subpurabatur ‖ XVIII *Nonius p. 104 et 476* | nunc *om et* a patre argentum *trai Nonius loco posteriore* ‖

XIX (XV) Nam audiui feminam ego leonem semel parire.

(XX [XIX] ⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ séd leno egreditúr foras:
Hinc éx occulto †sermone atus súblegam.)

II

FRAGMENTA FABVLARVM PRAETER VARRONIANAS

1 FRAGMENTA FABVLARVM CERTARVM

ACHARISTIO

I Quám ego tanta paúperaui pér dolum pecúnia.
II Panem et polentam, uinum, murrinam.

ADDICTVS

Opus fácere nimio quám dormire máuolo:
Vetérnum metuo.

AGROECVS

Quasi lupus ab armis ualeo, clunes infractos fero. 5

XIX *Philargyrius ad Verg. Buc. II 63* ‖ XX *Nonius p. 332* (*Aulularíae tribuens: huc rettulit Guy cum Mercero*) | sermone atus (*vel* aius *vel* auis *vel* satus) ‖ *ACHARISTIO* I *Nonius p. 157* ‖ II *Plinius N. H. XIV 92* ‖ *ADDICTVS* (*cf. Gellius III 3, 14*) | *Servius plenior ad Verg. Georg. I 124* ‖ *AGROECVS* (*cf Gellius III 3, 9*) | *Nonius p. 196 et Paulus p. 61, 17* | quas *L Nonii* | infractos fero *Paulus*: desertos gero *Nonius* ‖

ANVS

ARTEMO

I Nunc míhi licet quiduís loqui: nemo híc adest supérstes.
II * * * ⟨mu⟩lionum nauteam fecisset * * * lem atque aro * * *
III et * * * ⟨rauim⟩.

ASTRABA

I Séquere adsecue, Pólybadisce: meám spem cupio cónsequi.
PO. Séquor hercle equidem: nám lubenter meá⟨m⟩ sperata⟨m⟩ cónsequor. 10
II Áxitiosae annónam caram e uíli concinnánt uiris.
III Quási tolleno[no] aut pílum graecum réciprocas planá uia.
IV Terebrátus multum sít [et]: subscudes áddite.
V Terebratum quidem pertundis.
VI Dare pédibus protinam sése ab his regiónibus. 15
VII Apluda.

BACARIA

Quis est mortalis tanta fortuna affectus umquam
Qua ego nunc sum? quoius haec uentri portatur pompa:

ANVS (*cf. Gellius III 3,9*) ‖ *ARTEMO* I *Festus p. 305, 32 et Pseudoacro ad Hor. Epo. I 5* (nemo — superstes) | hic adest (*sic Festus et Pseudoacronis A*) *vel* adest hic (*sic Pseudoacronis reliqui libri*) ‖ II *Festus p. 165, 32* ‖ III *Festus p. 274, 32* ‖ *ASTRABA* (*cf. Probus ad Verg. Bucol. p. 2, 21:* quo titulo et Plautus fabulam inscripsit, in qua mulieres in eiusmodi uehiculis inducit) | I *Varro de l. l. VI 73* (in astraba plautinea) | adseque: *corr Lachm* | herclem (*ex* erclem *vel* ercle *m. 2, ut vid*) quidem: *corr L. Spengelius* | *add Ri* ‖ II *Varro de l. l. VII 66* | ac sitiose: *corr Ald* ‖ III *Festus p. 274, 29* | *del Scal* | reciproceis: *corr O. Muellerus* | uta: *corr Scal* ‖ IV *Festus p. 306, 2* | *del Ri* ‖ V *Nonius p. 62* ‖ VI *Nonius p. 376* ‖ VII *Gellius XI 7, 4: unde Nonius p. 69* ‖ *BACARIA Macrobius III 16, 1* (baccharia: *corr Ri*) ‖

Vel nunc qui mihi in mari acipenser latuit antehac,
Quoius ego latus in latebras reddam meis dentibus et manibus. 20

BIS COMPRESSA

BOEOTIA

I PARASITVS. Vt illúm di perdant prímus qui horas répperit
Quique ádeo primus státuit hic solárium:
Qui míhi comminuit mísero articulatím diem.
Nam †me puero ué⟨n⟩ter erat solárium
Multo ómnium istorum óptumum et ue ríssumum: 25
†Vbi iste monebat ésse nisi quom níl erat.
Nunc étiam quod est, non ést⟨ur⟩, nisi solí lubet.
Itaque ádeo iam oppletum óppidumst soláriis,
Maiór pars populi | áridi reptánt fame.
II Vbi prímum accensus clámarat merídiem 30

CAECVS VEL PRAEDONES

I Nil quícquam factum nísi fabre
Nec quícquam positum síne loco,
Auro, ébore, argento, púrpura,
Pictúris, spoliis, túm statuis.
II Neque eam inuito a me umquam abduces. 35
III Spectaui ludos magnifice atque opulenter.
IV Plure áltero tantó quanto eius fúndus est
Velim.

---

19. a///cipenser *vel* ancipenser (*antea* accipenser) || *BIS COMPRESSA* (*cf. Gellius III 3, 9*) || *BOEOTIA* (Aquili*? cf. Gellius III 3, 3 sq. et 9*) | I *Gellius III 3, 5* || 21. horas *vel* oras | repperit *vel* reperit || 22. Quique *vel* Quicque || 23. com(*vel* co)minuit || 24. *add Salm* || 27. quod *vel* quid || 28. est oppidum: *trai Herm* || II *Varro de l. l. VI 89* || *CAECVS VEL PRAEDONES* I *Charisius* (*ex Iulio Romano*) *p. 199, 31* || 32. luco || II *Idem p. 202, 30* || III *Idem p. 209, 24* || IV *Idem p. 211, 27* ||

V Ita súnt praedones: prórsum parcunt némini.
VI In peregre est.
VII Velím te⟨d⟩ arbitrári factum. # Sédulumst,
†Summouentur hostes, remouentur lapides.
VIII ⏑ ⏓ ⏑ si non strénue fatétur ubi sit aúrum,
Membra éxsecemus sérra.
IX Nil feci secus quam me decet.
X Quis tú's qui ducis mé? # Mu. # Peri⟨i⟩ hercle, Áfer est.

CALCEOLVS

⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ molluscám nucem
Super éius dixit ímpendere tégulas.

CARBONARIA

I ⏓ ego pernam, súmen sueris, spétile, callum, glándia.
II Pátibulum ferát per urbem, deínde adfigat⟨úr⟩ cruci.
III Secundum eampse aram aurum abscondidi.

†CESISTIO

Dis ⟨s⟩tríbula ⟨a⟩ut de lúmbo obscena uíscera.

V *Idem p. 211, 32* ‖ VI *Idem p. 212, 20* ‖ VII *Idem p. 219, 9* ‖ 41. *add Buechelerus* | *pers sign Charisius* ‖ VIII *Idem p. 219, 16* ‖ IX *Idem p. 220, 21* ‖ X *Idem p. 240, 3* | *pers sign Bo* | pueri | *dist Fabricius* ‖ *CALCEOLVS Macrobius Sat. III 18, 9* ‖ *CARBONARIA* I *Festus p. 330, 27* | sueres: *corr Turn* | spectile: *corr ex lemmate* | galium: *corr Vrsinus* ‖ II *Nonius p. 221* | *add vir doctus in Nonii ed. Bas.* ‖ III *Priscianus I (G. L. II) p. 516, 11* | ipsam: *corr Fl* ‖ *CESISTIO Varro de l. l. VII 67* | s *add Buechelerus* | a *add Scioppius* | obscenabis cera: *corr O. Muellerus* ‖

COLAX

I Bátiolam auream ócto pondo habébam: accipere nóluit.
II Quí data fidé firmata fídentem feféllerint,
Súbdoli subséntatores, régi qui sunt próxumi, 55
Qui áliter regi díctis dicunt, áliter in animó | habent.
III Si me tu hodie inuitaueris numquam quicquam * *
IV Nexum.

COMMORIENTES

Sáliam in puteum praécipes.

CONDALIVM

I Tám crepusculó fere ut amant lámpades accéndite. 60
II pro.

CORNICVLA

I Quíd cessamus lúdos facere? círcus noster écce adest.
II Qui regi latrocinatus decem annos Demetrio. 63. 64
III Púlcrum et luculéntum hoc nobis hódie euenit proélium. 65
IV Mihí Lauerna in fúrtis celebrassít man[i]us.
V Qui amánt ancillam meám Phidullium óculitus.
VI ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ te óbsecro,

COLAX (*Terentii Eun. prol. v. 25*) I *Nonius p. 545* | habebat: *corr Ri* ‖ II *M. Caesar ad Frontonem II 10* (*p. 33 ed. Nab.*) ‖ III *Schol. Veron. ad Verg. Aen. II 670* ‖ IV *Varro de l. l. VII 104 sq.* (*fragmentum non satis certum*) ‖ *COMMORIENTES* (*Terentius Ad. prol. v. 6 et Gellius III 3, 9*) | *Priscianus I* (*G. L. II*) *p. 280, 18* ‖ *CONDALIVM* (*cf. Gellius III 3, 9*) I *Varro de l. l. VII 77* ‖ II *Festus p. 229, 20* ‖ *CORNICVLA* (*rarius CORNICVLARIA*) I *Varro de l. l. V 153* ‖ II *Varro de l. l. VII 52 et Nonius p. 134* | decem annos *Varro*: annos decem *Nonius* ‖ III *Nonius p. 63* ‖ IV *Nonius p. 134* | militaueram nam furtis: *corr Scal* | celebrassit *vel* celerassit | *del Ald* ‖ V *Nonius p. 147* (Plautus corni qui) | fedulium: *corr Winterus* ‖ VI *Nonius p. 220* (Plautus in cornicem te) ‖

Lýde, pilleúm meum, mi sodális, mea salúbritas.
VII Face[re] olant aedes arabice. 70

DYSCOLVS

∠ uirgo sum: nóndum didici núpta uerba dícere.

FAENERATRIX

I Heus tu, ín barbaria quód dixisse dícitur
Libértus suae patrónae, id e⟨g⟩o dicó ⟨tibi⟩:
'Libérta⟨s⟩ salue: uápula Papíria.'
II Quae ego populabo probe. 75

FRETVM

Nunc íllud est quod 'résponsum †Arretini' ludis magis dicitur:
Perího, si non fécero: si fáxo, uapulábo.

FRIVOLARIA

I Commodo dictitemus.
II Is míhi erat bilis, aqua íntercus, querquéra tussis.
III Sequimini me hac sultis, legiones omnes Lauernae. 80
IV Ýbi rorarii éstis? # Adsunt. # Ýbi sunt accensi? # Écce.

VII *Diomedes p. 383, 15* | *del Goe* ‖ *DYSCOLVS Festus p. 170, 23 cum Paulo p. 171, 4* (*om* ut) ‖ *FAENERATRIX* (*Varro de l. l. VII 96*) I *Festus p. 372, 27* ‖ 73. *add Scal* (tibi *in lac*) ‖ 74. *add O. Muellerus* ‖ II *Diomedes p. 401, 3* | proue: *corr Scioppius* ‖ *FRETVM Gellius III 3, 7* | ludis magis *vel* magnis ludis ‖ *FRIVOLARIA* I *Charisius p. 193, 15 et 196, 9* ‖ II *Festus p. 257, 31 cum Paulo p. 256, 13 et Priscianus I* (*G. L. II*) *p. 271, 2* | eras *vel* erat (*sic Festus*) *Priscianus* | aqua intercus *om Festus* | querqueratus *Paulus* (querque⟨ra tussis⟩ *Festus*): tussis febris *Priscianus* ‖ III *Festus p. 301, 22* (*et Paulus p. 300, 7*) | hanc stultis: *Festi codex*: *corr ex Paulo* ‖ IV *Varro de l. l. VII 58* | rorani: *corr Rholandellus* | ansunt (en *m. 2*): *corr Grothius* ‖

V Ágite nunc, subsídite omnes, quási solent triárii.
VI Naue ágere oportet quód agas, non ductárier.
VII Superáboque omnis árgutando praéficas.
VIII ⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ túnc papillae prím⟨ul⟩um 85
Soróriabant — íllud uolui dícere:
Fratérculabant. ⟨quíd⟩ opus est uerbís? ⏑ –
IX * * * agnina tene * * * ⟨stre⟩bulis.
X O amice ex multis mi[hi] une, Cephalio.

FVGITIVI

†Agerge, specta, uíde uiuices quántas. # Iam inspexí: quid es[se]t? 90

HORTVLVS

Praéco ibi adsit: cúm corona, quíque liceat, uéneat.

LENONES GEMINI

Dolet huíc puello sése uenum dúcier.

LIPARGVS

Níl moror mihi fúcum in alu⟨e⟩o ápibus qui peredít cibum.

V *Varro de l. l. V 89 et Festus p. 306, 11* | subsidete *Varro*: *corr Laetus* | subi(?)***t triario *Festus* ‖ VI *Festus p. 169, 3* ‖ VII *Nonius p. 66* ‖ VIII *Festus p. 297, 34* (*et Paulus ex edit. Thewrewkii p. 296*) | *** papillae pri*** uolui dicere *** opus est uerb *** *codex Festi*: tunc papillae primum sororiabant illud uolui dicere fraterculabant *Paulus* (*suppl Vrsinus*) ‖ IX *Festus p. 313, 3* | *suppl ex lemmate* ‖ X *Priscianus I* (*G. L. II*) *p. 188, 26* (*cf. ars anon. Bern. p. 90, 13 ed. Hag.*) | *del Bo* ‖ *FVGITIVI Varro de l. l. VII 63* | *pers sign Winterus* | qđ *cod.* | *del Scal* ‖ *HORTVLVS Festus p. 306, 12* | cuique: *corr Scal* | uentat: *corr Vrsinus* ‖ *LENONES GEMINI* (*GEMINI LEONES Accius: cf. Gellius III 3, 9*) | *Priscianus I* (*G. L. II*) *p. 231, 21 et Festus p. 249, 19* | Dolet *Priscianus*: holim *Festi codex* | huic puello *Festus*: hic puellus *Priscianus* ‖ *LIPARGVS Priscianus I* (*G. L. II*) *p. 522, 14* | *add Pareus* ‖

NERVOLARIA

I Scobína[m] ego illum | áctutum adrasí ⟨s⟩enem.
II Prohibéntque moenia ália, unde ego fungár mea. 95
III Ocíssume nos líberi possímus fier⟨i⟩ * *
IV Prodúct[a]e prodig[i]um ésse [m]amatorem áddecet.
V Vinum sublestissumum.
VI Insanum ualde uterque deamat.
VII Scrattaé scrupedae stríttiuillae sórdidae. 100

†PAGON

Honos sýncerasto péri⟨i⟩t, pernis, glá⟨n⟩dio[s].

PARASITVS MEDICVS

I In cónspicillo | ádseruabam pállium [obseruabam].
II ⏑ ⏓ cum uirgis cáseum radí potest.
III Addite lopadas, ecinos, ostreas. 104. 105
IV Domí reliqu | éxoletam uírginem.

NERVOLARIA I *Varro de l. l. VII 68* | *del Scioppius* | enim: *corr Spengelius duce Lachm* ‖ II *Festus p. 145, 31* (*et Paulus p. 144, 8*) | funger inea *apographa Festi*: *corr ex Paulo* ‖ III *Festus p. 181, 33* | *add Vrsinus* ‖ IV *Festus p. 229, 21* | a *et* i *del Vrsinus* | m *del Bo* ‖ V *Festus p. 294, 3* ‖ VI *Nonius p. 127* (Neruo: *corr Lipsius*) ‖ VII *Varro de l. l. VII 65 et Gellius III 3, 6 et Nonius p. 169* (Aulularia: *corr Bentinus*) | scratte *Gellii PR*: escrate *vel* escrapte *codd. Nonii*: scraties *cod. Varronis* | scrupede strittiuille *codd. meliores Gellii*: scruppidam stritabillas *et* ruppe ides ritabillae *Varro*: crupede strictibile *Nonius* | sordidae *Gellius et Nonius*: tantulae *Varro* ‖ *PAGON Varro de l. l. VII 61* | i *add L. Spengelius* | gladios (*corr ex* gradios): *corr Pius* ‖ *PARASITVS MEDICVS* I *Nonius p. 84* | conspicilio *vel* conspicuo | *del L. Muellerus* ‖ II *Nonius p. 200* ‖ III *Nonius p. 551* | lopades *vel* lopadas ‖ IV *Priscianus I* (*G. L. II*) *p. 489, 17* ‖

PARASITVS PIGER

I Inde híc bene potus prím⟨ul⟩o crepúsculo.
II Domum íre coepi trámite dextrá uia.
III Ámbo magna laúde lauti, póstremo ambo súmus non nauci.

†PLOCINVM

Nám colorátilem fróntem habet, petilús⟨t⟩, habrus. 110

SATVRIO

I Catulinam carnem esitauisse Romanos (Plautus in Saturione refert).
II Retrahí nequitur quóquo progressást semel.
III Mále tibi euenísse uideo. # Gláber erat tamquám rien.
IV Súbcenturia[cen]túm require, quí te delectét domi.

†SCEMATICVS

Nám pater tuos númquam cum illa étiam limauít caput. 115

SITELLITERGVS

I Mulieres †uxorculauit: ego noui, scio axitio⟨s⟩a quam sit. 116. 117
II †fit ea míhi insignitos púeros pariat póstea

PARASITVS PIGER I *Varro de l. l. VII 77* | de ne potus: *corr Pius* | *add Scal* ‖ II *Varro de l. l. VII 62* ‖ III *Festus p. 166, 12* ‖ *PLOCINVM Nonius p. 149 et 204* | nam coloratilem *vel* nam coloratum | petilis habis *vel* petulis habris: *corr Scal, add Ri* ‖ *SATVRIO* (*cf. Gellius III 3, 14*) I *Paulus p. 45, 3* ‖ II *Festus p. 162, 29* ‖ III *Festus p. 277, 15 cum Paulo p. 276, 3 et Hageni Anecd. Helv. p. CLXXV* (glaber — rien) | *pers sign Bo* ‖ IV *Festus p. 306, 27* | *del Dziatzko* ‖ *SCEMATICVS Nonius p. 334* (idem scematico) | tuus *vel* tus | limabit: *corr Lipsius* ‖ *SITELLITERGVS* I *Varro de l. l. VII 66* | ac sitio aquam sic: *corr Ald et Schoe* ‖ II *Festus p. 375, 18* (in silitergo) ‖

Aút uarum aut ualgum aút compernem aut paétum aut b⟨r⟩occhum fílium.

TRIGEMINI

Nísi fugissem in[quit] médium, credo, praémorsisset ⏑ ⏑ – 120

---

2 FRAGMENTA FABVLARVM INCERTARVM

I Epeúm fumificum quí legioni nóstrae habet coctúm cibum.
II Quod uolt densum, ciccum non interduo.
III Gannít odiosus ómni totae fámiliae.
IV (XVII) Licet uos abire curriculo.
V (XVIII) Iam tíbi tuis meritis crássus corius réddítust. 5
VI (XIX) Dí bene uortant: téne cruminam, ínerunt trigintá minae.
VII (XXI) Núllam ego rem citiórem apud homines ésse quam famám reor.
VIII (XXII) Stúltus est aduórsum aetatem et cápitis canitúdinem.
IX (XXIII) Conruspare tua consilia in pectore.
X (XXIV) Númnam mihi oculí caecultant: éstne hic noster Hérmio? 10
XI (XXV) Eiurauit militiam.
XII (XXVI) Sic me subes cottidie quasi fiber salicem. 12. 13
XIII (XXVIII) Init te umquam febris?

TRIGEMINI Gellius VI 9, 7 | *del Winterus* ‖ I *Varro de l. l. VII 38* ‖ II *Idem VII 91* ‖ III *Idem VII 103* ‖ IV *Paulus p. 49, 6* ‖ V *Idem p. 60, 7* ‖ VI *Idem p. 60, 10* ‖ VII *Idem p. 61, 16* ‖ VIII *Idem p. 62, 1* ‖ IX *Idem p. 62, 2* ‖ X *Idem p. 62, 3* ‖ XI *Idem p. 77, 17* ‖ XII *Idem p. 90, 3* ‖ XIII *Idem p. 110, 11* ‖

XIV (XXIX) Nèque múneralem légem nèque lenóniam 15
Rogáta fuerit nécne flocci | aéstumo.

XV (XXX) Pérfidiosè cáptus edepol néruo ceruicés probat.

XVI (XXXI) Muriáticam autem uídeo in uasis stágneis
†Naricam bonam et canutam et taguma
†Quinas fartas, cónchas piscinárias. 20

XVII (XXXII) Nón ego te nouí, naualis scríba, columbar[i] ínpudens?

XVIII (XXXIII) Níl deconciliáre sibus, nísi qui persibús sapis.

XIX (XXXIV) Sacrum án profanum | hábeas parui pénditur.

XX (XXXVI) Vix super * * * e misero mihi ac * * * ⟨reglescit⟩.

XXI (XXXVII) * * surus * * non est tibi. 25

XXII (XXXVIII) Vlcerosam, cónpe[n]ditam, súbuerbustam, sórdidam.

XXIII (XXXIX) Venter su⟨i⟩llus di * * * ⟨scr⟩utillum ego me hodie * * * esa farte biberem.

XXIV (XLIII) Mittébam uinum púlcrum murrinam.

XXV (XLIV) [In XII tabulis legum nostrarum nusquam nominatur uilla, semper in significatione ea hortus, in horti uero heredium, quam ob rem comitata est et religio quaedam, hortoque et foro tan-

---

XIV *Paulus p. 143, 4* ‖ XV *Festus p. 165, 25* | eoepol: *corr Scal* ‖ XVI *Idem p. 166, 21* ‖ XVII *Idem p. 169, 7* | *del Scal* | *Cf. Amph. fragm.* XX ‖ XVIII *Idem p. 217, 26* | de consiliaresibus: *corr Buechelerus* | persicus: *corr Scal* ‖ XIX *Idem p. 229, 9* (*Paulus p. 228, 15*) ‖ XX *Idem p. 278, 30* (*Paulus p. 279, 5*) ‖ XXI *Idem p. 298, 1* (*sequitur:* item: nam qui * * * cus surculis * * * m tum poli * * * aut asulae * * * rus surum * * * re possent: *ubi latet fortasse aliud fragmentum Plautinum ad* surum *pertinens*) ‖ XXII *Idem p. 309, 17* | Vicerosam: *corr Vrsinus* | *del idem* ‖ XXIII *Idem p. 333, 3* | sullus di * * * inillum: *corr Vrsinus ex lemmate* ‖ XXIV *Plinius N. H. XIV 15* ‖ XXV *Idem N. H. XIX 19* ‖

tum contra inuidentium effascinationes dicari uidemus in remedio saturica signa, quamquam] hortos tutelae Veneris adsignante Plauto.

XXVI (XLV) Quid ést? # Hoc rugat pállium: amíctus non sum cómmode. 30

XXVII (XLVI) Exí tu, Daue, age spárge: mundum | ésse hoc uestibulúm uolo:
Venús uenturast nóstra: non hoc púlueret.

XXVIII (XLVIII) In péllibus perículum porténditur.

XXIX (XLIX) Cilíx, Lycisce, Sósio, Stic⟨h⟩e, Pármeno,
Exíte et ferte fústes priuos ín manu. 35

XXX (XLVII) Dulcia Plautus ait grandi minus apta lieni.

XXXI (L) Glirium examina.

XXXII (LI) Quid murmurillas tecum et te discrucias.

XXXIII (LII) Leuiór es quam tippúla.

XXXIV (LIII) Néc machaera[m] aúdes dentes frendere. 40

XXXV (LIV) Inimícus esto, dónicum ego reuénero.

XXXVI (LVI) ⏑ síqua forte cóntiost ubi éum hietare nóndum
In méntem uenit.

XXXVII (LVII) Ego illi uenear.

XXXVIII (LVIII) Vinúm precamur: nam híc deus praeséns adest. 45

XXVI *Gellius N. A. XVIII 12, 3* (*pers sign Buechelerus*) ‖ XXVII *Idem ibidem § 4* | uestra *vel* nostra ‖ XXVIII *Porphyrio ad Hor. Serm. I 6, 22* | inpellis *vel* inpellibus ‖ XXIX *Pseudoacro ad Hor. Serm. II 5, 11* ‖ XXX *Serenus Sammonicus de med. v. 425 ed. Baehr.* ‖ XXXI *Nonius p. 119* | glirium *vel* gliuium ‖ XXXII *Idem p. 143* ‖ XXXIII *Idem p. 180* ‖ XXXIV *Idem p. 447* | *del Bo* ‖ XXXV *Charisius p. 197, 18* (*ex Iulio Romano*) ‖ XXXVI *Diomedes p. 345, 5* | mente *vel* mentem ‖ XXXVII *Idem p. 368, 24* | uindar ‖ XXXVIII *Diomedes p. 458, 25 et Servius ad Aen. I 724 et Donatus Art. gramm. p. 400, 14 et Pompei Comm. p. 307, 10 et Isidorus Orig. I 36, 9* |

XXXIX (LIX) Cette patri meo.
XL (LX) Haec praesepes meast.
XLI (LXI) Néque ego ad mensam públicas res clámo
neque legés crepo.
XLII (LXII) Et égo te conculcábo ut sus catulós suos.
XLIII (XLIII) Hunc sermonem institi. 50
XLIV (LXIV) Properate prandium.
XLV (LXV) Corpus tuom uirgis ulmeis inscribam.
XLVI (LXVI) Paupera est haec mulier.
XLVII (LXVII) Ipsa sibi auis mortem creat.
XLVIII (LXVIII) Pro laruato te circumferam. 55
XLIX (LXIX) Castrum Poenorum.
L (LXX) dissipábo
Te támquam folia fárfari.
LI (LXXI) Faciles oculos habet.
LII (LXXIII) Mecum †habet patagus morbus aes. 60
LIII (LXXIV) Qui talis est de gnatabus suis.
LIV (LXXIX) Probus quidem antea iaculator eras.
LV (LXXX) Linna coopertast †testrio gallia.
LVI (LXXXI) ⏑ ⏓ siquid factúrus es, appénde in
umeris pállium
Et †pergat quantúm ualet tuorúm
pedum pernícitas. 65

---

pracamur *Diomedis B*: precatur *Donati S*: precemur *Servius et maior pars codicum Pompei* ‖ XXXIX *Cledonius p. 59, 22 et Pompei Comm. p. 240, 23 et Marius Plotius Sacerdos p. 490, 20* (Cette) *et Phocas p. 436, 15* (*item*) ‖ XL *Marius Plotius Sacerdos p. 472, 26 = Probi Cath. p. 8, 4* ‖ XLI *Servius Dan ad Aen. I 738* ‖ XLII *Idem ad Aen. II 357* ‖ XLIII *Idem ad Aen. IV 533* ‖ XLIV *Idem ad Aen. IX 399* (*cf. Additamentum ad Georg. IV 170* [properant]) ‖ XLV *Servius ad Aen. I 478* ‖ XLVI *Idem ad Aen. III 539 et XII 519* ‖ XLVII *Idem ad Aen. VI 205* ‖ XLVIII *Idem ad Aen. VI 229* ‖ XLIX *Idem ad Aen. VI 775* | poenarum: *corr ex r* ‖ L *Idem ad Aen. VII 715* ‖ LI *Idem ad Aen. VIII 310* ‖ LII *Macrobius Sat. V 19, 11* | pęagus: *corr Canterus* ‖ LIII *Priscianus I* (*G. L. II*) *p. 293, 19* | qui *vel* quin ‖ LIV *Isidorus Orig. XIX 5, 2* ‖ LV *Idem Orig. XIX 23, 3* (*unde pendet liber glossarum*) | cooperata est *liber glossarum* (cooperta *vulgo*) ‖ LVI *Idem Orig. XIX 24, 1* ‖

LVII (LXXXII) aéneis
Coculís mihi excoctast ómnis miseri-
córdia.

LVIII (LXXVI) Acieris.
LIX (IV) Addues.
LX (IX) Ad exitam aetatem. 70
LXI (VI) Adfabrum.
LXII (VIII) Aeneolo.
LXIII (LXXV) Aequiter.
LXIV (XI) Aerumnula(s).
LXV (VII) Alimodi.
LXVI (X) Angina(m) uinaria(m). 75
LXVII (V) Aristophorum.
LXVIII (LXXV) Asperiter.
LXIX (XIV) Bellitudinem (?).
LXX (XVI) Bellule.
LXXI (XV) Binominis. 80
LXXII (XII) Bitienses.
LXXIII (XIII) Blandicella.
LXXIV (LV) Butubatta.
LXXV (XX) Custoditio.
LXXVI (LXXVII) Glos. 85
LXXVII (XXVII) Herbam do.
LXXVIII Interluere mare.
LXXIX (XXXV) Pullaria(m).

LVII *Idem Orig. XX 88, 1 (cf. Placidus C. G. L. V p. 14, 36 = 55, 32)* ‖ LVIII *Pseudophiloxenus C. G. L. II p. 13, 9* ‖ LIX *Paulus p. 27, 14* ‖ LX *Idem p. 28, 5* ‖ LXI *Idem p. 28, 1* ‖ LXII *Idem p. 28, 3* ‖ LXIII *Priscianus II (G. L. III) p. 71, 1* ‖ LXIV *Paulus p. 24, 1* ‖ LXV *Idem p. 28, 2* ‖ LXVI *Idem p. 28, 7* ‖ LXVII *Idem p. 27, 15* ‖ LXVIII *Priscianus II (G. L. III) p. 71, 1* ‖ LXIX *Paulus p. 35, 11* ‖ LXX *Idem p. 36, 4* ‖ LXXI *Idem p. 36, 1* ‖ LXXII *Idem p. 35, 7* ‖ LXXIII *Idem p. 35, 9* ‖ LXXIV *Charisius p. 242, 10 (ex Iulio Romano)* ‖ LXXV *Paulus p. 61, 15* ‖ LXXVI *Pseudophiloxenus C. G. L. II p. 34, 29 (cf. ibid. 32)* ‖ LXXVII *Paulus p. 99, 7* ‖ LXXVIII *Isidorus Orig. V 26, 18* ‖ LXXIX *Paulus p. 243, 3* ‖

LXXX (LXXII) Scelerare.
LXXXI (XL) Thocum. 90
LXXXII (XLI) Vesperna.

3 FRAGMENTA DVBIA ET SVSPECTA

I (IV) amoris imber grandibus guttis
Nón uestem modo pérmanauit, séd in medullam ultró fluit.
II (VI) Pílleum quem habuít deripuit eúmque ad caelum ⟨súsʼ⟩tulit.
III (IX) Numquam ad ciuitatem uenio nisi quom infertur peplum.
IV (XI) Fortásse te⟨d⟩ amáre suspicárier. 5
V (XII) Argéntum hinc facite.
VI (XIII) Flocci pendo quid rerum geram.
VII (XIV) Cistellam mihi offers cum crepundiis.
VIII (XVI) Quid tu o momarsicule homo praesumis?
IX (I) Coquitare. 10
X (III) Essentia, queentia.
XI (II) Fucilis.

LXXX *Servius ad Aen. III 42* ‖ LXXXI *Paulus p. 367, 8* ‖ LXXXII *Idem p. 368, 8* ‖ I *Fronto II 2 p. 27 ed. Naber* | *Cf. Most. v. 142* ‖ II *Nonius p. 220* (Plautus Captiuis) | diripuit *et* tollit: *corr Bo* | *Cf. ad Capt. ed. maior. p. 95* ‖ III *Servius ad Aen. I 480* | *Cf. Merc. v. 66 sqq.* ‖ IV *Donatus ad Ter. Hec. III 1, 33* | *add Ri* | suspicabere: *corr Ri* | *Cf. Bacch. fragm. XXI* ‖ V *Idem ad Ter. Phorm. IV 3, 30* | *Cf. Bacch. fragm. XXII* ‖ VI *Fulgentius p. XIX ed. L.* ‖ VII *Idem p. XXII. XXIII ed. L.* | affers *cod. Brux. 9172* | *Cf. Cist. 655 sq. 709* ‖ VIII *Osbernus p. 332* (*cf. p. 360, ubi* quid ais momarsicule homo *habet cod. Regin. 1392*) | *Cf. Paulus p. 140, 1* ‖ IX *Paulus p. 61, 18* | *Cf. Aul. v. 408* ‖ X *Quintilianus II 14, 2* (*cf. III 6, 23*): *sed VIII 3, 33 haec interpretatio Sergio Flavo addicitur, eadem a Seneca ep. 58, 6 Fabiano* ‖ XI *Paulus p. 92, 13* (*cf. Placidus C. G. L. V p. 21, 36 = p. 68, 12*) ‖

XII (Inc. XLII) Hannibālem, Hasdrubālem, Hamilcārem.

XIII (VIII) Meminens.

XIV (X) Reboo. 15

XV (V) [Posticam feminino genere consuetudine appellamus. Lucilius . . . Varro *Ταφῇ Μενίππου*: Perrexit ⟨in⟩ interioris partis domuis posticae, ut ait Plautus,] penitissumae.

XVI (VII) (Plautus) inducit inter multos amatorem positum dicentem quod solus sit.

XII *Gellius N. A. IV 7, 1 (ex Probo)* | *Cf. Poen. v. 997* ‖ XIII *Servii [Sergii] comm. in Don. p. 441, 2 (ex eodem ut videtur fonte cum Prisciano G. L. II p. 560, qui Laevio tribuit)* ‖ XIV *Marius Plotius Sacerdos p. 491, 3 = Probi Cath. p. 38, 31* | *Cf. Amph. v. 232* ‖ XV *Nonius p. 217* | penitissime: *corr Mercerus* | *Cf. Pers. v. 522* ‖ XVI *Servius ad Aen. IV 82* | *Cf. Amph. 640* ‖

CONSPECTVS METRORVM

I 1. Iambici senarii: Amph. 1—152. 463—498. 861—955. 974—983. 1006—1008. fragm. XI—XIII. 1131—1143. Asin. 1—126. 746—829. Aul. 1—119. 280—392. 394—405. 475—586. 661—712. 832. fragm. I—III. V? Bacch. 1—5. 10—12. 26—30. 32—34. 109—367. 500—525. 573—611. 669. 761—924. 997—1075. Capt. 1—194. 202. 361—384. 659—767. Cas. 1—143. 309—352. 424—514. 563—620. 710—712(1). 759—797. 847—854. Cist. 120—202. 267—304. 374—433. 456. 536—630. 747—773. Curc. 1—95. 216—279. 371—461. 635—678. Epid. 24. 46. 47. 186. 306—319. 382—525. Men. 1—109. 226—350. 356. 466—570. 586. 701—752. 872—898. Merc. 1—110. 134. 225—334. 544—587. 667—829. Mil. Gl. 1—155. 481—595. 813—873. 1094—1136. 1284—1310. 1378—1393. Most. 1—84. 409—689. 747—782. 899. 900. 993—1040. Pers. 53—167. 329—469. 501—512. 520—527. 673—752. Poen. 1—209. 410—503. 615—816. 930—1173. 1196. 1304—1397. Pseud. 1—132. 193. 394—573^{b}. 767—904. 998—1102. Rud. 1—184. 254. 450—558. 593—614. 780—905. 1191—1204. 1227—1264. 1338—1356. Stich. 48—57. 155—273. 288^{b}. 300. 402—504. 641—673. 762—768. Trin. 1—222. 392—601. 729—819. 998—1007. 1093—1114. Truc. 1—94. 210? 224—227. 241—247. 251. 322—447. 631—698. 722. 724. Vid. 1—55. 69—91. 100—103. 110—113. 115. 117. 118. Fragm. fab. cert. 3. 4. 13. 15. 21—30. 37. 39. 41. 42? 46. 47. 48. 52. 66. 67. 72—74. 83—87. 92. 94. 95. 97. 100—103. 106—108. 112. Fab. inc. 3. 5. 15. 16. 18—20. 23. 32? 33—35. 41. 45. 49. 66. 67. Dub. et susp. 5 [= Bacch. fr. XX] (= 8253).

I 2. Iambici septenarii: Asin. 381—503. 545—745. Aul. 803—807. Bacch. 668? 989^{a}? Capt. 200. 223. 231. 837. Cas. 715—718 (1). 825. Cist. 38—58. 305. 306—372. 697. 705—746. Curc. 103. 104. 110. 123. 487—532. Epid. 9. 179. 180.

332. 336—381. Men. 133. 134. 980. Merc. 499—543. Mil. Gl. 354—425. 874—946. 1216—1283. Most. 157—247. 746. Pers. 1? 2? 7. 8. 19—22. 43—46. 49—51. 52? 279—328. Poen. 239. 821. 822. 1199? 1200. 1227—1273. Pseud. 153. 155. 156. 159. 160. 172. 219. 264. 589. 915. 1257. 1272. Rud. 219. 290—413. 682—705. 945? 946? 962. 1281—1337. Stich. 275? 674—682. 770. 771. 774. 775. Trin. 233. 234. Truc. 130—209. 217—223. 237—240. 252—255. Vid. 114. Fragm. fab. cert. 6. 43? 44? 77. Fab. inc. 39. 57. 58 (= 1376).

I 3. Iambici octonarii: Amph. 153—158. 180—218. 248—262. 984—1005. 1053—1061. 1063. 1066. 1069—1071. 1073—1085. Asin. 830—850. Aul. 412—414. fragm. IV. Bacch. 925—952. 957—962. 965—968. 973—978. 987. 988. 995. Capt. 195. 196. 198. 199? 203. 224. 225. 516—524. 533. 536—540. 770 sq. 773. 776—780. 833 sq. 909—921. Cas. 229—231. 251. 637—640 (2). 930—933. Cist. 33? 450—455. 457. 460. 462. 463. Epid. 7. 8. 18—22. 25—28. 37—43. 48. 49. 58. 61—63. 185. 188. 193—195. 331. 334. 531. 532. Men. 128. 129. 131. 132. 585. 979. 986. 987. 995—1002. 1060—1062. Merc. 111—127. 132. 133. 137—140. Most. 103. 104. 107. 118. 128. 132. 143. 146—148. 727/728. 742—745. Pers. 3—6. 9—12. 23—25. 47. 48? 255. 256. 268? 269. 270. 271? 485/486. Poen. 817—820. 1192—1195. 1197. 1198. 1226. Pseud. 146—152. 154 157. 158. 169. 170. 171. 185. 186. 188—192. 227. 576. 600. 919. 1133. 1134. Rud. 255. 920. Stich. 274. 278. 279. 281. 283—287. 289. 290. 294—299. 301. 303—305. 307. 308. 769. Trin. 238? 282. 285. 286. Truc. 213. 214. 215. 216. 595? 596? Fragm. fab. cert. 76. Fab. inc. 1. 30. 31. 64. 65 (= 426).

I 4. Iambici octonarii hypermetri: Amph. 1067. Bacch. 971. 996. Pers. 34. 39. Stich. 291.

I 5. Iambici dimetri acatalecti: Bacch. 646. 970. Capt. 197. 206[a]. Cas. 708/709. 713/714. 733. Epid. 59—60[b] (3). 182. 189. Men. 120—122 (5). 352. 583. 596—600 (11). 1004—1006 (5). Merc. 135—136[b] (3). Most. 902[b]. Pers. 32[b]. 38. 773[b]. 774[a]. 812. 855[b]. Pseud. 205—206 (3). 923[a]. 923[c]. 924[a]. 924[b]. 1258. 1268[a]. 1277[a]. 1278[a]. 1291. 1305. Rud. 206[a]. 206[b]. 676. 938[a]—944[b] (13). Stich. 282? Trin. 254. 255[a]. 260[a]. Truc. 115. 119. 581. Fragm. fab. cert. 31—33 (= 84). Cf. I 14. 16. 18. 20.

I 6. Iambici dimetri catalectici: Capt. 784. Bacch. 1121[b]. 1139[b]. 1140[b]. Cas. 161. 162. 724. 729—732. 833. 838. Cist. 695. 696. Curc. 120[a]. Men. 355. Most. 90. 98. 102. 127. 877. Pers. 854—855[a] (3). Pseud. 187. 1268[b]. Rud. 197. 265. 284. 289 (= 31). Cf. I 7. 15. 17. 21. V 11.

I 7. Iambicus dimeter catalecticus bis positus: Pseud. 1254. Cf. I 6.

I 8. Iambici dimetri hypercatalecti: Most. 794? Pseud. 922.

I 9. Iambica tripodia acatalecta: Pers. 856[a]. Cf. I 15. 22.

I 10. Iambici monometri acatalecti: Cas. 153. 154. 898. 899. Cf. VI 5.

I 11. Iambici monometri catalectici: Cas. 900. Cist. 464. Cf. I 14. III 10.

I 12. Iambici monometri hypercatalecti: Pseud. 207. Trin. 255[b]. Cf. I 13. 16. 19. V 12—14.

I 13. Iambici monometri hypercatalecti bis positi: Capt. 215[b]. Most. 784? 794? 870.

I 14. Iambici dimetri acatalecti cum iambicis monometris catalecticis: Cas. 236. 826. Stich. 9. 12—14 (2).

I 15. Iambica tripodia acatalecta cum iambico dimetro catalectico: Rud. 218?

I 16. Iambici dimetri acatalecti cum clausula Reiziana: Aul. 153—160. 415—446. Bacch. 1124. Cas. 755. 756. 758. Most. 330. 346. 347. 858. 892. Rud. 185. 195. 675[b]. Stich. 3. 4. 5. 7[b]. 8? 772. 773. Trin. 236? 284. Truc. 128. 129 (= 63). Cf. I 12. 17. III 12.

I 17. Iambicus dimeter catalecticus cum clausula Reiziana: Rud. 285.

I 18. Iambicus dimeter acatalectus cum trochaica tripodia acatalecta: Curc. 102.

I 19. Iambicus monometer hypercatalectus cum anapaestico monometro hypercatalecto: Stich. 7[a]. 15.

I 20. Iambicus dimeter acatalectus cum trochaico monometro acatalecto: Trin. 280.

I 21. Iambicus dimeter catalecticus cum trochaica tripodia acatalecta: Truc. 100—102 (2)?

I 22. Iambica tripodia acatalecta cum cretico dimetro acatalecto (?): Rud. 264.

I 23. Iambici incerti generis: Cist. 458. 459. 461. Most. 142. Pers. 849/850. Truc. 595. 728/29.

II 1. Trochaici septenarii: Amph. 222. 263—462. 499—550. 585—632. 654—860. 956—973. 1009—1034. fragm. III—V. VII—X. XIV. XX. 1035—1052. 1064. 1065. 1068. 1086—1130. 1144—1146. Asin. 138—380. 504—544. 851—947. Aul. 161—279. 393. 411? 447—474. 587—660. 730—802. 808—818. 823. Bacch. 35—108. 368—499. 526—572. 671—760. 956. 963. 964. 969. 972. 984. 986. 991. 994. 1117—1119. 1141—1148. 1207—1211. Capt. 201? 242—360. 385—496. 525—532. 534. 535. 541—658. 768. 769. 772. 774. 775. 791—832. 838—908.

930—1036. Cas. 163. 252—308. 353—423. 515—562. 798. 799. 801—807. 809—814. 910. 963—1018. Cist. 5. 7. 22. 59—119. 231—266. 465—535. 631—670. 774—787. Curc. 158—215. 280—370. 462—486. 533—634. 679—729. Epid. 1. 2. 10. 12—17. 23. 30. 32—36. 44. 45. 51—56. 64—66. 71. 72. 79—84. 86. 88. 90[a]. 91. 93. 95. 99—165. 190—192. 196—305. 326. 333. 537? 543. 545. 547—733. Men. 123—127. 130. 135—225. 369—465. 595. 604—700. 775—871. 899—965. 988—994. 1003. 1008—1059. 1063—1162. Merc. 128—131. 141—224. 364—498. 588—666. 830—1026. Mil. Gl. 156—353. 426—480. 596—812. 947—1010. 1137—1215. 1311—1377. 1394—1437. Most. 115. 117. 145. 154—156. 248—312. 325. 348—408. 737. 740. 804—857. 883. 884. 897. 898. 904—992. 1041—1181. Pers. 18. 28. 30. 32[a]. 35. 37. 41. 42. 183—191. 194. 195. 198. 199. 203—250. 260—262. 265? 267. 274—276. 470. 471. 473. 475—477. 479—484. 489. 513—519. 528—672. 820—838. 842. 852. 853. 857. Poen. 261—409. 504—614. 823—929. 1201—1225. 1274—1303. 1398—1422. Pseud. 138. 140. 145. 196. 199. 200. 204. 208? 214. 220. 223. 226. 229. 265—393. 576. 578. 584—585[b] (3). 604—766. 914. 925. 951—997. 1107. 1113. 1123—1125. 1136—1245. 1279. 1313. Rud. 256. 257. 283? 414—449. 559—592. 615—663. 706—779. 963—1190. 1205—1226. 1265—1280. 1357—1423. Stich. 58—154. 293. 306. 330—401. 505—640. 683—761. Trin. 253. 301—391. 602—728. 843—997. 1008—1092. 1120—1189. Truc. 228—236. 256—321. 465—550. 561—565. 575—580. 586. 587. 620. 629? 630. 699—710. 719. 727. 730—968. Vid. 56—68. 94. 95. 96—99. 104—108. Fragm. fab. cert. 1. 9—12. 49. 50. 53—56. 60. 62. 65. 68. 69. 71. 82. 90? 91. 93. 110. 113—115. 118. 119. 120? Fab. inc. 6. 7. 8. 10. 17. 21 (= Amph. fragm. XX). 22. 26. 48. Dub. et susp. 1. 2. 3 (= 8832).

II 2. Trochaici octonarii: Aul. 406—410. 727—729. 819—822. 827—830. Bacch. 7. 612—615. 628. 642. 953—955. 979—981? 982. 983. 985. 992. 993. Capt. 240. 241. 928. 929. Cas. 240—246. 677. 706. 707. 859. Cist. 6. 18. 19. Epid. 69. 70. 77. 78. 526. 536. 542. Men. 119. 357. 359. 590. 591. 594. 1007. Merc. 341. 356. 359. 362. 363. Pers. 13—16. 26. 36. 40. 192. 193. 196. 200—202. 257—259. 263. 264. 266. 272. 273. 472. 474. 478. 487. 488. 819. 839—841. 851. Pseud. 142—144. 161—164. 173. 194. 197. 198. 201. 203. 209. 210. 215. 218. 221. 225. 228. 243. 249. 255/256? 590. 1259. 1260. 1269. 1273—1275. 1283. 1284. Rud. 217. 922. 923. Stich. 276. 277. 280. 292.

302. Trin. 252. Truc. 621. 726. Fragm. fab. cert. 109. (= 147).

II 3. Trochaici dimetri acatalecti: Cas. 674. Curc. 134. 137. Pers. 31. Pseud. 139. Cf. II 14. 15. IV 7.

II 4. Trochaici dimetri catalectici: Amph. 1072. Aul. 824—826. Bacch. 20. Cas. 158. 800. 808. 914. 941. 953—955. Cist. 24. 32. Curc. 111. Epid. 3—6. 11[a]. 11[b]. 31[a]. 31[b]. 73. 74. Most. 333. 885[a]. 885[b]. 886[b]. Pers. 27. 197. Poen. 259. Pseud. 195[a]. 195[b]. 202[a]. 202[b]. 211—213. 216. 217. 222. 224. 577. 579. 1135[b]. Stich. 288[a] (= 48). Cf. II 5. 16. 17. 18. 20. IV 6. 13.

II 5. Trochaici dimetri catalectici bis positi: Epid. 97. Men. 985[b].

II 6. Trochaicae tripodiae acatalectae: Capt. 207[b]. Cas. 152. 818. 824. 830. 956. Most. 721. 886[a]? Pers. 774[b]? Poen. 260 (bis)? Cf. I 18. 21. II 14. 16. IV 9. VI 8. VIII.

II 7. Trochaicae tripodiae catalecticae: Rud. 200. 201[b]. Cf. II 8. 9. 15. 17. 19. 21. 22. IV 8.

II 8. Trochaicae tripodiae catalecticae bis positae: Bacch. 620. 643. 645. Cas. 248. 911. 942. Cist. 692. Curc. 117. Most. 315. 345. 872. Poen. 258. Pseud. 259. 1109. 1267. 1280[a]. 1280[b]. 1293. 1302. 1308. 1310. Rud. 231. 924 (3). Truc. 116. 593 (= 27).

II 9. Trochaica tripodia catalectica ter posita: Trin. 276.

II 10. Trochaicae pentapodiae acatalectae: Cas. 645? Most. 317. 318.

II 11. Trochaicae pentapodiae catalecticae: Rud. 229. 230. 232.

II 12. Trochaicae hexapodiae catalecticae: Epid. 166[a]. 166[b]. Most. 703? 704. 705.

II 13. Trochaici monometri acatalecti: Amph. 247. Rud. 681[b]. Cf. I 20. IV 10. 12.

II 14. Trochaici dimetri acatalecti cum trochaicis tripodiis acatalectis: Bacch. 670? 979—980? Epid. 50? Cas. 630—636. 913. Pers. 30. Truc. 627. 628. Fragm. fab. cert. 81?

II 15. Trochaici dimetri acatalecti cum trochaicis tripodiis catalecticis: Pseud. 954? Truc. 626?

II 16. Trochaici dimetri catalectici cum trochaicis tripodiis acatalectis: Cas. 894. Men. 111. Most. 882. 893. 894.

II 17. Trochaicus dimeter catalecticus cum trochaica tripodia catalectica: Cist. 694.

II 18. Trochaicus dimeter catalecticus cum trochaico monometro catalectico: Truc. 122?

II 19. Trochaica tripodia catalectica cum trochaico dimetro catalectico: Most. 138.

II 20. Trochaicus dimeter catalecticus cum cretico dimetro catalectico: Most. 880. Trin. 247?

II 21. Trochaica tripodia catalectica cum cretico dimetro acatalecto: Most. 111? 733?

II 22. Trochaica tripodia catalectica cum thymelico (_ ⏑ ⏑ ⏑ _): Most. 344.

II 23. Trochaici incerti generis: Epid. 544. 546. Men. 887. Most. 328. 709. Pers. 29[b]. Truc. 590.

III 1. Anapaestici septenarii: Aul. 720. Bacch. 640. 641. 1077. 1079. 1080. 1083. 1085. 1087. 1088. 1091. 1101—1108. 1149. 1150. 1154. 1156. 1157. 1159—1166. 1168—1171. 1173. 1174? 1175—1178. 1180. 1181. 1183—1192[a]. 1195—1199. 1201. 1202. 1204—1206. Capt. 209. Cas. 220. 221. 228. 237. 238. 723. 725. 744/745. 875—877. 882. Cist. 26. 203—205. 671. 675. 678. 702—704. Curc. 132. 141—146. Epid. 541. Men. 589. 602. 603. Mil. Gl. 1011—1020. 1022—1093. Pers. 171. 172. 181? 182? 492. 495. 754? 768? 770—772. 778. 779. 783. 784. 788. Poen. 1179. 1184—1186. Pseud. 176. 177. 181. 231. 233—235. 236? 237. 238. 593/594. 908. 937. 938. 939[b]. 940. 943. 945. 946. 949. 1121. 1132. 1253. 1295. 1321. 1325—1327. 1330/1331. Rud. 198. 225. 226. 228. 962. Stich. 321/322. 327. 329. Trin. 288. 289/290. 834? 836? Truc. 114. 449/450? 606. 607/608. 613? 614. 616. 618 (= 249).

III 2. Anapaestici octonarii: Aul. 151/152. 713—719. 721—725. Bacch. 1076. 1078. 1081. 1082. 1086. 1089. 1090. 1092—1100. 1151. 1152? 1153. 1167. 1172. 1182. 1193? 1194. Capt. 208. Cas. 165/166. 182. 210/211. 217—219. 222—227. 239. 719—722. 727. 728. 819/820. 878—882. Cist. 25. 679. 688. 698. 699. Curc. 126—131 (5). 138. 139. Epid. 170[b]—172 (1). Men. 588. 981? 982. 983. 984? Mil. Gl. 1021? Most. 862. 878. 888. 895/896? Pers. 168—170. 173. 174. 491. 493. 494. 496—500. 753. 755—757. 760—767. 769. 780. 781. 782. 785—787. 789/790—793. 794? 795. 796. 843—847. Poen. 1174—1178. 1180. 1181? 1182. 1187. 1188. 1191[a]. Pseud. 133—137. 165—168. 174. 175. 178—180. 182—184. 230. 232. 574. 575. 580. 583. 588. 592. 595—598. 601. 603. 905—907. 908. 910—913. 941. 942. 944. 947. 948. 1103. 1104. 1111/1112. 1120. 1261. 1315. 1316. 1322—1324. 1328/1329. Rud. 187[a]? 220—224. 227. 912—914 (2). 921. 928—932. Stich. 309—311. 312? 319/320. 328. Trin. 290/291. 292. 299/300. 820—830. 832. 833. 835. 837—839. Truc. 103—108 (3)? 109—112. 553. 558? 559. 571. 603. 604/605. 609? 610—612. 615? 617. 711 (= 257).

III 3. Anapaestici octonarii hypermetri: Amph. 1062. Cas. 821/822. Poen. 1183. 1191[a]? Pseud. 602. 939[a]. Truc. 572/573?

III 4. Anapaestici dimetri acatalecti: Aul. 146. 149. 150. Capt. 206[a]. Bacch. 616. 1084. 1116. 1158. 1179. Capt. 215[a]. Cas. 167. 205—208. 646. 647. 660. 661. 734—736 (2). 741. 751. 823. 841. 890—892. Cist. 8. 10. 207. 209. 214—216. 221. 223. 225. 226. 689. Curc. 97[b]. 114. 140. Men. 351. 353. 354. 361—365. 367. 368. Merc. 337. 339. 340. Most. 89[a]. 94. 331. 332. 876. 889. 902[a]. Pers. 175—180. 773[a]. Poen. 1191[b]. Pseud. 239[a]. 240[a]. 241[b]. 242[a]. 591. 1131. Rud. 919. 933[b]—937[a] (8). 956[a]—961[b] (12). Stich. 6. 18—27. 29—31. 33—37 (4). 39—43. 45. 46. 326[a]. 326[b]. Trin. 237[a]. 242[a]. 242[b]. 256—259. 262—268 (10). 274. 275. 278[a]. 278[b]. 294. 296. 298. 840—841 (3). 1115—1119. Truc. 124—126. 568. Fragm. fab. cert. 34 (= 162).

III 5. Anapaestici dimetri catalectici: Amph. 177. 574. Aul. 726. Bacch. 626[a]—627[b]. (4). 1155[a]. 1155[b]. 1192[b]. 1200. 1203. Cas. 204. 209. 250. 742. 743. 749. 751. 836. 893. Cist. 210. 213. 218—220. 222. 224. 229. Men. 360. Most. 859. 861. 901. 903. Pers. 490. 758[b]. 759[b]? Pseud. 239[b]? 242[b]. 599? 909[a]. 909[b]. 916—918. 1110. 1278[b]. 1297. 1317—1319. Rud. 187[b]. 216[b]. 933[a]. 937[b]. Stich. 16. 17. 28. 32. 38. 44? 47. 313—318. 323—325. Trin. 237[b]. 261. 269. 842. Truc. 113[a]. 113[b]. 567 (= 78).

III 6. Anapaestici dimetri hypercatalecti: Cas. 829. Trin. 287[a]? 287[b]?

III 7. Anapaesticae tripodiae acatalectae: Cas. 249. 746. 747. 752. Cist. 206. Men. 366. Truc. 448.

III 8. Anapaesticae hexapodiae acatalectae: Truc. 96? 98? 99? 451. 452/453. 566.

III 9. Anapaesticae hexapodiae catalecticae: Truc. 95? 97?

III 10. Anapaestici monometri catalectici: Cas. 740[a]. 740[b]. 900. Cf. I 11.

III 11. Anapaestici monometri acatalecti: Cas. 897. Cist. 208. Pseud. 1122.

III 12. Anapaestici monometri hypercatalecti: Cas. 160. 753. 754[a]. 754[b]. 757[a]. 757[b]. 843—846. 874. 958. Cist. 211. 212. 217. Epid. 167. 170[a]. Pseud. 141. 936. Trin. 277. Cf. I 16. 19. III 13.

III 13. Anapaestici monometri hypercatalecti bis positi: Cist. 4. Most. 874. Poen. 238. 240.

III 14. Anapaestici incerti generis: Cas. 726. 902. Cist. 700. 701. Men. 985. Most. 860? Pseud. 240[b]. 241[a]. Truc. 569. 619.

IV 1. Cretici tetrametri acatalecti: Amph. 219—221. 224—226. 227? 228—232. 234? 235. 236. 238—241. 243. 244. 246. Asin. 127—129. 131. 132. 134. 136. 137. Bacch. 8. 22? 23. 644. 647—649. 1109—1111. 1113—1115. Capt. 204. 205. 206[b]. 210. 213. 216—222. 235—239. 835. Cas. 150. 157. 168/169. 186—194. 199—202. 232—235. 247. 621—627. 641—643. 883. 950. 951. Cist. 690. Curc. 99. 100. 105—109. 118. 119. 133. 135. 147—154. Epid. 168. 173—176. 178. 320—323. 538. Men. 112. 113. 115—118. 578. Most. 105. 106. 110. 112. 114. 139. 140? 144. 334. 713. 715. 716. 718—720. 741. 722. 724. 729—731. 734—736. 738. 879. 881. Pers. 17. 758[a]. 759[a]. 804. Pseud. 260. 261. 920. 921. 926—930. 932—935. 1118. 1289. 1290. 1298. 1299. 1303. 1304. 1306. 1307. Rud. 199[a]. 202. 207. 208. 211. 213. 214. 233—236. 237? 238—252. 266—272. 274—277. 664. 665. 666? 669—673. 678[a]? 678[b]. 679—681[a]. 949. 950. Trin. 243. 281. Truc. 582. 585. 588. 591. 599—602. 622—625. 723. 725 (= 255).

IV 2. Cretici tetrametri catalectici: Cas. 214. 216. Men. 358. Most. 329. Rud. 273? Trin. 244. 246. 248/249? 250. 251. 279. 283. 293. 295. 297.

IV 3. Cretici trimetri acatalecti: Cas. 151. Most. 338. Pseud. 1119. Rud. 199[b]. 201[a].

IV 4. Cretici dimetri acatalecti: Capt. 207[a]. 211. Cas. 952. Curc. 113[b]. Epid. 75. 76. 85. 87. 89. 90[b]. 92. 94. 96. 98. Pseud. 1108. Truc. 594. Cf. I 22. II 21.

IV 5. Creticus dimeter catalecticus: Truc. 123. Cf. II 20.

IV 6. Cretici dimetri acatalecti cum trochaicis dimetris catalecticis: Amph. 223. 233. Cas. 628. Most. 137. Rud. 677.

IV 7. Creticus dimeter acatalectus cum trochaico dimetro acatalecto: Pseud. 1314. Cf. IV 8—11.

IV 8. Cretici dimetri acatalecti cum trochaicis tripodiis catalecticis: Amph. 242. Asin. 130. 135. Bacch. 21. 621. 622? 623. 624? 650. 663—667. Cas. 750. 817. 873. Epid. 169. Most. 108. 109. 113. 116. 133—136. 141. 149. 150? 326. 337. 342. 343. 690—692. 694. 695. 698—701. 707. 708. 710. 711. 712. 714. 717. 739. Pseud. 262. 1116. 1117. 1285. 1286? 1287. 1288. 1292. 1294. 1296. 1300. 1308. 1309. 1311. 1312. Rud. 210? 951. Truc. 118. 589. 590? Fragm. fab. cert. 110 (= 71).

IV 9. Cretici dimetri acatalecti cum trochaicis tripodiis acatalectis: Cas. 147. 149. 195. 213. Pseud. 1248. 1249?

IV 10. Cretici dimetri acatalecti cum trochaicis monometris acatalectis: Capt. 214. Trin. 271. 272. 273?

IV 11. Cretici dimetri acatalecti cum thymelicis (– ⏑ ⏑ ⏑ –):

Amph. 245. Bacch. 1112. Most. 336. 339—341. 693. 696. 697. 702. 703? 706. Pseud. 1301. Rud. 203. 209. 212. 215. 216ª?

IV 12. Creticus monometer cum trochaico monometro acatalecto: Amph. 237.

IV 13. Creticus monometer cum trochaico dimetro catalectico: Truc. 592?

IV 14. Cretici incerti generis: Cas. 884. 885. Most. 327. 725? 726. Rud. 210. Fragm. fab. inc. 37.

V 1. Bacchiaci tetrametri acatalecti: Amph. 173—176. 178. 551—573. Aul. 120—130. 147. 148. Bacch. 15—19. 618. 619. 1121ª. 1122. 1123. 1125. 1126. 1128—1136. 1138. 1139ª. 1140ª. Capt. 226—230. 781—783. 785—790. 922—927. Cas. 144—146. 155. 648—653. 654? 655. 657. 664. 666—673. 675. 676. 684. 686—690. 691?—693. 696—701. 704. 737—739. 827. 828. 832. 835. 837. 842. 855—858. 860—863. Cist. 1—3. 11. 12. 20. 21. 23. 30. 31. 34. 36. 37. 673. 674. 680—687. Curc. 113ª. 115. Men. 587. 753—761. 764—772. 966—968. 970. Merc. 335. 336. 342—355. 357. 358. 360. 361. Most. 85. 87. 88. 89ᵇ. 91—93. 95—97. 99—101. 120—122. 124. 126. 316. 785—789. 791. 793. 795—803. 871. 875. Pers. 253. 805? 807. 808? 810. 813—816. Poen. 210. 212. 213. 215—217. 219—229. 234—237. 241. 243. 246? 248—250. 252. 255—257. Pseud. 244—248. 250—254. 257. 258. 581. 582. 1105. 1106. 1126. 1128—1130. 1246. 1247. 1251. 1252. 1265. 1266. 1270. 1271. 1276? 1281. 1282. Rud. 190—192. 196. 204. 258—262. 278—282. 286. 288. 667? 668? 674. 906—911. 915—917. 918? Trin. 223—231. Truc. 211. 212. 454—457. 458? 459. 460—464. 569. 570? 574. 712. 713. 715? 716? 720 (= 378).

V 2. Bacchiaci tetrametri catalectici: Cas. 656. 867. Men. 969. 971. Most. 313. Poen. 244.

V 3. Bacchiacus trimeter acatalectus: Poen. 245.

V 4. Bacchiaci dimetri acatalecti: Men. 582. Most. 127. Poen. 247. Rud. 263? 675ª. Trin. 232. Truc. 552. 717.

V 5. Bacchiacus dimeter catalecticus: Bacch. 1137. Cf. V 6.

V 6. Bacchiaci dimetri catalectici bis positi: Pers. 809. 811.

V 7. Bacchiaci hexametri acatalecti: Amph. 633—640. Truc. 551? 718?

V 8. Bacchiacus hexameter catalecticus: Truc. 554?

V 9. Bacchiaci octonarii: Pseud. 1330—1335 (3).

V 10. Bacchiaci continui: Men. 571—577.

V 11. Bacchiacus dimeter acatalectus cum iambico dimetro catalectico: Cas. 831.

V 12. Bacchiaci dimetri acatalecti cum iambicis monometris

hypercatalectis: Bacch. 1127. Cas. 658. 662. 663. 665. 685. 694. 695. 705. 840. Cist. 35. Curc. 116. Most. 86. 125. 313. 314. 783. 790. 792. Poen. 242.

V 13. Bacchiacus tetrameter catalecticus cum iambico monometro hypercatalecto: Bacch. 1120.

V 14. Bacchiacus dimeter acatalectus cum iambico monometro hypercatalecto: Cist. 13? Cf. V 12.

V 15. Bacchiaci incerti generis: Cas. 659. 702. 703. Men. 584. Most. 890. Rud. 205[a].

VI 1. Dactylici hexametri catalectici in syllabam: Cas. 644. Curc. 96. 97[a].

VI 2. Dactylici tetrametri catalectici in syllabam: Cas. 937—940. Curc. 136. Cf. VI 5—8.

VI 3. Dactylici tetrametri catalectici in syllabam bis positi: Cas. 748. Men. 114.

VI 4. Dactylici trimetri catalectici in syllabam: Curc. 120[b]. 121[a].

VI 5. Dactylicus trimeter catalecticus in syllabam cum iambico monometro acatalecto: Curc. 101.

VI 6. Dactylici trimetri catalectici in syllabam cum 'basibus': Bacch. 989[b]—990[c] (4).

VI 7. Dactylici trimetri catalectici in syllabam et adonii cum 'basibus': Cas. 959/960. 961/962. Rud. 952/953. 954/955.

VI 8. Dactylicus trimeter catalecticus in syllabam et trochaica tripodia acatalecta cum 'basi': Men. 111.

VII Thymelici monometri (– ⏑ ⏑ ⏑ –): Truc. 120. 121. Cf. II 22. IV 11.

VIII Choriambici dimetri cum trochaicis tripodiis acatalectis: Asin. 133? Cas. 629. Men. 110 [sies]?

IX Versus incertiores quorum ictus plerumque omisimus: Amph. 159—172. 179 (iamb.?). 575—584 (troch.?). 641—653 (bacch.?). fragm. I (troch.?) II. VI. XV—XIX. Asin. 133 (choriamb. dim. cum trip. troch.). Aul. 131—145. 832 (iamb.). Bacch. 6. 9. 13. 14. 24. 25. 31. 617 (anap.). 625. 629—639. 651—662. Capt. 212. 232—234 (2). 497—515. (14). 836 (cret.?). Cas. 156 (cret.?). 159. 164 (iamb. penthem. bis pos.?). 170—181. 183—185 (2). 196—198 (2). 203. 215 (cret.). 678—683. 815/816. 834. 839 (bacch.). 864/865. 866. 868—872 (3). 886. 888—889. 895. 896. 901. 903—909. 912[a]. 912[b]. 915—929 (13). 934—936. 943—949. 957. Cist. 9. 14—17 (2). 27—29 (2). 227/228 (anap.?). 230. 373 (iamb. sept.?). 434—449. 458. 459 (iamb.). 672 (anap.?). 676. 677. 691. 693. 697 (iamb. sept.?). Curc. 98[a]. 98[b]. 112 (cret. monom. cum troch. trip. catal.). 121[b]. 122 (anap.?). 124. 125. 155—157. Epid. 29 (iamb.)

57. 67. 68. 177 (iamb. sen.?). 183/184. 187. 324. 325. 327—330 (3). 335. 527—530. 533—535. 539—540[c] (4). Men. 110. (choriamb. dim. cum troch. trip. cat. [sies]?) 579—581 (2). 592. 593. 601 (iamb.). 762—763 (4). 773/774. 972—978 (8). 981. Merc. 338. Most. 119. (troch.?). 123. 129—131. 151—153 (2) [cret. dim. cum troch. dip. cat.]. 319—324 (5). 335. 732. 863—869 (6) [iamb.]. 873. 887. 891. Pers. 29[a] (troch.). 33. 251. 252. 254. 277—278[b] (3). 775—777 (2) [iamb.]. 797—803 (5). 806. 817. 818. 848. 855[b] (iamb.). 856[b]. Poen. 211. 214. 218 (bacch.). 230—233. 251. 253/254. 1189—1190 (anap.). Pseud. 263[a]. 263[b]. 586. 587. 931. 950. 1114. 1115. 1127. 1135[a] (troch.). 1250. 1255/1256. 1262/1263. 1264. 1320. Rud. 186. 188—189 (anap.). 193. 194. 205[b]. 253[a]. 253[b]. 287. 925—927. 947. 948. Stich. 1—2[b] (3). 45 (anap.). Trin. 239[a]—241 (4). 245. 260[b]. 270. 831 (anap.). Truc. 117. 127. 248—250 (2). 555—557. 583. 584. 597. 598. 714. 721 (bacch.). Fragm. passim.

Date Due

DEC - 1 1995			

NOT TO BE TAKEN FROM THIS ROOM

BOSTON COLLEGE
3 9031 01141676 5

161578
161578

Plautus, T.M.
Author
Comoediae Vol.4
Title
Teubner
Lipsiae 1895

BOSTON COLLEGE LIBRARY
UNIVERSITY HEIGHTS
CHESTNUT HILL, MASS.

Books may be kept for two weeks and may be renewed for the same period, unless reserved.

Two cents a day is charged for each book kept overtime.

If you cannot find what you want, ask the Librarian who will be glad to help you.

The borrower is responsible for books drawn on his card and for all fines accruing on the same.